

harmoniam quatuor Evangeliorum composuisse dicantur, tamen inter Latinos ante Juvenem neminem legimus in hujusmodi arduum et difficillimum opus incubuisse. Eorum, qui post Juvenem concordiam evangelicam adornarunt, satis amplum catalogum exhibet Calmetus in Biblioth. sacr., ante Diction. Biblic.

127. Cum autem editiones veteres et mss. codices plerumque primis nominum litteris indicentur, tabulam hic subtexere juvabit, ut lectorum commodo consulatur :

ALD. Aldi editio. Vide n. 60. BARTH. Barthii Adversaria. BAS. Basileensis editio anni 1537. Vide n. 68. CA. CANT. Cantabrigienses codices apud Reuschium. Vide num. 86. DAVENTR. Daventriensis, ut puto, editio. Vide n. 61. FABR. Fabricius (Georgius) in Corpore poetarum christianorum. Vide num. 77. FAUST. Fausti editio. Vide num. 54 seq. FULD. Fuldensis codex. Vide num. 86. GALLAND. Gallandii editio. Vide num. 87. HAD. Hadamarii editio. Vide num. 69. HELMST. Helmstadiensis codex. Vide num. 86. OTT. Ottobonianus codex vaticanus. Vide num. 49. POELM. Poelmanni editio. Vide n. 70. REG. Reginæ Sueciæ codex vaticanus. Vide num. 48. ROM. Romani collegii codex. Vid. num. 60. TORN. Tornæsiana editio. Vide num. 76, 78. WESTHEM. Westhemeri editio. Vide n. 71.

59 128. Versionis Italice veteris Evangeliorum codices sæpe ex Sabatierio laudare continget, nimirum Colbertinum, duos Sangermanenses, duos item Corbeienses, Cantabrigiensem, Claromontanum, S. Mauri Fossatensis, S. Gatiani, S. Martini, et majoris monasterii Turonensis. Quod satis est monuisse, ut lector notas, sive primas litteras horum codicum, ubi occurrant, facile per se intelligat. Sabatierius Italiam versionem titulo *versionis veteris*, vulgatam nostram *Vulgatæ novæ* prænotat : non quod hæc nova re ipsa sit ; est enim *vetus*, ut ait Synodus Tridentina sess. 4, decret. de edit. et us. sacr. libr., *et longo tot sæculorum usu in Ecclesia ipsa probata* : sed ita

loqui amat Sabatierius, ut Vulgatam ab Itala versione antiquiori distinguat. Quæri hoc loco potest, an Juvenus Italica versione tunc communi usus fuerit, an Græcis exemplaribus novi Testamenti. Calmetus in Dictionar., verbo *Biblia Latina*, sic habet : *Hi tantummodo rudes homines Latinæ versionis indigebant : eruditi enim, quippe genere et nomine pollebant, Græcum idioma callentes, ad versionem minime confugiebant*. Præterea multæ erant versiones Latinæ, neque a doctissimis quidem viris confectæ, ut testatur S. Augustinus, de Doctr. christ. l. II, c. 11, n. 16 : *Qui Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt, numerari possunt : Latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, et aliquantulum facultatis sibi utriusque linguæ habere videbatur, ausus est interpretari*. Hinc mira nata confusio, et perturbatio, *ut tot pene essent exemplaria quot codices*, ut ait Hieronymus præfat. in quatuor Evangelia. Nihilominus existimo, Juvenem consuluisset quidem exemplaria Græca, sed potissimum secutum fuisse Italiam versionem. Etsi enim plures aliæ fuerint versiones Latinæ, tamen ea, quæ Itala dicebatur, cæteris præstabat, et ab hominibus etiam doctis in pretio habebatur, quod *verborum tenacior esset cum perspicuitate sententiæ*, ut ait Augustinus, de Doctr. christ. cap. 15, l. II. Profecto Juvenus sæpe a Scriptura, quæ in codicibus Græcis reperitur, aperte recedit, ut sententiam teneat, quæ in plerisque mss. antiquis Italice versionis conservatur. Varietas autem, 60 quæ inter exemplaria vetera Latina occurrit, non arguit versionum diversitatem, ut similis varietas in textu Græco, non probat diversum esse textum.

129. In notis sæpe lectorem ad Comment. in Prudentium notasque in Dracontium delego, ne actum agam, et inutili mole opus excreseat. Juvenem enim ita edo, ut cum Prudentio et Dracontio continenti serie ad unum christianorum poetarum constituentium corpus referatur.

C. VETTI AQUILINI JUVENCI

HISPANI PRESBYTERI

EVANGELICÆ HISTORIÆ

LIBRI IV.

Præfatio.

61 **M**attheus instituit virtutum tramite mores,

Et bene vivendi justo dedit ordine leges.

LECTIONES VARIANTES.

(Vers. 1). Codex reginæ Sueciæ et Barthii scribunt *Mathens*, atque ita scribendum nonnulli donotæ.

(Vers. 1.) De hac prima præfatione egi in Prolegom. num. 48. Sabatierius, *Biblior. sacrar. Lat.*

Marcus amat terras inter cœlumque volare, A

62 Et vehemens aquila stricto secat omnia lapsu.

5 Lucas uberius describit prælia Christi,

Jure sacer vitulus, qui munia satur Abia.

Joannes fremit ore leo, similis rugienti,

63 Intonat æternæ pandens mysteria vitæ.

LECTIONES VARIANTES.

cent. Poelmannus, et Renschius male *Mathæus*, instituit. Fabricius: *Virtutum instituit Mathæus transmitte mores*, ex ingenio, ut puto.

5. Reg. *videre*, supra *volare*, sive sit glossa, sive correctio. Fabricius, *Infremit ore pio Marcus, similisque leoni* — *Insonat æternæ pandens mysteria vitæ*. Aquilam Joanni Fabricius, v. 7 et 8, cum plerisque aliis tribuit.

6. Poelm. mendose *jura sacer*. Fabr. *vitulus, qui juxta mœnia fertur*. Poelm. *vitulus, qui juxta mœnia*

fatur. Reg., et Barth., *vitulus, qui mœnia satur avia*. Sic Cantabr., sed *quia* pro *qui*. Ex conjectura *qui munia satur Abia*, vel *qui munera fatur Abia*, adjective *Abia*, vel *mœnera* more antiquo pro *munera* aut *mœnia* pro *munia*. Fortasse etiam *Abia* ponitur more indeclinabili, ut v. 141, libr. J: *Elisabeth*, et apud Lucam: *De vice Abia*.

7, 8. Fabr. *Terrus inter amat, cœlumque volare Joannes*, — *Et vehemens aculæ stricto secat omnia lapsu*.

NOTÆ.

version., initio Evangelii S. Marci, ex vetustissimo codice Sangermanensi primos duos versus protulit: *Mathæus instituit*, etc., quibus illico succedunt duo alii de S. Marco, sed in hanc sententiam: *Marcus fremit ore leo, similisque rugenti* — *Intonat æternæ pandens mysteria vitæ*. Reliqui versus de duobus aliis Evangelistis a Sabaterio omnino omittuntur. Abnormis vero est, et corruptus versus ille *Marcus fremit*, etc. Barthius, libr. vi Advers. cap. 23, ex codice ms. Juvenci octo integros versus descripsit fere, ut apud Poelmannum. Renschius idem epigramma in codicibus Juvenci Cantabrigiensi, et Helmstadiensi inveniri testatur. Observat etiam duobus primis versibus inuere velle Juvencum, licet non exprimat, hominis specie notari Mathæum in rota Ezechielis: idque præcipue colligit ex verbis v. seq. *juxta ordine*.

3. Marco figura leonis tribui solet, Joanni aquilæ etiam in picturis antiquis. Juvencus aliter judicat. Interpretationem addit glossator antiquus in codice Barthii: *Mathæus, quia plus moralis fuit, quam ceteri Evangeliste, idcirco per animal rationale, id est, hominem designatur. Marcus dicitur volare inter cœlum et terram. Quia enim natiuitatem Verbi, in qua terram nostræ carnis deitas assumpsit, sicut Mathæus, et Lucas, non describit, quasi terram non tetigit. Et quia de divinitate pauca dixit, nec cœlum, sicut Joannes, penetravit. Aquilæ vero propter velocitatem narrationis comparatur, quia brevilocus est in omnibus. Lucas figuram vituli tenet, qui in templo mactari solet, quia laicus describit, quæ in templo, et circa templum gressit Dominus, et plura loquitur de passione Domini. Joannes per leonem exprimitur, quod quasi rugitum leonis edidit dicens, In principio erat verbum. Lucæ nemo, quod sciam, vitulum negat. Thomasius etiam in dissertat. de quatuor insignibus Evangelistarum affirmat, omnes Lucæ figuram bovis ascribere. Augustinus in Joann. c. viii, tract. 36, leonem tribuit Mathæo, non hominem: idque paucos alios asseruisse, confirmari potest. Plerique cum Hieronymo hominem Mathæo assignant; Barthius auctor est, nonnullos angelum Mathæo appingere. Verum inter quatuor vulgata Evangelistarum insignia angelus locum non habet. Opinionem Juvenci tribuentis leonem Joanni, Marco aquilam, tenuerat Irenæus l. iii advers. hæreseos, cap. 41, et indicat Augustinus l. i de consensu Evangel. cap. 6, quanvis minus probet. Thomasius, loc. cit., eandem impugnat, et in epigramma hoc nostrum invehitur, quasi ab aliquo nugatore post Augustinum confectum. Sed parum istius hominis judicio tribuam, qui magnum aliquid sibi concilere visus est, dum impugnationem conclusit: *Sed manum de tabula*, et in ima ora subscripsit: *Erasm. in adaq.**

4. *Stricto lapsu inteligo rapido*, ut habena contenta, seu adducta stricto dicitur. Sumi etiam potest *stricto* pro brevi: idque versus seq. innuit.

5. Uberior Marco Lucas est. Prælia autem Christi

idcirco fortasse hoc loco commemorantur, quia, ut ait Petrus Aurorarius, sive Rigensis in prologo Evangeliorum, apud Barthium, loc. cit., *Lucam designat bos victima, qui specialem — Materiam sumpsit de cruce, Christe, tua*.

6. Lucas, cap. i, 5: *Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia*, etc. *Abia* fuit unus e posteris Eleazari filii Aaronis, caput octavæ classis sacerdotum in distributione Davidis, I Paralip. xxiv, 21. Quia ergo Lucas a sacrificio, et a sacerdote de vice *Abia* incipit, ideo sacer vitulus dicitur, qui munia satur *Abia*, vel *quia munia satur Abia*, ut emendavit Reinesius laudatus a Thomasio loc. cit.

7. Nonnulli putant, primam in *rugio* necessario esse producendam. Fortasse hac de causa Fabricius hanc vocem in Marco omisit. Posset ad ejus imitationem ita hic versus refligi: *Joannes fremit ore pio, similisque leoni*. Verum bene est *similis rugienti*, vel quia versus potest esse spondaicus, facta synæresi in *rugienti*, vel quia revera prima in *rugio* brevis est. Auctor carminis de Philomela, inter Ovidii poemata, in quibusdam editionibus, v. 49: *Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones*, ubi vel corripitur prima, vel fit synæresis in *rugiant*.

8. Animadvertendum est, eo ordine quatuor Evangelistas in hoc epigrammate recenseri, quo in sacris Bibliis nunc existant. In codice Evangeliorum Cantabrigiensi, et in alio Corbeiensi apud Sabaterium, initio Evangelii S. Marci, ordo Evangelistarum ita mutatur, primo loco Mathæus exstat, deinde Joannes, tum Lucas, postremo Marcus. Eodem ordine referuntur Evangelia in codice antiquissimo Vercellensi, in quo pro Lucas scribitur *Lucanus*. Iricius in præfatione ex Garbello in epistola ad Blanchinam, aliisque, olim in multis Ecclesiis ita usitatum fuisse ostendit. Hinc suspicio mihi suborta est, an hic idem ordo a Juvenco observatus fuerit, quem aliquis postea invertit, ut usitato more Evangelistarum nomina distribueret. Ita potuit accidere, ut aquila Joanni, leo Marco a Juvenco tribueretur: postea vero inverso nominum ordine, etiam figuræ diverso modo applicatæ fuerint, ac auctor epigrammatis voluerit. In hanc sententiam facit discrepantia lectionum, quam ex Fabricio, aliisque mss. et editis annotavi. De figuris quatuor animalium, quibus quatuor Evangelistæ insigniuntur, videndus Barthius libr. xi Advers. cap. 25, et Jacobus Thomasius in dissertatione eo præside habita Lipsiæ anno 1667, et excusa anno 1671, *de insignibus quatuor Evangelistarum*, et in programme de *quatuor Animalibus Ezechielis* inter dissertationes varii argumenti, num. 38, et in Thesaurio Theologico Philolog., sive Sylloge Dissertationum, tom. ii, pag. 57. Ambrosius, in prolog ad Lucam, epigrammatis nostri sententiam eodem fere modo exprimit: *Aque ita in libris singulis forma animalium figuratur, ut uniuscujusque libri series propositorum, et de quatuor animalium aut naturæ, aut virtutis, aut gratiæ, aut misericordie*

ITEM PRÆFATIO.

Immortale nihil mundi compage tenetur,
64 10 Non orbis, non regna hominum, non
 [aurea Roma,
 Non mare, non tellus, non ignea sidera cœli.
 Nam statuit genitor rerum irrevocabile tempus,
 Quo cunctum torrens rapiat flamma ultjma
 [mundum.

A Sed tamen innumeros homines sublimia facta,
15 Et virtutis honos in temporalia longa frequentant:
65 Accumulant quorum famam, laudesque
 [poetæ.
 Illos celsi cantus, Smyrnæ de fonte fluentes,
 Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.
 Nec minor ipsorum discurrit gloria vatium,

LECTIONES VARIANTES.

10. Ottobonianus codex *orbes*, bene correctum alia manu.
 12. Fausti editio vetus non pro nam mendose.
 15. Aldus, codex Rom. Colleg., Editio Tornæsiana, *rapiat*, quod tenent Reg., et Ott.; alii *rapiet*.
 15. Fausti ed. *frequentent*, male.
 16. Fausti ed., *quorum et famam*.

17. Reg., corrupte, *fluentæ*. Librarius fortasse voluit *fluente*.
 19. Poelm., Fabr., *decurrit*. Reg., Ott., Barth., Ald., et alii, *discurrit*, quod etiam exstat in Faust., Poelm. pro diversa scriptura. Præferendum est *discurrit* etiam ex sententia Barthii: laniam enim dicit Juvencus per omnia mundi spatia poetarum gloriam differentem.

NOTÆ.

culo convenire. Quæ licet omnia in omnibus sint, tamen plenitudo quædam in singulis virtutum est singularum Ortum hominis alius descripsit uberius, mores quoque hominis præceptis uberioribus erudit. Alius a potentæ cæpit expressione divinæ, quod ex rege rex, sortis ex sorti, verus ex vero, virida mortem virtute contempserit. Tertius sacrificium sacerdotile præmisit, et ipsam vituli immolationem stylo quodam pleniore diffusit. Quartus comosius cæteris divinæ miracula resurrectionis expressit. Ambrosius autem a communi sententia in distribuendis Evangelistarum insignibus non recedit.

9. Barthius, libr. xi Advers. cap. 23, hos versus explicat. Sic autem exorditur: Sunt apud me membranæ veteres librorum quatuor Aquilii Juvenci, quos ille Ma thæum potissimum seculum, evangelicam historiam complectentes metro simplici, sed adeo non illatine scripsit, ut etiam antiqûe ejus lingue ante Maronis ævum usitatæ non pauca in eo sint v. stigmia; unde ego conjectura ducor, plerosque barbarismos, qui in eo scriptore sunt, monachorum esse barbarorum. Liber noster optimus est, et ex quo multa corrupta apud poetam veterem, et piùm corrigi possunt. Observat, compage solidissimum nexum designare, ut apud Sedul. l. 5, v. 286: *Infernæ patuere viæ. ruptæque fatiscent — Divisa compage petræ*. Badius Ascensius, Auctor in hoc proloquio, ait, facile ostendit, quo sit ingenio præditus, et quam auream habeat in carmina vernam, nisi eam fidei, quæ captivat omnem sensum, et sobrietati evangelicæ cohibere malit. Vix enim quid præm aut sententiosius, aut deliciosius hoc præmio invenias. Beda, de Metr. cap. de scansionibus, hunc versum in exemplum profert: *Conjuncta scansio*, inquit, quæ cæteris laudabilior habetur, ea est, ubi nusquam pes cum verbo finitur, ut *Immortale nihil*, etc.

10. In libro vetustissimo Barthii glossa erat: *Hoc ideo jungitur, quia vulgo æterna urbs Roma dicebatur*. Nil potuit magis commode, ut notat Barthius. Summa enim tria, quæ potuit, posuit Juvencus, quæque maximam habent speciem æternitatis, vel habebant potius. De nummis veteribus cum inscriptione *Romæ æternæ* vide Commentar. ad Prudentium, l. i contra Symmach. v. 219. Exstat Gab. Barri Francicani (sub hoc nomine latere dicitur doctissimus cardinalis Siretus) *Liber unus de æternitate urbis. Romæ in ædibus populi Romani*, 1571. Virgilius, qui æternitatem imperii Romani tantopere prædicat, periturum tandem agnovit libr. ii Georgic. v. 493: *Non res Romanæ, herituraque regna*, etc. Roma; ut a Vir-

gilio libr. ii Georg. v. 53½ *rerum pulcherrima*, sic ab aliis *aurea* dicitur non dissimili significatione. Ovidius, de Arte l. 3, v. 113: *Simplicitas rudis ante fuit, nunc aurea Roma — Edemiti magnas possidet orbis opes*. Ausonius, de Urb.: *Prima urbes inter, divum decus, aurea Roma*.

12. Lucretius, l. i, v. 469: *Ætus præterita irrevocabilis*. Quamquam apud Juvencum *irrevocabile* potius significat certo definitum, et quod mutari non possit. Livius, l. xlii, c. 62: *In casum irrevocabilem se daret*. Plinius Junior, libr. iii, epist. 7: *Morbi tædio ad mortem irrevocabili constantia decucurrit, al. decurrit*, quod melius est.

15. Mundum flammis denique consumendum esse opinio inter ethnicos fuit, e sacris scilicet auctoribus petita, ut animadverti in Comment. ad Prudentium, hymn. xi Cath. v. 106; quem ad locum Weitzius laudat versus Sophoclis de mundi conflagratione, quos adduco, inquit, *ad Juvencum præfat*. Ex quo apparet, eum commentarios in Juvencum parasse. Vide Prolegum. num. 57.

15. *In temporalia longa*, sed quæ tandem finem habebunt: nam *Immortale nihil mundi compage tenetur*. Notandus est usus verbi *frequentant* pro *celebrant*, notatus jam a Barthio, loc. cit. Idem verbum hæc notione vulgo non cognita occurrit hoc l. i, v. 152; et l. ii, v. 695, v. 727; et l. 3, v. 202; et l. iv, v. 222. Watechindus, libr. i: *Nomen novi Regis cum clamore valido frequentabant*. Nec absque melioris latinitatis usu, ut probat Barthius ex auctore Priapæorum, carm. 76: *Ætæ Cæterem nurus frequentant*. Magis ad rem nostram Sulpicia in Satyr.: *Musa, quibus numeris heroas, et arma frequentas*. Sic *frequentare* memoriam alicujus apud Senecam, de Consol. ad Marc. cap. 3. *Frequentare* pro narrare, iterare usurpatum etiam est a Vopisco, et Spartiano, et in codice Theodos., ut ostendit Ducangius.

17. Smyrna una ex urbibus, quæ sibi Homerum civem arrogabant. Statius, l. iv, Silv. 2, v. 9: *Necat adoratas et Smyrna et Mantua lauros*. Forte odoratas. Hinc Homerus *Smyrnæus vates* dictus. Vide A. Gellium, l. 3, cap. 11, et dissertationem Leonis Allatii de Patria Homeri.

18. *Minciades*, *Minciadæ* nomen a Juvenco formatum ex Mincio fluvio, qui Mantuam alluit. Fontem Smyrnæ et fluvium Mantuæ Juvencus commemorat, ut v. 34 concludat, præstantiores esse aquas Jordanis ad æternum carmen peragendum;

20 Quæ manet æternæ similis, dum sæcla vola-
[bunt,
Et vertigo poli terras, atque æquora circum
Æthera sidereum jusso moderamine volvet.
66 Quod si tam longam meruerunt carmina fa-
[mam,
Quæ veterum gestis hominum mendacia nec-
[tunt,
25 Nobis certa fides æternæ in sæcula laudis

Immortale decus tribuet, meriumque re-
[pendet.
Nam mihi carmen erit Christi vitalia gesta,
Divinum in populis falsi sine crimine donum.
67 Nec metus, ut mundi rapiant incendia secum
30 Hoc opus: hoc etenim forsân me subtrahet
[igni
Tunc, cum flammivoma descendet nube coru-
[scans

LECTIONES VARIANTES.

20. Barthii codex *æternum similis*, quod Barthius, l. xi Advers. cap. 25, rejicit, quia durius esset, si *æternum* pro *æternorum* poneretur: sed l. xxiv, cap. 13, præfert *æternum similis* poetice, quia sic melius Juvencus aliis poetis consentit, qui gloriam poetarum *æternam* esse dicunt. Intelligit, opinor, *æternum* esse adverbium. Malo *æternæ similis*: id enim vult Juvencus.

22. Reg., Ottob., Barth., Rom., *Jusso moderamine: plerique justo*. Tornasius jam ediderat *jusso*.
27. Reg., Ott., Barth., Rom., *erit: vulgo, erunt*.
28. In Reg., deest in. Poelm., pro d.s., in *populos*.
31. Romani collegii codex: *Huc cum flamminea descendet*. Reg., *coruscus*.

NOTÆ.

20. Poetarum morem esse, æterna censere, quæ canant, animadvertit Barthius, libr. xxxiv Advers. cap. 13, col. 1568, ex hoc Juvenci loco, collatis aliis aliorum. Propertius, libr. iii, el. 4, post multa alia concludit: *At non ingenio quæsitum nomen ab ævo — Excidit: ingenio stat sine morte decus*. Ovidius, libr. i Amor., el. 15, v. 31: *Ergo cum silices, cum dens patientis aratri — Depereant ævo, carmina morte carent*. Et l. iv de Pont., el. 8, v. 47 seqq., plura in hanc sententiam affert. Horatius, l. iv, od. 8: *Dignum laude virum musa vetat mori, — Cælo musa beat*. Sic Lucanus, et alii poetæ passim.

21. Ovidius l. ii Metam. v. 70: *Adde quod assidua rapitur vertigine cælum, — Sideraque alta trahit, celerisque volumine torquet. Polus a πολιός, verto, dicitur*.

22. *Æthera* accusativus singularis Græco more pro *ætherem* a poetis Latinis frequenter usurpatur. *Jussum* dicitur moderamen, ut intelligamus, divinam providentiam mundum gubernari. Omeisius, qui præfert *justo*, intelligit pondus, mensuram ac numerum. Mox v. 41: *Moderaminis aequi*; et l. ii, v. 577: *Justo moderamine legis*.

23. Hi versus usque ad prologi finem reperiuntur in quodam codice Vaticano reginæ Suecæ, num. 29, in quo sunt diversa opera præsertim metrica, et in his Petri Aurorarii carmen de utroque Testamento. Prius legitur epigramma elegiacum in laudem argumenti sacri a poetis tractandi: *Aurea Mæonii concedant carmina vatis, etc.*; tum hi versus Juvenci, sed sine auctoris nomine. Strabo, de Vita B. Blaitmaici sec. iii, part. ii, Actor. SS. Ord. Benedict. Mabillonii: *Si tantam meruere suo pro carmine famam, — Qui scelerosorum mores, et facta tulerunt — Laudibus in cælum, etc.*

25. Beda, de Metr. cap. de scans., in hoc versu observat scansionem mixtam, quæ utrumque in se habet, ut in quibusdam conjunctus, in quibusdam separatus sit pes.

26. Affirmavit supra, immortale nihil mundi compage teneri: nunc autem immortale decus ex suo carmine evangelico sibi pollicetur, quia, etiam cum mundus incendio peribit, sperat, se vitam æternam ob tempus ita bene collocatum consecuturum. Poetis profanis familiare est immortalitatem nominis sibi ex suis carminibus promittere. Lucanus, l. ix, v. 985: *Pharsalia nostra — Vivet, et a nullo tenebris damnabitur ævo*. Horatius, libr. iii, od. ult.: *Ezegi monumentum ære perennius, — Regalique situ pyramidum altius; — Quod non imber edax, non aquilo impotens — Possit diruere, aut innumerabilis — Annorum series, et fuga temporum. — Non omnis moriar, etc.* Ovidius in fine Metam. *Jamque opus ezegi, quod nec Jovis ira, nec ignes, — Nec poterunt*

ferrum, nec edax abolere vetustas. — Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis hujus — Jus habet, incerti spatium mihi finiat ævi. — Parte tamen meliore mei super alta perennis — Astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum. Juvencus poetas ethnicos imitatus, sententiam eo direxit, quo Christiani omnes spectare unice debent: solum enim desiderat laudem quæ in æterna vita posita est, et quam bonis operibus consequi possumus.

28. In *populis*, quia donum illud gentibus jam cunctis exhibitum fuerat: adeoque significantius id est, quam si in *populos* legeremus, ut putat Reuschius. *Falsi sine crimine*, quia ipse ex Evangelii argumentum suum desumit. Ethnici poetæ, aliique profani plerumque gestis hominum mendacia nectunt. Dio Chrysostomus orationem de *Ilio non capto* scripsit. Virgili historiam in dubium multi revocant, ac magna ex parte certo falsam esse ostendunt. Ili autem duo, Homerus et Virgilius, præcipuum laudem in carminibus obtinuerunt, qui propterea præ cæteris a Juvenco commemorati sunt.

30. Juvencum exprimit Alenuus in epistola ad episcopum quemdam Transalpinum, apud Mabillon., Veter. Analect. edition. Parisiens. 1733, pag. 403: *Hoc est opus tuum in præsentī luce, hoc est merces tua in æterna gloria. Ait enim quidam poeta de opere carminis evangelici: Hoc opus, hoc etenim forsân me subtrahit (lege subtrahet) igni — Tunc, cum flammivoma judex descendet ab arce. Dicam et ego: Hoc opus, hoc etenim non solum me subtrahit igni — Te jam, sed faciat cæli conscendere in arcem*. Noter etiam S. Eulogius Cordubensis, initio Memorialis Sanctorum: *Et sicut me indignum tanto opere fateor, ita quoque sui perfectione non solum erui culpis confido, verum etiam pœnis abstractus, præstantiorem gratiam interventu ejus apud Dominum invenire spero: ut est illud philosophicum: Hoc opus, hoc olim forsân me subtrahet igni*. Ubi olim pro etenim ponitur, ut sententia hoc versu concludatur. Eulogius vero philosophorum nomine appellare solet Christianos, qui doctrina præstarent, quive doctores in Ecclesia essent, ut observat Ambrosius Morales in Scholiis ad num. 8, l. i. Omeisius huc affert Ovidii versus l. i Amor., el. 15, in fine: *Ergo etiam, cum me supremo adederit ignis, — Vivam, parsque mei magna superstes erit*. Sed Ovidius de supremo igne, quo corpora hominum olim post obitum cremabantur, manifeste loquitur. De hujusmodi precibus, quibus scriptores veteres ecclesiastici veniam pro extremo judicii die deposcere solebant, plura congressi in Prolegom. ad Prudentium, cap. 19., et in not. ad Dracontium, l. 3, v. 681.

31. Scriptorem, qui *flammivomus* dixerit, anti-

Judex, altithroni genitoris gloria, Christus.
Ergo age, sanctificus adsit mihi carminis auctor

A 68 Spiritus, et puro mentem riget amne canentis
35 Dulcis Jordanis, ut Christo digna loquamur.

LIBER PRIMUS.

Rex fuit Herodes judæa in gente cruentius
Sub quo servator justī, templique sacerdos

69 Zacharias, vicibus cui templum cura tueri,
Digesto instabat lectorum ex ordine vatū.

40 Hujus inhærebat thalamis dignissima conjux.
Cura his ambobus parilis moderaminis æqui,
Ambos annexos legis præcepta tenebant.

LECTIONES VARIANTES.

33. Codex Barth., *sanctificans*.

39. Rom. *Diges'o stabat*, quod non displicet: nam
atere proprie tribulatur sacerdotibus altari inservien-

tibus, et constantiam denotat.

40. Poelm., pro divers. s., *Cujus* pro *Hujus*.

41. Reg., Ott., Ald., *his*: alii, *iis*.

NOTÆ.

quiores Juvenco non novi. Eo vocabulo usus est Arator, l. ii, v. 531: *Flammivomo sub sole jacet*. Nonnulli legunt *Flammivolo sub sole*, quasi volante eum flammis; sed elegantius est *Flammivomo*, quod non solum in editis veteribus invenio, sed etiam in mss. codicibus vaticanis. Similiter codex Collegii Romani Aratorem, Juvencum, et Sedulium complectens, quocum Juvencum contuli, habet *Flammivomo sub sole jacet*. Rabanus Maurus, sive alius sit auctor hymni veteris in Ascensione Christi, Juvencum imitatur: *Ut cum flammivoma nube reverteris*. Editus est hic hymnus a Browero inter alios Rabani.

32. Libr. ii, v. 62: *Per patris altithroni nomen*, etc., et l. iii, v. 409: *Altithroni vultum genitoris*. Venantius Fortunatus a Juvenco, ut puto, hoc verbum mutuatus est l. i de Vita S. Martini v. 1. Clarus imitatur Engelmodus episcopus in versibus ad Rabertum Abbatem, tom. IX Biblioth. Patrum part. ii, pag. 897, Colonia 1618: *Cum rex altithronus mundum discreverit urna—Judicii*, etc. Barthius interpretatur, Juvencum eo alludere, quod super Jordane dixit vox Dei, Matth. iii, 17: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, quod Juvencus, l. i, v. 398, sic verit: *Te, nate, hodie per gradua testor*—*Ex me progenitum: placet hæc mihi gloria polis*. Epist. ad Hebr. i, 5: *Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, etc.*

33. In *sanctificus* producitur ultima ratione cursæ: neque enim Barthius, libr. xi Advers. cap. 250, et Cellarius, de Barbar. in curis poster., audiendi sunt, cum affirmant, metrum postulare *sanctificus*. Utrumque verbum *sanctificus*, et *sanctifico* ab ecclesiasticis scriptoribus tantum usurpatur, ut a Tertulliano, Prudentio, etc. Auctor incertus, de Bebiani baptismo: *Ergo ut sanctifica nituit renovatus ab unda*. Paulinus Petrocorius, libr. v. de Vita S. Martini: *Quætam sanctifici conservant munera tactus*. In liturgia hoc vocabulum satis usitatum est.

34. Heliconis undis, Smyrnae fontis, et Mincio flumini opponit purum amnem dulcis Jordanis, cujus aquas haurire cupit, ut carmina Christo digna loquatur. Ecce autem Jordanem eam in rem laudat? Glossa in codice Barthii hanc allegoriam sic explicat: *Per Jordanem vult intelligi Spiritum sanctum. Jordanis a duobus fluvibus nomen sortitur: quorum unus sora, alter danis appellatur: qui confluentes faciunt Jordanem. Sic et Spiritus sanctus a Patre procedit, et Filio. Non enim dicitur, quod vel Pater sit Filius, et Spiritus sancti, vel quod Filius sit Pater, et Spiritus sancti. Sed veraciter confitemur, quod sanctus Spiritus sit Pater, et Filii, quod ex utroque procedit. Jordanis vero interpretatur descensus, quod nomen convenit Spiritui sancto, quia qui se ad aquas Baptismi humiliant, in hoc fit divinæ gratiæ, et benignitatis descensus, quæ specialiter Spiritui sancto attribuitur. Corrigit Barthius quippe qui se ad aquas Baptismi humiliant, in hoc fit. Incerta etiam est etymologia Jordanis, quæ affertur. Negant enim critici scriptores, Jordanem ex duobus amnibus constari, aut aliquem esse amnem, qui Dan appelletur. Juvencus aquam Jordanis commemorat, ut gratiam*

Baptismatis explicet. Prudentius, hymn. 2 Cathem, v. 61: *Durare nos tales jube. — Quales remotis sordibus — Nitere pridem jusseras. — Jordane tinctos flumine*. Ad hunc Prudentii locum plura commentatus sum de studio, quo veteres Christiani ambabant in Jordane baptizari, quia ibi baptizatus est Christus. Juvenci piam hanc invocationem imitatus est Paulinus, de Vita S. Martini l. iv: *Cas alias possant lymphatica pectora lymphas: — Altera poela decent homines Jordane venatos*.

35. Fortasse ex imitatione Virgilli l. vi, v. 662: *Quique pii vates, et Phæbo digna locuti*. Statius, l. iv, sat. 21, v. 10: *Digna loquar*, etc. His Juvenci versibus respondent alii, l. iv, v. 803, in epilogo: *Has mea mens fidci vires, sanctique timoris — Cepit, et in tantum luxit mihi gratia Christi, — Versibus ut nostris divinæ gloria legis — Ornamenta libens caperet terrestria linguæ*.

36. In plerisque editionibus exprimuntur capita rerum, et indicantur loca Evangelistarum, quos Juvencus sequitur. A nostris codicibus absumt i tuismodi tituli. Eos igitur ex editione Aldi suis locis inseremus. Quamvis enim Juvencum poema sine his inscriptionibus composuisse certum nobis videatur, tamen utiles illæ sunt, et fortasse veterum scriptorum, aut glossatorum diligentia confectæ.

38. CAP. I. — *De parentibus, et conceptione Joannis Baptistæ præcursoris Domini* (Luca 1, 26). — Explicat verba Lucæ *De vice Abia*, quod postea, v. 45, exponit per verbum *sorte*. Barthius, libr. xi Advers. cap. 12, notat, vices istas fuisse diarias, vel in diem sacerdotum sibi successiones, ad administrandum sacrificium et ritus debitos in templo, ex III Esdr. 1, 1, 2: *Et fecit Josias pascha.... statuens sacerdot. s per vices dierum stolis amictos in templo Domini*. Extra canonem nostrum librorum sacrorum tertius hic liber Esdræ est. I Paralipom. xxiv, enumerantur viginti quatuor classes, seu vices in ministerio Domini a David designatæ, ubi, v. 3: *Et divisit eos David.... secundum vices suas et ministerium*. Et v. 7: *Exiit autem sors prima Jojarib, etc.* Deinde, v. 40: *Octava (sors) Abia*. Rursus v. 19: *Hæ vices eorum secundum ministeria sua*. Eucherius in Instructionibus, sive de Quæst. novi Testam. *Quid est, quod scribitur in Luca de Zacharia sacerdote, quod esset de vice Abia? xviv sordibus in ministerium templi distributi fuerant sacerdotes, ut in ordine vicia suæ quisque sacerdotali fungeretur officio. In hoc ergo ordine octavam sortem Abia habuit, de qua vice Zacharias sacerdos fuit*.

39. Sacerdotes sæpe Juvencus *vates* appellat, ut h. l., v. 221, 327; l. iii, v. 292; l. iv, v. 405, 524.

41. *Moderamen* pro *moderatione*. Prudentius, Psych. v. 274: *At virtus placidi moderaminis*.

42. *Annexos* Barthius interpretatur, libr. xlii Advers. cap. 23, ei soli curæ mancipatos, nullius alterius studii studiosos, quia Juvencus alludit ad jus vetus Romanum, quo *nexi* erant mancipio per æs et libram acquisiti, velut obstricti Imperio: de quo videndus Turnebus, l. xx Advers. cap. 19. Mihi videtur Juvencus explicare voluisse verba Luca

70 Nec fuit his soboles, jam tum vergentibus A
[annis,

Gratius ut donum jam desperantibus esset.

45 Sed cum sorte adytis, arisque inferret odores

71 Zacharias, visus cœlo descendere aperto
Nuntius, et soli jussas perferre loquelas,

(Cætera nam foribus plebes astrata rogabat :)

Quem tibi terribilis concussit corde pavorem

LECTIONES VARIANTES.

43. Reg., Ott., Ald., His. : alii, iis. Reg. jam tum : alii jam tunc, Ou., Rom., Ald., jam tot. Sabatierius edidit, jam tunc argentibus, et pro d. s., vergentibus, quod alii præferunt, et præferendum videtur.

45. Codex Barth., Ald., Torn., minu. bene, Forte adytis. In ms. Cantabrig. Evangelii legitur etiam Forte accidit., etc.

46. Fabr., Ald., Torn., Reg., Ott., visus. Poelm., jussus, quod minus placet. In quodam ms. S. Gat. (veteris Italica) legitur visus est pro apparuit, hoc cap. S. Lucæ.

47. Ott. a prima manu, Soli jussus. Ita Fausti editio.

48. Codex Barthii, Foribus tum plebs prostrata. Reg., foribus tunc plebs adstrata. Ou., Rom., foribus plebes adstrata. Ald., Poelm., Torn., Fabr., foribus plebes astrata. Latinius in Bibl., foribus plebes abstracta, ex conjectura, ut puto, sed quæ probari potest. Nam verba Lucæ sunt : Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Pro plebs ponitur plebes : de quo vide l. iv, v. 694.

49. Poelm. Quem tibi terribilis concussit corda pavorem — Visus, cum læti sermonis gratia placet? Ita

etiam Torn., et Reg., sed corde pro corda, et Reg. placat pro placet, et glossa pavorem d'lectat. Fausti editio : Quid tibi terribilis concussu corda pavore — Visus : tum læti sermonis munere placat? Reuschius : Quid tibi terribilis concussit corda pavore — Visus, cum læti sermonis gratia placet? Onseius cum Fab. : Quid tibi terribilis concussit corda pavore — Visus, cum læti sermonis gratia placet? Codex Barthii : Qui tibi terribilis concussit corde pavorem — Visus, eum læti sermonis gratia placet. Barthius resistit : Qui tibi terribilis concussit corda pavore — Visus eum, etc. Poelm., pro d. s. : Quid tibi terribilis concussit corda pavore — Visus? tum læti sermonis munere placat. Scriptura Ottob. vera videtur : Quem tibi terribilis concussit corde pavorem — Visus, eum læti sermonis gratia placet, quod placuit Latiniis, et Aldo, qui mendose habet pavore, et placat. In Rom. eadem est scriptura, sed placat pro placet. Verba Lucæ 1, 41 sunt : Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Barthius putabat, nulli ex tot editionibus venisse in mentem, legendum eum pro cum. In Basileensi etiam anni 1537, legitur eum, sed cum errore Aldi pavore.

NOTÆ.

sine querela. In textu Græco id dicitur ἀμεμπτοί, quod plerique vertunt sine reprehensione, et in codice Cantabrigiensi Evangeliorum, apud Sabatierium, sine macula. Sed cum fere omnes versiones veteres, Sanctique Patres Latini cum Vulgata exhibeant sine querela, idque optime respondeat verbo Græco, nam ἀμεμπτία est nulla querela, Juvencus exposuit annexos, hoc est unanimes, et nullo unquam jurgio inter se discordes. Similis sententia, h. l. v. 341 : Ad proprium semper cogens nectebat amorem. Formula frequens est in inscriptionibus antiquis ad significandam concordiam conjugum, Cum qua vixit sine querela. Apud Gruterum, pag. 1145, num. 8 : Conjugi dulcissimo, cum quo advixit sine querela per annos viginti. Plures aliæ similes videri possunt apud eundem Gruterum, et apud Manutium, et Cellarium in Orthogr. Fabrettus, pag. 256 seqq., 15 inscriptiones præfert, quibus ea formula sine querela, aut sine ulla querela, vel, ut in lapidibus scribitur, querella conjugum constantem concordiam significat. Hoc sensu Apuleius, libr. ii Floridor. : Proinde sedulo consuleret, ne post querelæ causam caperet. Ita Crates Hipparchem virginem, conjugium optantem, admonēbat. Horatius non dissimili modo de concordia amantium, l. i, od. 13 : Felices ter, et amplius, — Quos irrupta tenet copula, nec malis — Divulsus querimoniis — Suprema citius solvet amor die. Etsi autem querelæ vocabulum non dicatur proprium esse de animi offensa conjugali amori interveniente, ut vult Petrus Cluvius, ad loc. cit. Apuleii, tamen negari nequit, frequentissime ita accipi, ut cum sermo est de conjugibus, ea significatio præferenda sit. Critici interpretes, qui hunc locum expendunt, partim obscura hæc esse verba dicunt, ut Valla; partim expungunt innoxios, intemeratos, integros, insontes, irreprehensibiles, sine querela Dei et hominum, nimirum non solum conscientia pura, verum et fama integra. Atqui verbum ipsum Græcum verti posset non jurgiosi; neque culpandos est interpretes Latinus, qui phrasin communem usurpavit sine querela. Petrus Chrysost., serm. 89, interpretationem Juvenci videtur amplexi; sic enim de his conjugibus ait : Est nova felicitas, et conjugium singulare, quando manet in duobus una mens, una sanctitas in duobus!

constabat mente, quod distabat in sexu; et in moribus erat unum, quod geminabat aspectus: ac virtus reddebat pares, impares dederat quos natura. Eo autem magis notandum est, vixisse hos conjuges unanimes, et sine querela, quia proceserant ambo in diebus suis, et non erat illis filius. Dederori enim, et probro feminis, præsertim judæis, vertebatur, si steriles essent.

43. Lucanus, l. i, v. 150 : Nec coiere pares : alter vergentibus unis — In senium. Tacitus, Annal. ii, cap. 43, simpliciter dixit : Nam ænam ætatem vrgere, Drusi non satis adolevisse. Ætatem vergere pro inclinare in senium.

44. Barthius, lib. xliii Advers. cap. 23, similem versum Proserpi allegit : Gravior est fructus, quem spes productior edit. Juvenci versum laudat Jonas Scotus, monachus Bobiensis, in Vita S. Columbanii, num. 22 : Huic soboles nulla erat, ut Juvencus de Elisabeth et Zacharia ait : Gratius ut donum, etc. Beda, ad h. l., ex Juvenco, ut puto : Quatenus inopinato prolis ortu et ipsis donum gratius existeret, et cæteros miraculi stupor futuri prophetæ pararet auditui.

45. Sic etiam Irenæus, l. iii, cap 10 : Secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit, ut incensum poneret, et venit, uti sacrificaret, intrans in templum Domini. Sic etiam Vulgata, et antiqua Italica versio in multis mss., sorte exiit. Sanctuarium pars erat templi secretior, quam ingredi soli summo sacerdoti licebat. Sanctum a sanctuario velo dividebatur; et in sanctum simplices etiam sacerdotes, non vero laici, ingrediebantur. Id vocabant ethnici adytum, et adyta, quod vocabulum christiani etiam scriptores usurpant. Paulinus, poem. 55, de Obitu Celsi : Tunc et discisso nudata (al. discusso nudata, al. nudato discissa) altaria velo — Amisere sacri relligionem adyti. In sancto aureum altare erat, quo odores incendebantur. Laici ad septum hujus loci accedebant, ut hostias et oblationes traderent, sed intus non penetrabant.

48. Foribus sancti, ut ego puto. Barthius, lib. xliiii Advers. cap. 23, affirmat, simile habuisse apud ethnicos institutum, qui corpora liminibus ignis, et foribus templorum prosternere solebant. Id respicit locutio

- 50 Visus, eum læti sermonis gratia placet. A
 Nam me propitius rerum pater unicus alto
72 A cœli solio tibi nunc in verba venire
 Præcipit, et clara tibi mox e conjuge natum
 Promittit, grandis rerum cui gloria restat,
 55 Plurima qui populis nascendo gaudia quæret,
 Sobrius æternum; clausum quem Spiritus ipsius
 Visceribus matris complebit numine claro.
 Istius hic populi partem pleramque docendo

- Ad verum convertet iter, dominumque Deum
 [que.
 60 Continuo primus noscet, plebemque vocabit :
73 Nomine Joannem hunc tu vocitare memento.
 Olli confusa respondit mente sacerdos :
 Æmula promissis obsistit talibus ætas,
 Nec senibus soboles poterit contingere fessis,
 65 Quam Deus avertens primævo in flore negavit.
 Hæc trepidans vates; cui talia nuntius addit :

LECTIONES VARIANTES.

51. Torn. : *Jam me demissum rerum.* Reg. : *Nam me demissum.* Plerique : *Nam me propitius.*

53. Ald., Reg., Ott., Torn., *Mox e. Fabr., Poelm., Mox de.*

56. Barthii codex, *Sobrius : æternus*, quæ scriptura valde mihi probabilis est, ut *æternus spiritus* pro Spiritu sancto ponatur. Alii, repugnante Barthio, *sobrius æternum*, et in Reg. est glossa *æternaliter*, et indicatur Spiritum dici sobrium. Aliter ego interpungo.

57. Sabatierius edidit *lumine claro*, et pro d. s. *numine*. In mss. et editis tantum reperio *numine*, quod confirmatur verbis Lucæ 1, 15 : *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.*

58. Barth. codex, *Populi partem plebemque docendo—Ad verum convertet iter*, quod non absolum Barthio videtur, sed non audeat mutare *plebemque* pro *pleramque*, quia continuo sequitur *plebemque* vocabit. Faust. : *populi partem magnamque docendo—Ad verum convertet iter.* Cui consentit hic, ut sæpe alibi, editio vetus in Bibliotheca Vaticana, quæm Daventriensem apud P. Poelm. *Hic partem populi pleramque docendo—Ad verum convertet iter.* Ita Fabr., sed *pleramque*; et Ald., Rom., Ott., sed hi

populi partem pleramque. Veteres editiones apud Barthium, Torn., Reg., *populi partem pleramque reverti—Ad verum suadet iter.*

60. Reg., Torn., Fabr., Gall., *Novabit : plerique Vocabit.*

61. Reg., Ott., Rom., *Joannem hunc tu*, quod non abhorret, et editum est in Torn. Plerique *quem tu*. Rescribo *Joannem hunc*. Reuschius ad vers. 58 *Istius hic populi* monet, *hic et hunc* semper cum dignitate aliqua, et ornamento ejus de quo sermo est, usurpari. Ipse autem scribit *Joannem hunc*, quod sustineri potest per hiatus, et quia aspiratio vim consonantis nonnumquam habet. Id probat etiam Beda De metr. cap. de synalœph. hoc versu Juvenci.

64. Reg., Ald., Poelmann, pro d. s., Torn., Fabr., *soboles : alii sætus*. Reuschius *sololes* præfert, quia v. 67 Angelus Mariæ respondens eodem vocabulo utitur.

65. *Alii quam, scilicet sobolem ; alii quem, nempe solum.*

66. Ald., Fabric., Poelm. pro d. s., Ott., *infert.* Alii *addit.* Rom. *infert*, sed forte fuit *infist*.

NOTÆ.

nem vulgatam *astrata*, vel *adstrata*, vel *prostrata*, ut ms. codex Barthii habet. Verbo *asterno* hac significatione usus est Ovidius lib. II Metam., v. 343 : *Nocte dieque vocant, asternunturque sepulcro.* Apud Lucam nulla mentio hujus moris; vero tamen simillimum est eum a Juvenco expressum fuisse. *Rogabat* simpliciter positum pro *Deum orabat*. Hinc *rogationes* preces, supplicationes ecclesiasticæ, de quo verbo consulendus Ducangius. Simili modo *orare* absolute ab ecclesiasticis scriptoribus usurpatur.

50. Fortasse alludit ad illud Virgilianum lib. XII, v. 48 : *Quam pro me curam geris, hanc, precor, optime, pro me—Deponas.* Ita certe putabat Barthius, loc. cit.

51. In Prolegom. ad Prudentium, num. 205. ostendi, primam in *propitius* recte produci posse. Confer etiam Satisfactionem Dracontii, v. 14, pag. 369, et adde Guilielmum Britonem, epist. ad Karlotum, vers. 18 : *Hunc quoque propitio cælestis sidere vultus—Vel semel illustra.*

52. *Venire tibi in verba* notanda phrasis, ut *venire in conspectum alicujus, venire in sermonem alicujus, vel alicui.*

56. *Sobrius æternum* ponitur pro his Lucæ verbis, *Vinum et sœceram non bibit.* Interdum *æternum* adverbium accipitur pro assidue, valde. Virgilius, lib. II Georg., v. 399 : *Terque quaterque solum scindendam, glebaque voras—Æternum frangenda bidentibus.* Et lib. VI Æneid., vers. 400 : *Licet ingens janitor antro—Æternum latrans exsanguis terreat umbras.* Omneis, qui arripit *æternum*, interpretatur perpetuo *sobrius*. Joannes enim toto vitæ suæ tempore fuit *sobrius*, ac cibi parcus.

57. Evangelista ait : *Ab utero matris suæ*, quod nonnulli hæretici interpretantur *ab infantia sua.* Ju-

venus recte cum aliis Patribus, *clausum ipsis viscibus matris.*

58. *Populi partem pleramque, scilicet multos filiorum Israel*, ut ait Lucas. In singulari numero *plerumque* Sallustius, Gellius, Apuleius, et alii dixerunt.

60. En verba Lucæ 1, 16, 17 : *Et multos filiorum Israel convertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu, et virtute Eliæ : ut convertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.* Itaque sic Juvenci verba interpungo et explico : partem pleramque populi ad verum iter, dominumque convertet. Ipse primus noscet (Dominum videbit, dum in utero matris exsultavit) et plebem vocabit, quia vox erit clamantis in deserto, etc., aut plebem novabit, quia Domino plebem perfectam parabit : nam *novabit* respicere potest aliquo pacto ad baptismum Joannis, vel elegans est metaphora, ut ait ad h. I. Maldonatus, quasi Joannes serendum a Christo agrum proscinderet, ac novaret. Plerique ita distinguunt, *Ad verum convertet iter, dominumque, deumque.... Continuo primus noscet : quod magis a verbis Evangelii recedit*

63. Sic Virgilius l. V, vers. 415 : *Æmula necdum Temporibus geminis canbat sparsa senectus.*

64. *Fessus sæpe sonat generationi ineptum, insecundum*, ut v. 410, *Ævo defessis auxit miracula membris.* Claudianus, De rapt. Proserpinæ l. I, vers. 124 : *Fessaque post primos hæserunt viscera partus.*

65. Reuschius supplet *Quam Deus avertens se*, et de aversione Dei, quæ frequenter indignationem denotat, plura disserit. Sed potius intelligendum est, *quam esse accusativum jungendum participio avertens*, et verbo *negavit*, ut in re simili dicam l. III, v. 304, var. lect.

Si tibi mortalis sobolem promitteret ullus, A
Ad desperandum forsân cunctatio mentis
74 Debuêrat tardis hærens insistere verbis.
70 Nunc ego, quem Dominus, cœli terræque re-
[pctor,
Ante suos vultus voluit parere ministrum,
Auribus ingratis hominis, visuque receptus,
Supremi mandata Dei temnenda peregi.

Quare promissis manet irrevocabile donum ;
75 Sed tibi claudetur trepidæ vox nuntia mentis,
Donec cuncta Dei firmentur munera vobis.
75 Hæc ait, et sese teneris immiscuit auris.
Interea populus miracula longa trahebat,
Quid tantum in templo vellet cessare sacerdos.
80 Egredessus trepide, numen vidisse supernum
Nutibus edocuit, miseræ et dispendia vocis.

LECTIONES VARIANTES.

68. Barthii codex *ad desperandum*, quod Barthio arripet, quia *desperare* est secus sperare, ut *dissentire*, et mille talia usu habet latinitas. Omeisius a Barthio dissentit, quem novarum vocum affectorem vocat.

70. Ald., Torn., Barthii codex, Reg., Rom., Ott., *reperior*, quod pro d. s. posuit Poe.mannus. Alii *creator*. Gronerus Act. Soc. Lat. Ien. vol. III, distinguit quem Dominus, cœli terræque reperior. Alii *dominus cœli, terræque reperior*.

71. Sabatierius edidit *patere*, et pro d. s. *parere*. Id unice verum est, et in mss., et editis quos vidi, tantum ex-stat. *Patere* metri legibus adversatur.

72. Barthius scribendum existimat homini : sed bene est hominis. Barthius intelligit, esse dativum pro ablativo, ut sæpe lit.

73. Codex Barthii *Supremi mandata Dei temnenda peregi* : qua scriptura aliud aliquid latere putat Barthius. Ita exhibent nostri codd. Reg., et Ott., sed *temnenda*, vel *tempnenda*, quod in mss. codd. inveniri confirmat Gallandius. Reuschius cum editis *Summi jussa Dei non contemnenda peregi*. Gronerus loc. cit., *Supremi mandata Dei temnenda p. regi?* h. e., Peragere debeo? vel peregissem debeo? Gallandius *Summi jussa Dei non contemnenda peregi?* In Rom. *tenenda* mendum est pro *temnenda* : reliqua, ut in Reg., et Ott. Omeisius fatetur, quatuor codices cum nostris facere, sed putat legendum *Dei haud temnenda*. Reuschius vero suspicatur *Dei contempta*. Retineo *Dei temnenda*, nempe quæ Zacharias contemneret, vel contempturus erat.

75. Tornæs., Reg., *Trepidæ*, quod expressit Gal

landius cum Gronero loc. cit. ex mss. Angl. Un., Cant. Plerique editi *rapidæ* : quod Reuschius retinuit, et explicat Badius, quia mens unico momento cœlos penetrat. *Trepide* sumitur pro *dubæ, incertæ, dubitantis*.

77. P. elm., Reg., Ott., Rom., Fabr., Gall., et *se se teneris immiscuit auris*. Velut editio Fausti, Ald., Torn., Poelmann. pro d. s., et subito *tenues se mittit in auras*.

78. Reg., Ottob., Poelm., Ald., Torn., Rom., Daventr., *populus miracula longa trahebat*. Barthii codex, *populus miracula longa trahabant*. Fabr., *populum miracula longa trahabant*.

79. Fabr., *Quid tamen in templo, minus bene*. In Reg., *Quid tantum in templo, deest*, in. Reuschius ait, tamen non adeo inconcinnum esse.

80. Reg., *Progressus trepidæ*. Barthii codex melius *Progressus trepidæ*. Sic Rom.

81. Plerique editi *miseræ et dispendia vocis*. Reg., *miseræ dispendia vocis*; ita Ott., sed post *miseræ* abrasum aliqd. videtur. Rom. *miseræ dispendia vocis*. Barth. e. dex *miseræ dispendia vocis*, quæ genuina lectio Barthio videtur. Fortasse legere præstiterit *miseræ ob dispendia vocis*, quæ fuerit causa cur nutibus edocuerit, etc. Sed lectio vulgata bene procedit. Cornetius Val. Vonck Observ. Miscell. cap. 51, pag. 113, rescribere mallet *miseræ et dispendia vocis*: nam ita amat Juvencus ultimo substantivo epitheton negare, ut mox v. 84, *Nec dilata diu venerunt munera prolis*.

NOTÆ.

67. Pulchra hæc est interpretatio verborum Lucæ cap. 1, vers. 19, 20 : *Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel qui sto ante Deum, et missus sum loqui ad te, et hæc tibi evangelizare. Et ecce eris tacens, etc.* Beda, in carminibus Juvenci versatus, hanc explicationem arripuit ad h. l. : *Vult intelligi, quod si homo talia promitteret, impune signum flagitiorum liceret : at cum angelus promittat, jam dubitari non deceat.*

69. Reuschius exponit, Debuisset etiam linguam colubere, ut tardus ad loquendum esses. Malo, Debuêrat insistere his tuis verbis, quibus tardum te ad credendum ostendis.

70. *Terræque reperior*, ut *rerum reperior* apud Virgilium, *orbis reperior* apud Prudentium, et similia alia apud alios, quæ longum esset recensere.

71. Prima significatio verbi *parco* est *ad sse, præsto esse*, quæ huic loco convenit. Adisis Comment. ad Prudentium lib. II, contra Symmach. v. 257. *Quæ simulæ parere meâ virtutibus.*

74. Draconius de munere divino, fortasse Juvencum imitatus, lib. 1, vers. 695 : *Manet irrevocabile munus.*

77. *Teneris auris*. Sic Prudentius Psych. vers. 122, *Per teneros crispata notos*. Confer Comment.

78. Barthius ait, pulcherrime usurpatum *trahēbat*, vel, quod ipse mavult, et elegantius quidem est, *trahēbant*, quod videlicet longa videatur series temporis continuata. Sic Virgilius lib. IV Georgic. vers. 592, *Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur* et Juvencus no-ter h. l. vers. 312, *Interea vete-*

ri scripti per debita currens,—*Omnia sæclorum series promissa trahēbat*. Adhuc tamen obscurum remanet, quid sit, *populum miracula longa trahere*. Verba Lucæ hæc sunt : *Et erat plebs expectans Zachariam, et mirabantur quod tardaret ipse in templo*. Plures quidem ac diversæ sunt significationes verbi *trahere*; sed ad rem nostram ea maxime facit, quæ accipitur pro agitare, reputare animo, considerare. Salustius De bello Jugurth. cap. 98 : *Marius anxius... trahens cum animo suo, ommitteretne inceptum... an fortunam opperiretur*. Tacitus Annal. 1, cap. 76, ad fin. : *Cur abstinerit spectaculo ipse, varie trahēbant*; hoc est, varie interpretabantur.

79. *Tantum cessare*, tantopere cessare. Vide quot. ad Draconium l. III, v. 250, *Et urget, Abraham tantum fecisse beatum*.

80. Glossa notabilis in Barthii codice hæc erat : *Numen supernum*. Angelum sic dicit, ut in historia Abrahami. Vel mittentem pro misso. Quoniam Deum homo videre non poterat, et vivere. Numen autem minus est, quam si Deum dixisset. Numen enim quasi nutamen Dei dicitur. Quod postremum est Barthius ex scelerato Paulo illo ortum esse, qui carnificina Festi innumerabiles bonas res omni posteritatis memoria male exemit, dignus optima sui parte pati, quæ lecti illi. Certe numen est nutus, voluntas, et fere dicebatur ab ethnicis de voluntate et potentia deorum, atque adeo de ipsis diis, et de divinitate.

81. *Dispendia vocis*, ut *sumæ dispendia, moræ dispendia*.

76 Inde domum remeat completo ex ordine vates A
Officio, amissamque levant promissa loquelam,
Nec di ata diu venerunt munera prolis;

85 Anxia sed ventris celabat gaudia conjux,
Donec quinque cavam complerent lumina lunam.

Tunc majora dehinc idem mandata minister
Detulit, ad Mariæ demissus Virginis aures.

Hæc desponsa suo per tempora certa propinquo,

90 **77** Abdita virgineis caste pubescere tectis,

78 Et servare diem jussis permissa parentum.

LECTIONES VARIANTES.

82. Reg., Ott., Faust., Poelmann. pro d. s., Ald.,
Torn., remeat. Fabric., Poelm. in textu rediit. Rom.,
repedat.

87. Poelm. pro d. s., *Nunc* : melius, *Tunc*.

88. Poelm. minus bene *dimissus* pro *demissus*.

90. Rom., *pubescere tectis* cum nota in margi-
ne, *Virginæ tædæ*, scilicet animadversione id dig-
num esse, quasi Virgo pubesceret in nuptiis.

NOTÆ.

83. *Levant*, levem et tolerabilem faciunt amissam loquelam. Virgilius l. 1, vers. 334 : *Sis felix, nostrumque lætes quæcumque laborem*; et l. viii, vers. 309 : *Ingressa, varioque viam sermone levabat*. Hinc *levamen*, consolatio.

85. *Anxia celabat*, quia occultabat se, ut ait Lucas, quasi erubesceret quod in senectute operam liberis dedisset. Schoettgenius tum hic, tum vers. 417, *anxia* interpretatur *lata*. *Gaudia ventris*, quia vere gaudebat, gratiasque Deo agebat, quod abstulisset opprobrium ejus inter homines. Nam omnes gentes probro vertebant sterilitatem feminarum. Inter Judæos hujusmodi opprobrium eo majus erat, quia Messiam ex sua gente nasciturum sperabant; ac proinde feminae steriles in hujus gloriæ partem venire non poterant. Prudentius Dittoch. vers. 14, *In ista — Risi Sara casa, sobolis sibi gaudium sera — Ferri*, et Sedulius l. ii, vers. 66: *Quæ ventre beato — Gaudia matris habens cum virginitatis honore*.

87. CAPUT II. — *Angelus Gabriel mittitur a Deo ad Mariam Virginem* (Luc. 1, 26-39). Quamvis idem minister fuerit, idem angelus Gabriel, tamen ad Mariam Virginem *majora* detulit. Annuntiavit enim Christum ex ea nasciturum.

89. *Desponsa*; verbum magis Latinum, quam *desponsata*: quamquam et hoc, quo Vulgata utitur, probum est. Multi intelligunt jam tunc B. Virginem nuptam fuisse, et significatione minus propria dici desponsam, vel desponsatam. Juvenens, cujus sane auctoritas contemnenda non est, contrariam tenuit, vel clare etiam tenet opinionem. Etsi autem Juvenens, ut communi Patrum et theologorum sententiæ cohereret, explicare voluerimus de solemnī celebratione nuptiarum, quam etiam post veri matrimonii contractum dilata esse intelligat, adhuc tamen a plerisque hac in re dissidet, quod in eadem domo cum Josepho non habitasse crediderit, etiam postquam desponsa illi fuerat, aut matrimonium cum eo contraxerat. Negari nequit rationes probabiles pro utraque sententiā ex Evangeliiis peti, ut vel ex iis colligi potest, quæ S. Thomas egregie disputat in part., quæst. 29, art. 2 : *Ad tertium dicendum, quod sicut Chrysostomus dicit super Matthæum, beata Virgo sic fuit desponsata Joseph, quod etiam esset domi habitata*. Nam sicut in ea, quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio maritalis : sic in ea, quæ extra domum concipit, est suspecta conceptio. Et ita non esset sufficienter provisum sanctæ B. Virginis per hoc, quod fuit desponsata, nisi etiam fuisset domi habitata. Unde quod dicitur, *Nollet eam traducere, ne plus intelligitur, id est, nollet eam diffamare in publicum, quam quod intelligatur de traductione in domum*. Unde et Evangelista subdit, quod voluit occulte dimittere eam. Quamvis tamen esset domi habitata propter primam desponsationis fidem, nondum tamen intervenerat solemnī celebratio nuptiarum, propter quod etiam nondum carnaliter conveniant. Unde, sicut Chrysostomus dicit, non dicit Evangelista, Antequam duceretur in domum sponsi, etenim intus jam erat. Consuetudo enim fuit veteribus, ut sponsæ in sponsorum domibus haberentur. Et ideo etiam Angelus dicit Joseph : *Ne timeas accipere Ma-*

riam conjugem tuam, id est, non timeas nuptias ejus solemniter celebrare : licet alii dicant, quod nondum erat in domum inducta, sed solum desponsata. Primam tamen magis consonat Evangelio. Opinionem, quæ magis placet S. Thomæ, confirmat Suarius disput. 7, tom. xvii. Aliam interpretationem, quæ ad Juvenens magis accedit, tenent Anselmus, Abulensis, Cajetanus, Baronius, et alii. Juvenens hoc ordine rem totam mihi narrare videtur. B. Virgo jam antea, et fortasse antequam nubilis esset, desponsa erat suo propinquo, sed jussis parentum abdita virgineis tectis pubescebat, tempusque opportunum matrimonii contrahendi expectabat. Hoc ipso tempore apparuit illi angelus, et cum de Spiritu sancto concepisset, illico matrimonium verum cum sponso suo Josepho contraxit, et ad salutandam Elisabetham se contulit. Nam si abdita virgineis tectis servabat diem nuptiarum, statim ac extra ea tecta prodisset, et quidem in montana in civitatem Judæ cum festinatione ivisse cognoscimus, facile intelligimus, id peractum post diem nuptiarum. Re ita exposita, vix ulla erit difficultas, quæ levi negotio non dissolvatur. Ea enim, quæ postea narrat Juvenens vers. 16s sequq., commode explicantur de Josepho jam conjuge, et viro B. Virginis, qui secum cogitaverit de Maria conjugis sua dimittenda.

90. Martialis libr. i, epigr. 71, *Virgineam domum* vocat virginum Vestalium ædres. Simili modo *virgineis tectis* explicare possumus de aliqua domo, in qua virgines simul essent, et educarentur. P. Canisius libr. i De Deipara V. cap. 42, et Suarius in 3 part., quæst. 29, art. 2, disp. 7, ex Patribus probant, fuisse in templo Hierosolymitano locum in quo virgines Deo dicatae habitabant, et in his virgineis ædibus B. Virginem ab anno ætatis suæ tertio, quæ a parentibus in templo presentata est, ut pie creditor, usque ad suam desponsationem, vitam egisse. De hujusmodi acsterio virginum intelligi potest illud Machab. II, iii, 49 : *Accinctæque mulieres ciliçis pectus, per plateas confluebant. Sed et virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam*. Abdita ergo virgineis hujusmodi tectis B. Virgo caste et pie vitam transegit usque ad pubertatis tempus : sed annuntiatio Verbi divini eo loco certe peracta non est, quandoquidem angelus missus est a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. Oportet ergo, ut intelligamus etiam in civitate Nazareth fuisse aliquem locum virginibus educandis accommodatum, vel tecta virginea, quæ Juvenens memorat, nihil aliud fuisse, quam cubiculum secretum in domo paterna Deiparæ, in quo hæc soli Deo vacabat, atque ostio clauso orabat Patrem in abscondito. Natalis Alexander Sec. i Histor. ecclæs. cap. 4, art. 2, locum l. II Machabæorum de virginibus, quæ conclusæ erant, explicat de puellis quæ pie educabantur, et propriis sibi cubiculis paterna domus, sive penetralibus latebant, neque prodire foras sinebantur. De his ergo paterna domus tectis æquum est Juvenens exponere. Vide notam ad v. 620 h. l.

91. Glossa Reg., *servare diem* — *Futuram nuptiarum*. Ita alii hanc locum interpretantur, præsertim Kennigius. Quod si tenemus, matrimonium jam

- Ad quam tranquillum sermonem nuntius infit : A 100 Nullos conceptus fieri sine conjuge dicunt.
Salve, progenie terras jutura salubri,
Desine conspectu mentem turbare verendo.
- 95 Nam tua concipient cœlesti viscera jussu
Natum, quem regnare Deus per sæcula cuncta,
79 Et propriam credi sobolem gaudetque, ju-
[betque.
Hunc ubi sub lucem dederis, sit nomine Iesus.
Ad quem Virgo dehinc pavido sic inchoat ore :
Supremique Dei natum vocitare necesse est.

LECTIONES VARIANTES.

92. Poelm. pro d. s., Ald., nuntius infert pro infit.
93 Poelm. in textu, Rom., Octob., Fabr., Salve, progenie terras jutura salubri. Ald., Torn., Poelm. pro d. s., Faust., et Davent. Salve progeniem terris paritura salubrem. Reg., Salve, progenies terras jutura salubris, ut Virgo dicatur progenies salubris. Grunerus loc. cit. ex inss. Un. progenie terris futura salubri, et Cant. progenies terris futura salubris, legit progenie terris futura salubris, quod merito displicet Gallandio, qui præfert progenie terras jutura salubri : ac revera metrum non patitur futura, ac paritura videtur glossema.
94. Torn., conspica mendose.
95. Alcuinus l. ii contra Elipandum male Non pro Nam.
96. Alcuinus loc. cit., per sæcula; l. ii contra Felicem male legit per singula.
97. Rom., ut propriam.
98. Poelm., Faust., Gall., Torn., Fabr., Huic, ubi suo lucem dederis, sit nomen Iesus. Un. apud Grunerum, Huic, ubi sub luce dederis, sit nomen Iesus. Barthii codex, Grunerus loc. cit., Alcuinus advers. Elipand., Rom., Ott., Hunc ubi sub lucem dederis, sit nomine Iesus. Ita Reg.; Cant., et Ald., sed nomen Iesus.
99. Ald., Torn., Faust., Rom., sic incipit. Poelm., Fabr., et alii, sic inchoat.
101. Rom., codex Barthii, Reg., Octob., Gall., mihimet; quod magis placet, quam mihi nunc in Aldo, Poelm., Torn., et aliis.
102. Torn., Faust., Rom., Ald., Fabr., Poelm. pro d. s., profatur Reg., Ott. cum aliis, fatetur.
104. Codex Barthii, Spiritus adveniet. Rom., Spiritus ac veniet.
106. Plerique editi distinguunt gigni : populis. Ald., Rom., Faust., gigni populis quem; quod sequitur Gallandus ex ix, 6 Isaïæ. Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et Lucæ ii, 41 : Natus est vobis hodie Salvator. Reuschius probat gigni : populis quem, ex Act. Apost. iv, 12.

NOTÆ.

- tunc contractum fuisse, id intelligemus de die quo ceremoniæ publicæ, et solennes matrimonii peragi debebant, vel quo Joseph in domum suam eam ducturus erat. Servare interdum sumitur pro observare, esse in specula, expectare. Dies etiam sumitur pro tempore indefinito, ut idem sit servare diem, ac expectare tempus opportunum. Igitur B. Virgo jussis parentum permissa est, nempe data, seu tradita est; nam hanc significationem habet hoc loco verbum permitto, ut pubesceret virgineis tectis, et servaret diem. Sic enim procedit sensus horum versuum, non, ut exponit Wilkins, abdita est pubescere et servare. Innuvit Juvencus, Virginem Josepho desponsam fuisse, dum adhuc SS. ejus parentes Joachim et Anna viverent. Multi tamen asserunt, parentes Mariæ Virginis e vita excessisse, cum hæc ætatis xiv circiter ægeret, ac proinde a sacerdotibus nuptiæ traditam fuisse Josepho. Res incerta est, neque desunt scriptores antiqui, qui affirmant utrumque parentem, aut saltem S. Annam superstitem fuisse ad annum quartum vitæ Salvatoris nostri. Accipio autem vocabulum parentum propria significatione, non alia minus propria, quæ sequiori ævo invaluit, qua propinqui parentes dicuntur : de qua dixi ad Dracontium v. 556 libr. iii.
92. Virgilius l. xi, vers. 242, Ita farier infit. Sic alii passim cum infinitivo : sed cum accusativo sermonem infit non facile invenies.
93. A juvo participium est jutulus et juturus apud Tacitum, Palladium, et Columellam, qui l. x, vers. 121 ait : Rutæque Palladiæ bacæ jutura saporem. Alii habent victura pro jutura.
95. His versibus Juvenci contra Felicem, et Elipandum probat Alcuinus, Christum filium Dei naturaliter esse, ut ostendi in Prolegom. num. 94.
98. Nomine Iesus trissyllabo uti solet Juvencus; atque adeo legi potest nomen Iesus. Verum etiam in hac scriptura nomine Iesus intelligi, Iesus esse trissyllabum, elisa ultima in nomine.
101. B. Virgo sibi conscia erat virginitatis, eamque Deo voverat. Hinc ait : Mihimet sperabo, etc., quod magis energeticum est, quam mihi nunc sperabo. Vide vers. 292 h. l., et vers. 301 et 617 libr. ii; quibus in locis vox sibimet occurrit.
103. Verba Lucæ sunt cap. i, vers. 35 : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Arnulfus Lexoviensis carm. i imitatus est Juvencum, vel potius ipsius sacri codicis verba ipsa retinuit, ut observat Barthius libr. ix Advers. cap. 17, col. 449. Versus Arnulfi est : Virgineumque uterum virtus sacra Patris obumbrans. Hoc verbo utuntur veteres omnes versiones, et plerique Patres. Victorinus Africanus l. i adversus Arium dixit et obumbrabit et inumbrabit. Utrumque verbum bene Latinum est. Hugo Grotius putat, translationem sumptam ab avis pullos excludentibus. Gregorius Magnus Moral. xviii, Job. xvii : Veluti umbram quamdam tibi circumfundet, qua te ab æstu libidinis refrigerando contutabit. Theophylactus primum affert similitudinem avis pullos suos contegentis, sive alis obumbrantis; tum quasi dubitanus proponit comparationem pictoris primum delineantis, et umbras inducentis, et deinde perfectum colorem addentis. Maldonatus hanc similitudinem rejicit, primam sic reformat ; Melius fortasse dixisset, sicut solet avis ora sua tegere, ut ejus calore pulli gignantur, excludanturque. Hoc adoptavit Grotius.
107. Animadvertenda est explicatio verborum Lucæ i, 35 : Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Videtur Juvencus ita distinguere et quod nascetur ex te, sanctum vocabitur, Filius Dei. Aperte Tertullianus libr. iv advers. Marcion. pag. 701 : Propterea quod in te nascetur, vocabitur sanctum, Filius Dei. Verbum vocabitur exponit Juvencus vocitare necesse est. Nam in sacris litteris vocari sæpe idem est, ac esse, Hebræico scilicet idiomate, ut Isaïæ cap. i, vers. 26 : Posthæc vocaberis cinis justi, urbs fidelis, et hoc cap. i Lucæ vers. 52. Filius Altissimi vocabitur. Sic etiam Homerus Iliad. l. iv, vers. 6, verba Junonis ad Jovem refert : Utrumque, tum quod ad genus, tum quod tua conjux — Vocor. Vide licet, Et soror, et conjux tua sum. Interpretatio Juvenci hæc est : Sermone, et virtute, Spiritus sancti

Sic cognata tibi, sterilis quæ credita cunctis, A
Zachariæ conjux mortali germine nuper
110 Ævo defessis auxit miracula membris.
Sextus adest mensis : parent sic omnia jussis.
81 Virgo dehinc : Domino famulam nunc ecce
[jubenti,
Ut tua verba sonant, cernis servire paratam.
Nuntius abscedens vacuis se condidit auris.
115 Illa dehinc rapidis Judæam passibus urbem,
Zachariæque domum penetrat, gravidamque
[salutat, &

Elisabeth : clausæ cui protinus anxia prolis
Membra uteri gremio, motu majore resultant :
Et simul exsiluit mater concussa tremore
120 Divinæ vocis : completa afflamine sancto,
82 Et magnum clamans : Felix o semina,
[salve,
Felicem gestans uteri sinuamine fœtum.
Unde meam tanto voluit Deus æquus honore
Illustrare domum, quam mater numinis alti
125 Viseret! Ecce meo gaudens in viscere proles
Exsultat, Mariæ cum prima affamina sensit.

LECTIONES VARIANTES.

108. Fortasse, *Sic cognata tua sterilis.*
110. Reg., *hausit*, quod videtur fuisse in Ottob.,
fortasse pro *hausit*. Sed *auxit* bonum est.
112. Nonnulli editi *nunc esse*. Fabricius cum Ald., B
Faust. edidit *nunc ecce*, quod confirmatum reperio
in mss. Reg., Rom., et Ottobon., ubi mendum est
nunc et ecce. Sic etiam Lucas : *Ecce ancilla Do-*
mini, etc.
117. Ottob., *prolis*, a sec. m. *proles*, non bene.
119. Ott., Reg., Ald., Torn., Faust., *exsiluit*;
alii, *exiliit*.
120. Rom., Codex Barth., Reg., *vocis completa est*
flamine sancto. Ita etiam codex Un. apud Grunerum.

Ex quo conjici posset *Divinæ vocis : completa et fla-*
mine sancto, sic enim omittitur vocabulum *afflamen*,
de quo dicam in nota ad vers. 126. Ott., *vocis, com-*
pleta affamine, sed videtur fuisse *afflamine*. Gru-
nerus ex cod. D. (fort. Cant.), *completa est flamine*
legi vellet *affamine*, ut vers. 126, *affamina sensit*,
Gallandio vitiosa hæc ejusdem vocis repetitio videtur.
Plerique habent *Divinæ vocis completa afflamine sanc-*
to. Lucas ait : *Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth.*
Et exclamavit voce magna, et dixit. Hoc ergo est *affla-*
men sanctum. Nam *Divinæ vocis* jungo cum tremore,
nempe *ut audivit salutationem*, etc.

122. Rom. mendose, *uteri sinu animæ.*

NOTÆ.

puer generabitur ex te, qui erit sanctus, et Filius Dei.
Nonnulli interpretes monent, *sanctum* jungendum
cum verbo *nascetur*, qui ita in emendatis Bibliis in-
terpungitur. Joannes Albertus Bengelius Gnom. novi
Testament. ad h. l. cum Tertulliano, interprete Sy-
ro, et auctore sermonis contra omnes hæreses apud
Athanasium in Juvenci explicationem propendit, ut
C *sanctum* pro parte prædicati habeatur. Mazochius
t. iii Spicil. ad h. loc. ita interpungendum conjiciebat,
ut cap. ii Lucæ vers. 23 : *Sicut scriptum est in lege*
Domini : Quia omne masculinum adaperiens vulvam,
sanctam Domino vocabitur. Maldonatus hanc inter-
pungendi rationem non probat, qui etiam observat,
eam a Beda fuisse rejectam. Minus vero probandum
est, quod ipse *sanctum* vim potius adverbii, quam
nominis habere cum paucis aliis censet.

108. Cum in Vulgata Latina versione, et in Itala,
et apud alios Patres legatur *cognata tua*, non ægre
feram, si aliquis ita legat in Juvenco, *Sic cognata tua,*
sterilis quæ credita cunctis, producta scilicet ultima
in tua ob st dictionis sequentis. S. Elisabetham
sororem S. Annæ matris Mariæ Virginis fuisse ali-
qui tradunt. Alii alio modo explicant cognationem
Deiparæ cum S. Elisabetha.

109. *Mortali germine*, ut discrimen inter concep-
tionem Christi, et S. Joannis Baptistæ indicetur.

D 110. *Evum* sumitur etiam pro senio, sive extrema
senectutis parte.

111. *Parent sic omnia jussis*, quia non erit impossi-
bile apud Deum omne verbum. Victor. l. i Genes.
vers. 73 : *Plus sit tibi credere semper — Posse Deum,*
quidquid fieri non posse putatur.

115. His verbis consensus præstatum a Maria
Virgine : *Ecce ancilla Domini : fiat mihi secundum*
verbum tuum. In veteri Itala versione : *contingat mihi*
secundum verbum tuum. In Juvenco *secundum verbum*
tuum ita exprimitur, *Ut tua verba sonant*, nimirum ut
tua verba significant : habet enim verbum *sonare* hanc
significationem. Cicero, l. iii Offic., cap. 21 : *Hæc duo*
verba inter se discrepare, re tamen unum sonare videan-
ture; et lib. ii. De finibus, cap. 2., al. 6 : *Non intelli-*
gere interdum, quid sonet hæc vox voluptatis. B. Virgo
Maria se Deo servire paratam ostendit eo videlicet

in opere, quod Angelus explicuerat : quo consensu
exhibito, illico Verbum caro factum est. Putant non-
nulli, verba illa, *Fiat mihi secundum verbum tuum*,
innuere desiderium in Virgine. Juvencus solum con-
sensus agnoscit, quem plerique alii sequuntur. Per-
inde enim est, ac si B. Virgo diceret : *Ecce ancillam*
Domino me exhibeo, ut fiat mihi secundum verbum tuum.

115. CAPUT III. *Visit Mariam Elisabeth.* Luc. i, 31-
56. *Judæam urbem*, videlicet Hebronem, ut plerique
volunt. Evangelista ait, *In civitatem Juda*, et in ve-
teri Itala versione *Judæ*, vel *Judæa*.

119. Gifanius in Indice Lucretii verbo *dissilui* con-
tendit, veteres ita sæpissime locutos *dissilui, exsilui,*
prosilui, non *dissilii, exsilii, prosilii*. Forcellinus
etiam in Lexico affirmat, tutius, et usitatius esse
exsilui, quam *exsilii*. Omeisius contra asserit legen-
dum *exsilii*, quia punitur pro *exsiliri*, ut dicitur *audi-*
dii, audivi.

120. Similia occurrunt 120, seq., *Mox etiam as-*
uetam penetrant spiracula mentem. — *Complectusque*
canit venturi conscia dicta : et v. 250.

121. *Magnum* adverbii more, ut dicam ad v. 128.

122. Glossa in codice Reg. *sinuamine-gremio*. Ba-
dus exponit *complexu recurvo*. Juvencus rursus l. iii,
v. 56, Prudentius, et Sidonius hoc vocabulo *si-*
nuamen usi sunt.

123. Rursus. v. 135. *Et seclis voluit Deus æquus*
haberi. Vide not. ad v. 713.

125. *Viscus* est quodcumque intestinum animalis:
nominatim pro utero ponitur, præsertim in numero
plurali ab Ovidio, Seneca, Ulpiano, et aliis. Eccle-
sia etiam canit : *Beata viscera quæ portaverunt æterni*
Patris Filium, etc.

126. *Affamen* semel, et iterum ab Apuleio usurpa-
tum lib. xi Metam. Ut igitur Juvencus *affamen, si-*
nuamen dicit, sic *afflamen* vers. 120 enim dixisse
credendum est. Kœnigius plura similia profert, *al-*
legamen, eruclamen, frusturamen, imprecamen, irriga-
men, micamen, picturamen, quassamen, scrutamen,
surculamen, temperamen, veteramen. Sed multa hor-
um ex recentioribus petita sunt, neque imitatione
digna.

Felix, quæ credit finem mox affore verbis, A
Quæ Deus ad famulos, magnum dignando, lo-
[cutus.

Illa trahens animum per gaudia mixta pudore,
130 83 Suppressæ vocis pavitantia dicta volutat :
Magnificas laudes animus, gratesque celebrat
Immensi Domino mundi. Vix gaudiis tanta

Spiritus iste capit, quod me dignatus in altum
Erigere ex humili celsam, cunctisque beatam
135 84 Gentibus, et seclis voluit Deus æquus haberi.
Sustulit ecce thronum sævis, fregitque superbos,
Largifluis humiles opibus ditavit egentos.
Tunc illic mansit trinos ex ordine menses,
Ad propriamque domum repedit jam certa futuri.

LECTIONES VARIANTES.

127. Codex Un., *Felix qui credit*. Grunerus ex conjectura mallet *quæ credis* ex *Beata, quæ credidisti*. Vulgata, Poelm. pro div. script., Fabr., *quæ confisa fidem mox*. Plerique, *quæ credit finem mox affore verbis*. Fabr., verbo pro verbis, et vers. seq. quod pro quæ.

128. Barthius etsi legerit cum suo cod. *verbis*, nunc legit *quod*. Rejicit *locutus* pro *loquetur* in Fabricio, quia illud fidem in præterita solum declarat, hoc autem eisdem etiam in sequentiã dirigit. Fabricius ex ingenio, ut arbitror, posuit *locutus* ut exprimeret verba Lucæ 1, 45 : *Et beata quæ credidisti*. Cæterum in veteri editione Faustii etiam legitur *quod*, sed supra *verbis*, et mox *loquetur*. Reuschius sic legit : *Quæ Deus ad famulam, magnum dignando, locutus*, ex textu Græco : Ὅτι ἔσται τελειώσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ κυρίου. Idem notaverat Omeisius. Saltem *locutus* retinendum est. Aliqui mss. Lucæ delent illi, aut tibi.

129. Codex Barth., Reg. a p. m. : *Illa trahens animo per gaudia mixta pudorem, suppressæ vobis pavitantia dicta volutat*. Ita etiam Torn., ubi tamen legitur *suppressæ* mendose, ut puto, pro *suppressæ*. Rom. *Illa trahens animo per gaudia mixta pudore* — *Suppresse vocis*. Omeisius scripturam Barthii in codice Fuldensi invenit, eamque reliquis prætulit. Accedit Reuschius, qui interpretatur, pudorem ex agnitione indignitatis ortum : qui tamen indignitatis sensus gaudio admixtus erat, quod Dominus ipsam respexit. Editio Colonienfis Hadamarii anni 1537 : *Illa trahens animum per gaudia mixta pudorem* — *Suppresso*, C
vobis, quod Poelm. admisit in textu. Reg. a ser. m., et Ott. *Illa trahens animum per gaudia mixta pudore*, — *Suppressæ vocis* : quæ lectio mihi placet, quam-

vis Reuschius putet loquendi hunc modum nimium popularem esse, et Juvenco indignum; cuius dictionem nullam affert. Vide Virgil. l. 4, Æn. 285. Poelm. pro div. scr., Dav., Ald., Faust. *Illa trahens animum per gaudia mixta pudore* — *Suppresso, vocis pavitantia dicta volutat*. Ita Fabr., sed *mixta* pro *multa*, qua scriptura Fabricii suam longe meliorem esse ait Barthius. Ego mallet *Suppressa voce*.

131. Ott. a p. m., Reg., Rom., *animo*, quod edidit Torn. Plerique, *animus*. Faust., Rom., Ott., Reg., Ald., Poelm., pro div. s. *celebrat*. Torn. et alii, *rependit*, quæ est glossa in Reg.

132. Codex Barth., Rom., Ott., Torn. *Immensi* : ita Reg. cum glossa, *totius*. Alii, *Immenso*. Faust. distinguit, *Immenso Domino* : mundi.

133. Poelm., pro d. scrip., *vix gaudia tota* — *Ipsumte caperent*, quod exstat etiam in ed. Faustii cum *mendo caperant*. Reuschius cum aliis, *vix gaudia tanta* — *Spiritus iste capit*, videlicet animus; negatque, cum Un. legendum *ipse* pro *iste*. Sciendum quippe est, pronomen *iste* aliquando pro *hic* poni, ut contra *hic* pro *iste*.

136. Ald. *Abstulit*; alii, *Sustulit*. Poelm., pro d. s., *servis* pro *sævis*; id probum est. Rom., *serus*.

137. Poelm., pro d. s., *Immensis humiles*.

138. Faust., Fabr., *ternos ex*.

139. Faust., Ottob., Reg., Poelm., pro d. script., Torn., Fabr., Rom., Ald., et alii, *repedat*, quod verius videtur, quam *reusat*, ut legitur in aliis, et in veteri etiam codice Barthii; qui fatetur quidem, *repedare* esse verbum antiquum, et probe Latinum, sed illo tot locis ait scætero christianos scriptores, ut sæpe in illorum locis aliud legere velit.

NOTÆ.

127. Finis, ait Barthius, est propter quem datur quid : quo effato scripturam editam confirmat. Iterum Juvencus hoc l. vers. 238, *Finemque imponere verbis* — *Dignetur cum pace suis*.

128. *Magnum* adverbii more pro *valde*. Val. Flaccus l. 1, vers. 263, *Magnumque sonantes*. Adde Plautum, Gellium, alios.

130. *Suppressæ vocis dicta* sunt verba prolata summissa voce. Quod clarius dici potuit, et ut ego conjicio, dixit Juvencus *Suppressa voce pavitantia dicta volutat*, producta ultima in voce ratione cæsuræ : quæ quidem ita apud antiquos insolens est, sed frequens apud poetas sequioris ævi, et frequentior appareret, si librarii audaces, ejusque consuetudinis ignari, multos versus non corrumperent. Denotatur modestia Virginis in colloquio. Cicero, pro Sylla, cap. 10 : *Qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia conjuratorum omnium dixisset, tantummodo ut ros, qui ea probatis, exaudire possentis : de supplicio P. Lentuli, de carcere magna, et queribunda voce dicebat*. Vox propria poetarum est *pavitantia*, sed honorum tamen poetarum, ut Virgillii, Lucretii, Terentii, Valerii Flacci, Senecæ Tragicæ.

132. *Immensi mundi*, ut in oratione Eugenii Tolletani ex optimis exemplaribus, *Rex Deus, immensi quo constat machinæ mundi*, non, ut in aliis legitur, *Rex Deus immense, quos constat machinæ mundi*. Vile Prolegom. in Dracontium, n. 66, pag. 49 seq.

Reuschius id confirmat, quia si mundus immensus, quantus erit ille, qui eum condidit? Prudentius, l. 1 contra Symm. : *Magnique immensa creaverit orbis*. Ovidius, l. 11 Met. v. 35 : *Ille refert : O lux immensi publicæ mundi*.

134. Plerique verba Deipara, *Quia respexit humilitatem ancille suæ*, intelligunt de virtute humilitatis : Maldonatus cum Juvenco, et aliis de abjecta, vilique conditione.

136. *Fregit superbos* eleganter, ut *frangere hostes, nationes*. Cicero, 1 Catilin. cap. 9 : *Te ut ulla res frangat? Tu ut unquam te corrigas?* De voce *thronus* vide Comm. : d Prudentium, v. 102. Apoth.

137. *Largifluis* vox est veterum Lucretii, et Pacuvii.

138. In Vulgata habemus *quasi mensibus tribus*. In multis exemplaribus veteris Italice deest *quasi*, ut hic apud Juvencum et S. Ambrosium, libr. 11 in Lucam. Sæpe apud Juvencum occurrit adjectivum hoc numerale *trinus*, quod distributivum est, verum interdum ponitur extra distributionem, ut hoc, et aliis in locis a Juvenco. Idem significat, et eodem modo accipi solet *ternus* sive distributive, sive extra distributionem; ex quo accidere solet, ut in mss. non solum Juvenci, sed etiam aliorum nom. pro altero ponatur, ac discrepent inter se vetera exemplaria.

139. Fabricius in Commentar. poet. christ. ait, *repedare* esse pedibus domum remeare. Origo qui-

- 140 Janque aderat tempus, quo jussum fundere A
[œtum
85 Elisabeth volvenda dies in luminis auras
Cogeret. Ad partus famam collecta cucurrit.
Turba propinquorum, tum gaudia mira frequen
[tes
Concolebant, nomenque jubent genitoris ha-
[bere.
- 145 Abnuvit hoc genitrix, sed Joannes vocitetur,

- Ingeminat. Placuit muti tunc jussa parentis
Consulere, scriptoque rogant edicere nomen.
Sed, proh mira fides! tabulis cum scribere ten-
[tat,
86 Implicitam solvit per verba sonantia lin-
[quam.
150 Mox etiam assuetam penetrant spiracula men-
[tem,

LECTIONES VARIANTES.

140. Reg., Ott., Rom., Reuschius eum quinque
codicibus, Barth., Poelm., pro div. s., quo jussum
fundere factum — Elisabeth volvenda dies in luminis
auras — Cogeret : ad partus famam collecta. Ita Torn.,
sed distinguit Cogeret ad partus famam : collecta,
minus bene ; pejus vero, quod scribit cum aliis Eli-
zabeth pro Elisabeth, quod poscit metrum. Ald., B
Faust., Fabr., Poelm. in textu, Daventr., et alii,
quo sarcina deserat alrum — Elisabeth liquidas sol-
venda in luminis auras : — Ad partus fama tantos col-
lecta. Barthius, qui hanc scripturam alibi falsam
judicavit, quasi errorem peperisset nomen Elisabeth
indeclinabile positum, postea, l. lvi. cap. 47, ean-
dem videtur admittit : sed pro deserat legit descret
a verbo deserere, recludere, resignare, quod poscit
solvendi verbum de altero versus sese ingerens. Idem
Barthius in Fulgentio corrigi, Descrete flosculis pro
Reserare, hbr. i Mythol. et a. and Apul., l. i Metam.,
nonnulli legunt deseratus pro reseratus.
143. Poelm., pro d. s., per gaudia. Barthii codex
frequens pro frequentes.
145. Reuschius distinguit : Abnuvit hoc genitrix ;
sed, Joannes vocitetur. — Ingeminat. Alii, sed Joan-
nes.
146. Ott., ingemuit, recto correctum per ingemi-

nat. Hadamaris Ed., Rom., Poelm., in textu,
cunctis tunc. Plerique, muti tunc.

147. Reg., Ott., Poelm., pro d. script., Torn.,
Fabr., Consulere, scriptoque rogant edicere nomen,
quod bonum est, producto e postremo in consulere
ob duas consonantes vocis sequentis. Barthii codex,
Consulerent, scriptoque rogant. Rom., Consulere, et
scriptoque rogant. Ald., Faust., Poelm., pro alia
scriptura, Consulere, in scripto rogantque edicere
nomen. Poelm., in textu, Hadamaris, in scriptoque
rogant.

148. Barthius alicubi legit dum pro cum.

149. Mendum crediderim in Fabricio sententia pro
sonantia, quamvis sonere pro sonare dixerint veteres,
ut multa similia, quæ hoc loco eungerit Schoetige-
nius.

150. Fabr., mendose, penetrans. Codex Barthii,
penetrant spiracula linguam. Torn., essuetam, Hada-
maris, assueta, quod edidit etiam Westhemerus
pro divers. script., Rom., assuetam penetrant spiri-
talia mentem : sed fortasse prius fuit spiracula,
quod unice proba. Non male esset assueta, producta
ultima ratione cæsura. Sed assuetam confirmat ver-
sus 720, l. n.

NOTÆ.

dem verbi hæc videtur esse, quasi pedem retrahere,
sed simpliciter ponitur pro reverti. Hoc verbum, a
Lucilio et Pacuvio usitatum, deinde in obsoletis po-
situm, in usum denique reduxerunt cadentis latini-
tatis scriptores, Juvencus, Ammianus, Damasus,
alii. Vide Cellarium, Cur. Posterior., et Jo. Ludov-
vium de la Cerda, Advers. saer., cap. 21, num. 6.
Reversa vero est Despara in domum suam jam
certa futuri, non quod antea certa non esset, sed
quia experientia didicit, verum esse, quæ Angelus
de Elisabetha pronuntiaverat.

140. CAPUT IV. Joannis Baptistæ natiuitas. Lucæ 1,
56, 80. Phrasis Fundere factum facilitatem edendi
factum innuit. Dracontius, l. ii, v. 682, de eodera
partu S. Elisabethæ : Fundatur de ventre puer sub
sorte beata.

141. Elisabeth inchoinabile : scilicet volvenda
dies cogeret Elisabetham fundere factum. Volvenda
dies habet vim instantis temporis, ut observavit Gi-
fanius, Ind. Lucresii, verbo volvenda. Virgilius l. ix,
v. 6 : Turæ, quod optanti Divum promittere nomen —
Anderet, volvenda dies en atulit ultro. Avitus, l. v,
v. 411, al. 416 : Maxima nocturnas jam pars exeyerat
horas. — Et volvenda dies instabat sorte propinqua.

142. Notandus est mos a Græcis, Latinis, et Ju-
deis usitatus, quod propinqua convenire solebant
ad visandas puerperas, et adesse, cum post octo,
vel novem dies, infanti nomen imponeretur.

145. Sumit particulam sed ex Evangelio : Dixit,
Nequaquam, sed Joannes vocabitur.

147. Multonatus ad hunc Evangelistæ locum sic
ait : Juvencus scripta existimat Zachariam interroga-
tum. Meis Juvenci alia mihi videtur, nimirum Za-
chariam natiuitas rogatum, ut scripto nomen pueri
ediceret.

148. Vulgata, Et postulans pugillarem : sic etiam

C Itala in plerisque ms., sed in Cantabr. : Et cum pe-
tisset tabulam scriptis : Joannes est nomen ejus. Am-
brosius in Luc. : Et accepit pugillares, etc., quod
magis Latinum est : nam in singulari neutram est
pugillar. Subaudiri autem potest tabellam in pugilla-
rem. Nam etiam pugillares adjectivum est, et sub-
audiuntur tabellæ, codicilli, aut aliquid simile. Pru-
dentius, hymn. 9, Peristephi. de S. Cassiano, v. 15 :
Unde pugillares soliti percurrere cæcæ. Forcibinius
ait : Corripit hic Prudentius primam, malus auctor
prosodia. Ego vero non video, cur reprehendendus
sit Prudentius, cum pugillar a pugillo, seu pugno
dicatur, et in pugillo prima sit brevis. Corripuit
etiam Ausonius in iambico dimetro, epigr. 146,
Bipatens pugillar expedit. De hujusmodi tabellis cera
illitis, quibus veteres scribebant, vide Comment.
ad cit. hymn. S. Cassiani. Juvenci sententia ita
exponenda est, ut Zacharias simul et scripserit
nomen, et, recuperata facultate loquendi, illud
pronuntiaverit. Hoc innuit Evangelista : Scri-
psit dicens : Joannes est nomen ejus. Et mirati sunt
universi. Et videtur potior fuisse ratio, cur mira-
rentur, quod nomen pronuntiaverit, quam quod
scripserit. Poterant enim Zacharias et Elisabeth
muti et scripto antea inter se consensisse de nomi-
ne Joannis imponendo. Equidem non satis intelligo
rationem S. Ambrosii in comment. ad h. l. : Et
quidem ille mutus intinere vocabulum filii requirit
uxori : sed per prophetiam Elisabeth didicit, quod non
didicerat a marito. Ratio Ambrosii confirmari poterit,
si dicatur, ita Zachariam fuisse mutum, ut non so-
lum non loqui, et non audire, sed neque scribere
quidem posset. Verum id neque ab Ambrosio expri-
mitur, neque, ut ego censeo, ab evangelista ianni-
tur.

- Completusque canit venturi conscia dicta : [tent A
 Concelebrant cuncti laudes, gratesque frequen-
 Astrorum, et terræ, pontique, hominumque pa-
 [renti :
 Visere quod voluit, propriamque absolvere
 [plebem.
- 155 En beat antiquam gentem, cornuque salutis
 Erecto, indulget Davidis origine lumen.
 Hoc est, quod prisca cecinere ex ordine vates :
 Hæc est illa salus, quæ nos ex hostibus atris
 Bripit, ut juste justo servire queamus.
- 160 **87** Et tu, parve puer, sanctus, dignusque propheta
 Dicere, et Dominum mox prægrediendi viando.
 Illius et populum duces per lumen apertum :
 Errorem per te spernent, mortisque tenebras
 Abrumpent omnes, tua qui præcepta sequentur.
- 165 Exhinc secretis in vallibus abdita semper
 Vita fuit puero, donec, poscentibus annis,
 Vatis ad officium pleno pubesceret ævo.
 Interea Mariæ sponso miracula mentem
 Sollicitant, manifesta uteri quod pondera vidit :
- 170 Et secum volvit, quam ratione propinquæ
 Dedecus oppressum celet, thalamosque recuset.
88 Talia tractanti torpescunt membra sopore,

LECTIONES VARIANTES.

151. Barthii membranæ, *Completusque Dei venturo conscia dicta*, ex quo Barthius restituere vult *Dei venturi conscia dictat*. Torn., *ventura vitiose*.
 152. Ott. *concelebrant et frequentant*, minus bene.
 154. Torn., Rom., Reg., Ott., *quod : alii, qui*.
 160. Poelm., Rom., Ald., Fabr., *Et tu. Reg., Ott. cum Torn., At tu. Versiones Vulgata, et Itala, Et tu, puer. Codex Cantabr., Et tu autem, infans*.
 161. Torn., Reg., Ottobon., *Dicere, et Dominum mox prægrediendi viando*. Ald. ita, *sed progrediendi*. Cum Aldo facit Rom., sed mendose *progrediendi*. Poelm., *Diceris, Dominum mox prægrediendi viando*, et pro div. s., *progrediendi. Prægrediendi præferendum est ex verbis Lucæ i, 76 : Præbis enim ante faciem Domini*.
 Et in codice Cantabr., apud Sabatierium, *Antecedes enim ante faciem Domini*. Faustus cum Aldo facit, alii cum aliis, *prægrediendi*.
 162. Ald., Roman., Torn. *per lumen*. Plerique *per lumen*, quod ad verba Lucæ i, 79, propius accedit.
 165. Plerique scribunt, *Exhinc* : Sabatierius, pro d. s., *Exin*.
 168. Roman. et codex Barthii, *Mariæ sponsi*, quod tantumdem est, ut ait Barthius, cap. 5, libr. LIX Advers.
 171. Barthii codicis margini apposita erat conjectura philologi veteris *Dedecus oppressæ*, qua indicatur, S. Josephum existimasse vim illatam fuisse Virgini. In Rom., *cedet*, error, pro *celet*.

NOTÆ.

154. *Visere et visitare* in mysterio Incarnationis exponendo sæpe usurpatur. Confer Commentar. hymn. xi Cathem. Prudentii, v. 32 : *Dignatus orbem viseret*.
 155. *Cornu salutis*, ex sacro codice. *Cornu Hebraica* phrasi potentiam et regnum significat.
 156. Verba Lucæ sunt : *Et erexit cornu salutis in domo David pueri sui*. Versio Itala ex ms. Colbert., *in domum*. Erigit ergo Deus potentiam et salutem, indulgetque lumen ex familia David.
 161. De verbo *viare* egi in comment. ad Prudentium, præfat. 2 Apoth., vers. 15. Adde Cerdam Advers. sacr., cap. 144, n. 34.
 164. *Abrumpent*, discutient, dispellent ; e tenebris emergent.
 166. Trigesimo ætatis anno eos, qui ex ordine sacerdotali erant, Judæi ad officium sacerdotis admittere solebant. Numer. cap. iv, vers. 3 et 47.
 167. *Pleno ævo*, plena ætate, plenis annis, ut Virgilius dixit de Lavinia, *Jam plenis nubilis annis*. Vide notata a nobis ad vers. 384, l. i Dracontii.
 168. CAPUT V. *Joseph cogitat relinquere Mariam*. Matthæi i, 19-24.
 169. *Onus uteri* hoc pariter modo dicunt Ovidius, Gellius, Sidonius, Avitus, Sedulius, quorum loca annotavit Omeisius. Ovidius, l. iii Fast. vers. 42 : *Cælesti tumidus pondere venter erat*. Consule Arntzenium, ad Sedulium, l. i, vers. 96.
 171. Glossa in codice Reg. est, *thalamos* — sponsalia. Sponsalia proprie sunt promissio et stipulatio futurarum nuptiarum. Juvenalis, sat. 6, vers. 25 : *Conventum tamen et pactum, et sponsalia nostra — Tempestate paras*. Glossa confirmari potest versu 178 : *Hæc præcepta sequens servat sponsalia pacta*. Verba Matthæi sunt : *Joseph autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam*. Pro *traducere* Græce est *παράδοματίζαι*, quod est ignominiose exponere, ostendere in exemplum, infamare. *Dimittere*, quod omnes exhibent, in textu Græco est *ἀπολύσαι* : quod si sermo sit de conjuge, verti posset *divortium cum ea facere*, si de sponsa, melius esset *repudiare* : nam repudiari etiam potest futurum matrimonium. In codice Cantabr., *Et nollet eam præpalare*. Hilarius, in Matth. i : *Et dictum hoc Joseph volenti eam abjicere, quia justus ipse nollet in eam lege decerni*. Augustinus, epist. 153 : *Et nollet eam divulgare*. Vigilius Taps., lib. xii de Trin. : *Et nollet eam detegere*. Secum igitur cogitabat Joseph, quam ratione dedecus Mariæ celaret, eamque dimitteret, aut ejus conjugium abjiceret. Hæc est expositio Juvenci, qui propterea non approbat sententiam nonnullorum, qui explicant *nollet eam traducere*, hoc est, nollet eam in domum suam ducere. Barthius, libr. xxxiv Advers. cap. 9, probat, *traducere* verbum nuptiale esse ex Prudentio Juniore Hispano puto, in Vita B. Mariæ virginis. Verum hic auctor, ut ego *traducere* dixit, ut explicaret, novam nuptiam in aliam familiam transiisse, quia jam tum aliqui verba Matthæi, *Et nollet eam traducere* sic accipiebant. Alii existimant, Josephum nihil mali de B. Virgine judicasse, vel quia intellexerat, eam concepisse de Spiritu sancto, vel quia eximia Virginitatis sanctitate permotus omne iudicium sustinuit. Ab his etiam dissentit Juvencus, qui potius cum Chrysostomo, Ambrosio, Augustino, Justino, aliisque Patribus et interpretibus tenet, Josephum sibi persuasisse Mariam concepisse ex adulterio. Menochius ab opinione philologi veteris, qui in Juvenco concipiebat *Dedecus oppressæ*, non abhorret. Fortasse, ait, *existimavit Joseph, Mariæ vim illatam, atque ita absque illius peccato gravidam esse*. In novo Thesouro Theologico-Philologico inserta est dissertatio Francisci Baringii *De paradigmatico, seu repudio sponsæ adulteræ*.
 172. *Divinum hoc est*, ait Barthius pag. 2778 : *Quod indicat, non somnium solum, sed ipsum etiam somnium homini immisum a Deo : quo pacto sæpius ad capiendam per soporem monita, et præsentia divina hominum animi disponuntur ex sententia gentilium poetarum, ut Homerus ex Διός ὕπνον ἀπέλαττο*. De somniis, quæ a Deo in veteri, et novo Testamento immissa esse constat, agit Durantus in tract. De visionib., cap. 9, et Benedictus XIV, de Beatif. libr. iii, cap. 51.

Audivitque Dei super horrida somnia vocem : A

89 Accipe conjugium nullo cum crimine
[pactæ,

175 Spiritus implevit sancto cui viscera fœtu.

Hanc cecinit vates venturam ex virgine prolem;

NOBISCUM DEUS est nomen cui. Protinus ille

90. Hæc præcepta sequens, servat sponsalia
[pacta.

Sed tum forte novi capitum discussio census

180 Cæsaris Augusti jussis per plurima terræ

LECTIONES VARIANTES.

173. Poelm., pro d. s., Fabr., ita legunt hunc versum : *Mox stertente, Dei vox est audita momentis*, quem spurium esse recte judicat Barthius loc. cit.

174. Torn., *pactum*; alii, *pactæ*. Poelm., pro div. s., ita legit : *Tu sponsam capias, vacat omni pactio fraude*.

175. Codex Barthii sanctus, quod Barthius præfert *sancto*; idque ab sciolis correctoribus positum affirmat, sed non confirmat. Favet illi, quod apud Matthæum legitur, *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Hoc tamen ipsum innuit nostra scriptura verbis *sancto fœtu*.

177. Rom. et editi omnes, quos vidi, ita habent : *Nobiscum Deus est cui nomen, protinus ille*. Reg., et Ott. : *Nobiscum Deus est nomen cui protinus ille*, et a pr. m. ita videtur esse scriptum, ut intelligatur cui scilicet *virgini*, sed a sec. m. in Reg. addita est inter-

punctio *nomen cui : protinus*, cum glossa *cui — proli*.

179. Poel., Hadam., *Sed tum forte novi capitum discussio census*, quæ scriptura approbatur a Barthio ex suis membranis, et exstat in Ott., in Torn., ubi mendose *furte*, et *discussia* exaratur, et in Aldo, qui cum habet *pro tum*. Aldo adhæret Rom., sed ad marg. pro *capitum* corrigitur *capitur*. In Reg. non contemnenda est varietas *novo capitum discussio censu*. Fabric., Faust., *novus, capitum discussio, censu*, quod exprimitur a Poelm., pro d. s., *Sed cum forte novus*, et a Barthio, libr. xi Advers. cap. 20.

180. Reg. *Cæsaris Augusti ex jussis*. Faust., Poelm. pro d. s. : *Cæsareque Augusto jussus per plurima scribi*, quod spurium videtur. Plerique *Cæsaris Augusti jussis per plurima terræ*, quæ est interpretatio verborum Lucæ ii, 1 : *Ut describeretur universus orbis*. Fabricius edidit *jussu pro jussis*, secutusque eum est Sabatierius.

NOTÆ.

173. In scripto codice Barthii glossa hæc erat : *Horrida somnia — quod somno dubietatis premebatur : quæ loquitur de illa suspitione, quam de vitata conjugē habebat Joseph, adeoque ad hunc locum parum, aut nihil potius facit, ut animadvertit Barthius. Vocem horrida poeticam dicit idem Barthius, et ex re ipsa natam, cujus quidam velut horror ansam dederit mutationi. Juvencus iterum hoc libr. vers. 286, de Magis, *Totam mox horrida somnia noctem — Sollicitant*. Adde, horrorem de metu religioso dici, et sæpe cum veneratione conjungi. Valer. Flaccus, l. ii, vers. 432 : *Threiciis arcana sacris : hic huminis ingens — Horror*. Confer Comment. ad Prudentium, l. i contra. Symm. vers. 159.*

174. In codice ms. Barthii glossa erat, *Posse hinc concludi inter consponsos solum, firmum tamen esse conjugium*. Nescio quo hæc pertineant, nisi fortasse innuit, nondum fuisse matrimonium verum inter Josephum et Mariam. Plerique tamen sentiunt, cum Joseph eam animo volvelat cogitationem, ratum matrimonium jam fuisse contractum, et verba Matthæi, *Accipere conjugem tuam* interpretantur relinquere, non dimittere; et quoniam animo jam cogitaverat eam dimittere, jubetur ab Angelo eam cogitationem abjicere. *Pacta* proprie erat puella, quando de nuptiis certa conditione convenerat : *sponsa*, cum solemnes stipulationes, quæ sponsalia dicebantur, arcedebant. Hoc tamen discrimen a bonis scriptoribus non semper observari, demonstrat Reuschius, qui etiam tenet, *conjugium pactæ* dici pro *conjugem pactam* more Græcorum. Hieronymus hac in re dubius mihi videtur in cap. i Matthæi : *Martyr Ignatius etiam quartam addit causam, cur a desponsata conceptus sit : Ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat, non de virgine, sed de uxore generatum*. Hic astruitur matrimonium ratum. Diabolus enim, qui non ubique præsens est, et ignorat ea quæ, ubi ipse non est, aguntur, videns, Mariam uxorem esse Josephi, putare potuit, partum non de virgine, sed de uxore generatum. Addit Hieronymus : *Antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Non ab alio inventa est nisi a Joseph, qui pene licentia maritali future uxoris omnia noverat*. Intelligo *licentia pene maritali*, quia sponsus erat, non maritus, quod clarius exprimitur verbis *future uxoris*. Nondum ergo Maria uxor erat. Postea tamen subjungit : *Quomodo Joseph, cum crimen celaret uxoris, justus scribitur ! Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, et admirans, quod ev-*

nerat, celat silentio, cujus mysterium nesciebat. Hic simpliciter vocat uxorem Mariam, cum paulo ante *futurem uxorem* appellasset. Nescio vero, an probari possit, nomine *future uxoris* ab Hieronymo intelligi *futurem matrem* aut *matrem familias* : Hieronymus enim in *future uxore* rationem innuit, cur Joseph omnia sciverit.

177. Matthæus, i, 23 : *Et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*. In codice Barthii glossa erat *Homo-Deus*. Relativum *cui* in fine periodi rarum est, sed aliquando tamen usitatum, ut a Prudentio hymn. 2 Perist. v. 299 : *Gemmas corusci luminis, — Ornatur hoc temptum quibus* : quo versu clauditur strapha.

178. *Sponsalia pacta* : si proprietatem verborum attendas, rursus censebis Juvencum in ea fuisse opinionem, B. Virginem nondum Josepho nupsisse, cum is ejus thalamos recusare, et ab sponsalibus recedere cogitabat. Sed necesse non est, ut in Juvenco magis quam in Evangelio proprietatem verborum retineamus. Confer notam. ad vers. 174.

179. CAPUT VI. *Edictum Augusti Cæsaris*. Lucæ ii, 1-7. *Novum censum* vocat Juvencus, ut explicet verba Lucæ cap. cit., v. 2 : *Hæc professio prima facta est*, etc. Ex his versibus, ut ait Barthius l. lxxix, cap. 5, clarissime docemur, et quid discussio sit in talibus scriptorum locis, et quæ illa recensio fuerit populorum sub Augusto : quali vix multis verborum periodis descripserint alii. Addit, discussionem novi census dici, quia non talis discussio census fuerat per terrarum orbemulla temporum memoria audita. Invehitur deinde contra Georg. Fabricium, quod aut mutaverit ipse veram scripturam, aut vitiosam præscam editionem sequi voluerit. *Certe*, inquit, *suspitor, nimia licentia in auctores, quos scholæ commendabat, ipsum illusum a scholastico supercilio. Cui generi hominum parum abest, quin bonorum auctorum recensio semper aliquid superbiæ culpabilis induerit*. Catholici scriptores, qui ita de Fabricio judicaverunt, auctoritate acatholici hominis Barthii facile suum judicium tueri possunt. *Discussio* autem quid sit, explicat Barthius locis citatis. Erat enim quoddam officium discussoris, nempe inspectoris, censoris, aut quæstoris; ac proinde discussio est inspectio, census, census, diligentior examinatio, scrutatio. Vide l. x Cod., tit. 30, leg. 1, etc. Macrobius, Symmachus, Julius Firmicus vocabulum *discussio* hac significatione usurpant.

180. *Plurima terræ*, ut *amena locorum, aspera*

Describēbatur, Syriam cum jure regebat

91 Cyrius, proprios cui tota per oppida fines
Edebant populi, vires, nomenque, genusque.

Urbs est Judææ Bethlehem, Davida eanorum

185 Quæ genuit, generis quæ censum jure precebat.
Edidit hic Mariam Davidis origine Joseph,

Desponsamque sibi scribens, gravidamque pro-
fessus.

Hospitium amborum Bethlehem sub mœnibus
[urbis]

92 Augusti fuerant præparva habitacula ruris.

190 Illic virgo novo completo in tempore sætu.

LECTIONES VARIANTES.

181. Rom., *Syriæ hoc tum jure regebat*. Omeisius cum uno Cantabrigiensi, *Describebatur, Syriam tunc jure* : quæ lectio se Reuschio approbatur, sed propter otiosam particulam tunc repetitionem edidit cum Poelm., Ald., Torn., Hadam., Fabr., *Syriæ, quam, ut intelligatur terræ Syriæ*. In Reg. est, *Syria*, sed videtur fuisse *Syriæ*. Ott., probe, *Describebatur, Syriam cum jure regebat* : nam plurima terræ, id est, loca, vel aliud simile innuunt verba Lucæ universus orbis. Faustus edidit. *Describebatur Syriæ : quam, ut sit Syrie pro Syria*.

182. Poelm., pro div. script., *proprii, ut intelligantur populi, quod tenent Ald., Torn.* In utroque Cantabr. et Reg., *Cyrius proprio*, minus recte, quasi *proprio jure*. Reine proprios, videlicet fines.

183. Poelm., Ald., Torn., Hadamar., Fabr., et alii, *Addebant*. Vera lectio, *Edebant*, quæ exstat in Barthii codice, et in nostro Ottob. *Edere* verbum proprium in censu, et paulo post recurrit, ubi aliqui legunt, *Obtulit hic illum*. Rom., *perperam, vires, genusque, nomenque*.

185. Ott., *quæ genuit : Mariæ quæ censum*. Reg., *quæ genuit, generis quæ censum*. Aldus, Rom., et alii, *quæ genuit, generis censum quæ*.

186. Daventr. : *Obtulit hic illum : genus hinc uterque trahebat*. Torn., Poelm., Hadamar., Fabr., *Obtulit hic illum, genus hinc quod uterque trahebat*. Ott. : *Edidit hic illam Davidis origine Joseph*. Reg. *Edidit Mariam Davidis origine Joseph* : a sec. m., *hic Mariam cum glossa in Bethleem*. Aldus, *Edidit hic Mariam. Davidis origine Joseph* : sed punctum post *Mariam* mendose appictum videtur. Codex Barthii ita sine puncto, cui consonat Rom., et duo Cantabr. Sabatierius ex utraque lectione duos versus efficit : *Edidit hic Mariam : Davidis origine Joseph — Obtulit hic illam, genus hinc quod uterque trahe-*

bat, — Desponsamque, etc. Schœttgenius restituere volebat : *Obtulit hic illum Davidis origine Cæsar, — Adidit et Mariam, genus hinc quod uterque trahebat* : Videtur hic, *Bethlehemi ; illum, censum*. Ita vero ordinem versuum seqq. collocat : *Desponsamque — Illic cum duobus seqq — Hospitium. — Augusti — Circa*.

188. Reg., *hospitio amborum cum cod. Barthii, et Rom. Ald., perperam, Hospitium amborum*.

189. Edidit plerique, et Rom. *perparva*. In cod. Reg. est *præparva*, idemque videtur esse in Ott. Codex Barthii, *præparva habitacula arvi* : quo postremo latere aliam vocem Barthius censet. Aliquid cogitabat de *antro*. Conjectere libet, ut morem illi geram, *Angusto fuerant præparva habitacula in antro*. Ald., *fuerat*.

190. Et seqq. Ott., Reg., Codex Barthii, et apud hunc Lugdunensis editio anni 1551, Poelm., pro d. s., Torn., *Illic virgo novo completo in tempore sætu — Solvitur, et puerum veteri cunabula textu — Involvunt, duroque datur præsepe cubili*. In Ott., a pr. m., *cubile*, et videtur fuisse completa, quod clare legitur in Reg. et Rom. Ad sexti casus concursum vitandum Reuschius edidit *completa in tempora* : sed veram lectionem autumat : *Illic virgo novum completo in tempore sætum — Solvitur, per synecdochen*. In Torn., et secunda scriptura Poelm., *completo in tempore*. Ald., Hadamar., Fabr., Poelm., in textu, *Illic Virgo novam completo tempore sætum — Edidit, et leni pannoso tegmine motu — Textu, cui durum cunas præsepe ministrat Fabr., sotu pro motu ; Hadamar., vitiosus, complures pro completo*. Daventr., *cui cunas durum*. Schœttgenius : *Edidit, atque leni pannoso tegmine sotu*. Barthius totam hanc lectionem tanquam spuriam merito rejicit.

NOTÆ.

belli, infra vers. 262, *per longa viarum, et similia*. Plinius cum genitivo legitur apud Silium, libr. xvi, vers. 562 : *Insignis multa cervice et plurimus idem — Ludentis per colla jubæ*.

183. *Edebant*, hoc est, profitebantur, promulgabant, exponebant. Est verbum forense. Ulpianus, Dig. libr. ii, tit. 13, qui totus est *de edendo, leg. 1* : *Edere est etiam copiam describendi facere, vel in libello complexi, et dare, vel dicere*. Plinius, libr. x, epist. 32 : *Cum annos ejus, et censum, sicut præceperas, ederem, admonitus sum a peritioribus, etc.* Alii credent, minus bene.

184. Possis ita explicare, Bethlehem urbs Judææ est. Sed fortasse Juvencus legit, In *Bethlehem Judææ* : ita enim legitur in versione veteri ms. Cantabr., et in textu Græco. Et hanc lectionem videtur Mazuchius, l. in Spic. Bibl., ad Matth. ii, 5, contra S. Hieronymum, qui errore librariorum existimabat *Judææ pro Juda, aut Judæ. Davida eanorum*, ut l. ii, vers. 572 : *Legistis certe in templo Davida eanorum*. Alii variant in quantitate syllabarum vocis *Davidis*.

187. *Desponsa* hoc loco de uxore certe dicitur. Lucas, vers. 5 : *Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Profiteri* verbum censuale est.

189. De voce *habitaculum* dixi in Commentar. ad Prudentium, hymn. 10 Cathem. vers. 40. Sannazarius fortasse Juvencum imitatus est l. ii de Part.

Virg. : Est specus haud ingens parvæ sub mœnibus urbis. Juvencus opinionem eorum sequitur, qui Salvatorem in suburbiis Bethlehem natum affirmant. Innuunt autem diversorium, de quo Lucas, fuisse penitentiam quandam, aut terræ foramen : ita enim alii etiam tradunt. Nonnulli docent, in ipsa urbe Bethlehem Dominum natum fuisse. Beda, cap. 8 de Locis sanctis, narrat diversorium fuisse quasi naturale semiantrum, in orientali angulo Bethlehem situm. Juvenci sententia et communior fuit inter veteres, et inter catholicos nunc satis est recepta. Nihil tamen certi ex sacris litteris eruitur, ut ejusmodi opinioniones confirmantur. Vide Suarium, tom. xvii, quest. 35, disput. 13, sect. 3, ut plures omittam ex Protestantibus, qui peculiaries dissertationes de *Loco natali Jesu Christi* conscripserunt, Strauchium, Gothofredum Wegnerum, Joannem Henricum Krause, Samuellem Scherffum. Inter catholicos pro suburbio stant Tillemontius, Serryus, et alii : pro urbe Petavius, Sandivius, aliique plurimi.

190. Sacer textus : *Cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio*. Videri possunt Joannis Christophori Letschii Exercitatio philologica de *Cunabulis Christi* ; Danielis Vogelii dissertatio de *Stabulo Bethlehemitico*, in quo humani generis Redemptor natus est ; Ern. Salom. Cypriani disser-

Solvitur, et pueram veteri cunabula textu

93 Involvunt, duroque datur præsepe cubili.
Circa sollicitæ pecorum custodia noctis
Pastores tenuit vigiles per pascua læta.

195 Ecce Dei monitu visus descendere cœlo
Nuntius, et subitus terror tremefacta pavore
Prostravit viridi pastorum corpora terræ.

94 Talis et attonitis cœlo vox missa cucurrit :
Ponite terrorem mentis : iuea sumite dicta,

200 Pastores, quibus hæc ingentia gaudia porto.

A Nam genitus puer est Davidis origine clara,
Qui populis lucem mox, lætitiæque propaget.
Hoc signum dicam, puerum quod cernere vobis
Jam licet, implentem gracili præsepia voce.

205 Talia dicenti junguntur millia plebis
Cœlestis, cuicunque Deum laudantque, rogant-
[que,

Talis et uniti vox agminis æra complet :

Gloria supremum comitetur debita patrem,

95 In terris justos homines pax digna sequatur.

LECTIONES VARIANTES.

193. Ald., Rom. *cura sollicitæ*, ut *cura* sit in auferendi casu. Plerique *circa*. Evangelistâ in Italia veteri, in illa regione, in Vulgata in eadem regione. Adverbii more sæpe adhibetur *circa* sine casu. Ad clariorem syntaxin conjiciebam *Circa sollicitos pecorum*, nempe sollicitos de pecoribus. Ald., Poelm. pro d. s., Rom. *pecudam*, Torn., *pecudes*; alii, *pecorum*.

195. Reg., Ott., Rom., Barthii membranæ, Editio Lugdunensis anni 1551, Poelm., pro d. s., Torn., Ald., *visus*; nonnulli ed., *jussus*.

196. Ald., et *subito*; Fabr., ac *subito*; Torn., Poelm. in textu, ac *subitus*. Ott., Rom.; et *subitus*; Reg., at *subitus*.

198. Rom., et *attonitos*, minus bene.

201. Rom., *Jam puer est genitus D.*

202. Torn., vitiose, *propagat*.

204. Vonckius rescribere mallet *præsepia fotu*, quia *vocis* nulla mentio apud Lucam, et Juvenecus exponit illa verba : *Et hoc vobis signum : Invenietis infantem pannis involutum, et positum in præsepio.*

B Reponit Gallandius, explicari id posse cum Badio de infantili vagitu. Quod autem Vonckius ait, supra etiam legi *tegmine fotu*, id solum invenitur in scriptura supposititia, quam secutus est Fabricius. Vide supra vers. 191. Græclem vocem, sive ejulatam expressit auctor antiquus Homiliæ in Occursam Domini : *Infantem ejulantem, ac vitam mundo, gaudiumque largientem.*

208. Reg., et Ott., *comitatur*, sed vers. seq., *sequatur*, quod postere videtur *comitetur*. Rom., *comitatur*, et vers. seq., *sequetur*.

209. Ald., Rom., *sequetur*; alii, *sequatur*.

NOTÆ.

tatio de Fasciis Christi; Georgii Goetii Lucubratio de præsepio Christi; Francisci Blanchini dissertatio de Translatione sacrorum cunabulorum, ac præsepis Domini, necnon corporis B. Hieronymi ab ecclesia Bethlehemitica ad basilicam Liberianam, tom. III Anastasii.

191. Quod cunabula veteri textu involverint puerum, difficultatem antiquis librariis creavit, qui propterea locum huic mutarunt. Sed advertendum est, cunabula sumi etiam pro ipso lectulo infantum, aut pro fasciis, quibus involvuntur. Plautus Amph. act. v, scen. 1, vers. 51 : *Sed puer ille, quem ego lavi, ut magnus est, et multum valet!* — *Neque eum quisquam colligare quivit in cunabulis*: ubi alii legunt *quivit incunabulis*, ut in Trucul. act. v, scen. 1, vers. 11 : *Nunc opus est carbonibus, fasciis, opus est pulvis.* — *Cunis, incunabulis*. Ita etiam legi posset in Joveneco reteri *incunabula textu*, etc. Beda de Orthographia : *Cunabula sunt panni infantie, sed Joannes Constantinopolitanus episcopus scribit, Lazarum in monumento cunabulis involutum*. Ad hæc verba Cerda, Advers. cap. 121, num. 68, ait : *Tu hic rimare, quid sint*. Opinor, a nonnullis sumi *cunabula* pro quibusvis fasciis. Veteri textu paupertatem denotat, quam immerito nonnulli a Jesu Christi parentibus renovare tentant. Juveneco accinit Sedulius l. II, vers. 57 : *Omnia qui propriis vestit nascentia donis.* — *Obsitus exiguis habuit velaminis pannis*.

192. Cubile, seu præsepe, in quo jacuit Dominus, Juveneco vocat *durum*: quod minime evincit, non fuisse ligneum, ut contra Bashnagium ostendi in Commentario ad Prudentium hymn. 9 Cathem. vers. 77, ubi ad v. 80, pag. 374, æri incisam exhibuit imaginem antiquam lignei præsepis Salvatoris, quam commendatissimus cardinalis Borgia e locupletissimo museo pro singulari studio quo sacras litteras colit, et fovet, mecum liberaliter communicaverat.

193. CAPUT VII. *Angelus nativitatem Christi pastribus nuntiat.* Luc. II. 8-20. Syntaxis nonnihil implexa est *pecorum custodia sollicitæ noctis*. In sacro codice : *Custodientes vigiliis noctis super gregem*

suum. Reuschius agnoscit, duos genitivos *pecorum, sollicitæ noctis* ab uno substantivo regi, ut l. II, vers. 369, *Incubuit, mentisque simul convulsa venena—* **C** *Dæmonis horrendi, purgato corde, fugavit*. Omeisius sic verba ordinat : *Custodia noctis tenuit pastores pecorum, etc.*

197. *Viridi terræ*, ut vers. 194, *pascua læta*. Neque est, cur dubitet Schoettgenius, an Bethlehemitico in agro viride solum fuerit, quamvis hiberno tempore natus fuerit Salvator : cum in ea regione cœlum sit temperatum. Multo minus unum hoc verbum nos cogeret a communi sententia recedere de die, et mense natalis Domini, quamvis tot hæc in re inter se discrepent sententia, ut, excepto Julio, nullum sciam esse mensum, qui defensorum aliquem non habeat. Eas omnes sententias expendit Trombellius in Vita Deiparæ, t. III, part. 1, dissert. 18, cap. 4 seqq., apud quem plures alii videri possunt.

198. Hunc versum laudat Omeisius, similemque dicit illi Maronis libr. XI, vers. 296 : *Variasque per ora cucurrit—* *Athsonidum turbata fremor*. Infra, v. 396 : *Tunc vox missu Dei longum per inane cucurrit.*

D **200.** *Portare* proprie est gestare, sed accipitur sæpe pro afferre. Ovidius, libr. III ex Ponto eleg. 4, vers. 1 : *Hæc tibi non vanam portantia verba saluena—* *Naso Tomitana mittit ab urbe tuas*. Terentius Andr. act. II, sc. 2, vers. 1 : *Dii boni, boni quid porto?*

205. *Plebs cœlestis* vocantur angeli per tapinosium, quæ est rei magnæ humilis explicatio. Epithetum vero *cœlestis* facit, ut cum dignitate id dicatur. Sic in *gurgite vasto* de mari apte dixit Virgilius.

207. *Agminis* videlicet cœlestis. In Vulgata, *Multitudo militiæ cœlestis*; in Italâ versione : *Multitudo exercitus cœlestis*. Angelos dicit, et esse *militiam cœli* docuit in notis ad Dracontium l. II, vers. 475. Astra etiam, et sol *militia poli* vocantur ab eodem Dracontio lib. I, vers. 229, et lib. II, vers. 25 et v. 353.

209. In plerisque mss. Græci textus legitur *ἡ ἀνθρώπων εὐδοκία*, in hominibus bona voluntas. In non-

210. Et simul his dictis cœli secreta revisunt.

Pastores propere veniunt, puerumque jacen-
[tem

Præsepis gremio cernunt : post inde sequentes
Dispergunt late celeris vaga semina famæ.
Mirantes laudant, lætantes constupuerunt,

LECTIONES VARIANTES.

210. Ald., Rom., *his*; alii, *iis*. In Torn., *his doctis*, mendum puto.

212. Poelm. pro d. s., *inde sequentes*.

213. Torn., Ott., Reg., codex Barthii, *celeris*; plerique editi, *celebris*, quod in Ott. videtur fuisse a pr. m., et est in Rom. Omeisius præfert etiam *celebris*, quia vox *vaga* celeritatem jam indicat.

214. In Ottobon. prius ponitur versus seq., *Om-*

215. Omnia nocturnis monitis quod vera recur-
[rant.

96 Viderat octavam lucem puer : ecce recidi
Ad morem legis, nomenque aptare necesse est :
Impositumque illi est, monitis cœlestibus olim
Quod Mariæ vox missa Deo præcepit, Iesus.

NOTÆ.

nullis tamen, ut in Vulgata, et in Itala versione B
hominibus bonæ voluntatis, εὐδοξίας. Vulgatæ magno consensu accinunt Patres. Juvencus etiam *justos homines cum dicit*, intelligit in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Menochius sic textus Latini sensum exponit : *In terra pax hominibus bonæ voluntatis divinæ, et beneplaciti divini, id est, pax hominibus quos Deus amat, et jam gratos habet, et in quibus sibi complacet*. Maldonatus idem tenuerat, qui ad prædestinatos hunc locum refert. Alii bonæ voluntatis homines appellant, qui bonam habeant voluntatem, et ad recipiendam pacem, quæ annuntiabatur, propensam. Wetstenius scripturam in mss. Græcis communem acriter defendit.

210. Vulgata, *Discesserunt ab eis angeli in cœlum*. Simili modo textus græcus. At Itala vetus in nonnullis mss. in singulari, *Discessit angelus. Cœli secreta*; phrasis ab aliis etiam poetis usurpata, ut dixi ad Dracontium lib. II, vers. 4, *Quæ cœli secreta tegunt*. A poetis alii id acceperunt, ut Gregorius Magnus lib. II Dialog. cap. 33, *Cœli secreta penetrare*. Apposite etiam revisunt dictum de angelis, qui ad locum suum, unde venerunt, redeunt. Virgilius non semel hoc verbo usus est tali significatu.

212. *Gremium* eleganter transfertur, et de rebus inanimis dicitur, ut *gremium terræ, gremium urbis, gremium Græciæ*. Silius lib. VIII, vers. 192, de lumine : *Donec arenoso (sic fama) Numicius illam — Suscepit gremio, vitreisque abscondit in antris*. In re nostra, cum sermo sit de puero, majorem venustatem habet *Præsepis gremio cernunt puerum jacentem*.

213. Juvencus vim verbi Græci complexus est : nam *διεγνώρισαν* ambiguum est, et significat *cognoverunt*, ac simul nota aliis fecerunt; quod utrumque Juvencus expressit.

214. *Constupuerunt* a *constupéo*, quod verbum, nescio, an alium auctorem habeat præter Juvencum. Et potuit quidem is dicere *lætantes obstupuerunt* : sed maluit *constupuerunt*, ut simul omnes stupuisse declararet.

215. Stupebant pastores, quod omnia monitis nocturnis responderent; vera nimirum essent ea, de quibus noctu admoniti fuerant. Hic autem stupor narrari videtur de die, aut diebus sequentibus. Cum enim pastores vidissent puerum jacentem, post, ut vers. 212 dicitur, *disperserunt vaga semina celeris famæ*. Inde sequitur, *Lætantes obstupuerunt*. — *Omnia nocturnis monitis quod vera recurrant*. Ordo idem expositus esse videtur in sacro codice, *Vera recurrant*, ut lib. II vers. 769, *Ut dictum Isaia merita de plebe recurrat*.

216. CAPUT VIII. *Circumcisio Domini*. Luc. II, 21.

217. Exstant peculiare Dissertationes *De circumcisio Domini* a Guil. Lysero, Antonio Bynæo, Dan. Gerdesio conscriptæ. Verba Evangelistæ non expri-

nia, dein hic *Mirantes*.

216. Barthii codex, *atque recidi*, quam scripturam unice probat Barthius. Plerique, *ecce recidi*, quod æque bonum est.

218. Torn., *illi, monitis*, sine est.

219. Reg., *missa a Deo*, contra metrum, immisso a ex aliqua glossa in textum.

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Iesus. Apertius circumcisio indicatur in textu Græco, ubi post *puer* est particula *et*, qua quodammodo asseritur circumcisio, et additur impositio nominis : Juvencus certe circumcisionem astruit; quæ fide divina credenda est, cum universa Ecclesia ita verba Lucæ intellexerit. Quod autem *necesse fuerit*, Christum ad morem legis circumcidi, commoda distinctione explicandum est. Christus enim præcepto circumcisionis subjectus non erat, adeoque parentes ejus non fuerunt obligati ad illum circumcidendum. Nam præterquam quod Deus erat, non fuerat ex semine virili generatus. Nihilominus Suarius tom. XVII, disp. 15, sect. 4, docet, *quamvis per se non fuerit necessarium parentibus Christi puerum circumcidere, per accidens tamen ad vitandum scandalum merito existimari potuisse necessarium*. Præterea maxime decuit, Christum circumcidi. S. Thomas part. III, quæst. 37, art. 1, theologica illa sua gravitate, et singulari ingenii perspicacia, quo res ad vivum reseccare solet, septem causas distincte memorat, ob quas Christus debuit circumcidi. Id autem satis est, ut aliquo sensu necessarium fuisse dicatur, Christum ad morem legis recidi. *Aptare nomen* videtur mutuatus pseudo-Cyprianus in tractatu de cardinalibus Christi Operib., cap. de ratione circumcisionis : *Hoc cum octava die jussum sit, celebrari, et nomen circumciso aptari*, etc.

218. Impositum illi est nomen, quod vox præcepit, etc., scilicet *Iesus*.

219. *Missa Deo pro a Deo*, datus pro ablativo, quod Juvenco familiare est in hujusmodi verbis passivis. De hac voce *missa a Deo* vide vers. 98. Lucas, qui historiam Magorum penitus omittit, post circumcisionem illico purificationem Mariæ enarrat. *Vocatum est nomen ejus Iesus, quod vocatum est, ab angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purificationis ejus secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino*. At Matthæus, qui purificationem Mariæ silentio præterit, statim post ortum Salvatoris Domini magorum adventum commemorat, et subinde fugam illius in Ægyptum. *Cum ergo natus esset Iesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, etc. Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph dicens : Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum*. Difficultas hæc jam diu torquet interpretes, priore fuerit purificatione adventu magorum, an adventu magorum purificatione. Si dicamus, primus venisse magos, quam Christus in templo oblatu fuerit, non intelligitur, qui fieri potuerit, ut post adventum magorum Christus præsentatus fuerit in templo, cum et Herodis

220 **97** Scripserat antiquæ Moses moderamina legis, A
98 Inter quæ, primos prisco de sanguine vatam,
 Observare dedit, fetus offerre sacrandos,
 Implumesque simul ferread delubra columbas.
 Hæcubi per Mariam templo servata feruntur,
 225 Ecce senex Simeon, dignus comprehendere
 [sensu

Cælestes voces, cui quondam præscia rerum
 Virtus prodiderat, quod carcere corporis ægri
 Deposito, mortem liber, requiemque videret,
 Cum primum cœli laudem, terræque salutem,
 230 **99** Omnia quem vatam spondent oracula,
 [Christum
 Vidisset templo solemnnes ferre palumbes.

LECTIONES VARIANTES.

221. Sabatierius, *Atque inter primos*, et pro d. s. *Inter quæ primos*, quod unum in mss., et editis invenio.

225. Ald., Torn., Rom., Reg., Ott., sed a sec. m., ut videtur, codex Barthii, et alii *sensu* — *Cælestes voces*. Hadamar., Poelm., Fabr., *sensum* — *Cælestis vocis*. Codex Barthii pro *cælestes* scribit *cæ-*

lestis, ex quo fortasse natum est *cælestis vocis*, et prius factum *sensum* ex *sensu*. Poelm. etiam pro d. s., *sensu* — *Cælestis voces*. In Ott. mendum est *dignus* pro *dignus*, uti ibi correctum apparet.

231. Reg., Rom., *palumbes*. Ott., Torn., Ald., Poelm. pro d. s., Fabr., *palumbos*. Poelm. in textu, Hadam., *columbas*.

B

NOTÆ.

illusus a magis illum quæreret ad perdendum eum, et Joseph, postquam recesserunt magi, admonitus fuerit ab angelo fugere in Ægyptum. Præterea quod Herodes jussit, occidi infantes omnes a *bimatu*, et *infra*, ostendit, magos non statim ac puer natus est, venisse Jerosolymam. Contra si asseramus, ante magorum adventum Christi præsentationem, et purificationem Mariæ peractam, explicandum est, qua ratione acciderit, quod magi in civitate Bethlehem infantem Jesum adoraverint. Addit enim Lucas post oblationem in templo commemoratam cap. 2, vers. 39: *Et, ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth*. Hac difficultate non deterritus Juvencus, primum præsentationem in templo refert, tum adventum magorum. Revera cum Mariæ purificatio quadagesimo die post Jesum natum secundum legem acciderit, quod Lucas narrat, parentes Jesu in Galilæam revertisse, potest quidem id ita accipi, ut statim reverterint, sed postea, vertente anno, eo fere tempore, quo natus fuerat Salvator, in civitatem Bethlehem redierint, ut idem narrat Lucas 41: *Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem in die solemnæ paschæ*. S. Epiphanius, qui l. 1 hæres. 50, num. 29, affirmat, exacto biennio venisse magos ad Christum adorandum, tradit etiam, Josephum, et Mariam cum infante quotannis, vel certe primo, et secundo anno eo tempore, quo puer natus erat, Bethlehemum accessisse. Alii autem potius arbitrantur, Lucam post narratam purificationem illico retulisse, parentes Jesu cum puero in Galilæam remeasse, quia nihil de fuga in Ægyptum dicturus erat: de qua in somnis admonitus fuit Joseph post præsentationem in templo, antequam in Galilæam revertissent. Ita sentiunt Augustinus de consens. Evangelist. lib. 11, cap. 5. Beda, Jansenius Gandavensis, Cajetanus, et alii plures. Etsi ergo plerique existiment, adorationem magorum aut die 13 post ortum Salvatoris, aut saltem ante quadagesimum diem contigisse, tamen contemnenda non est ratio concordæ a Juvenco, antiquissimo interprete, inita. Conferri in hanc rem possunt Hermannus Rombachii opus: *Primitiæ gentium, sive historia, et encomium Sanctorum trium magorum*; Petri de Marca Dissertatio *De adventu magorum ad Christum, et an reges fuerint*; Florentinii Exercitatio 3, *De Magorum ad Christum venientium historia, itinerisque tempore*; Alphonsus de Mendoza *De magorum historia*; Stephanus Salazar *De adventu magorum*; Leichnerus *De tempore magorum*; Augustinus Calmei in Dissertatione *De magis*; Balthasar Stolberg; Daniel Roden *De iisdem magis*; Laurentius Benedictus Triebel *De Magis post Jesum in templo representatum advenientibus* in novo Thesaurio theologico-philologico. Peculiaris est opinio Harduini, et Berruyerii, qui com-

miniscuntur, oblationem Christi in templo tunc peractam, cum jam trimus esset, ea fere ætate qua Anna filium suum Samuelem ad templum adduxit. Eorum interpretationem fuse exponit, et refellit Trombellius de vita Deiparæ t. III p. 1, diss. 22.

220. CAPUT IX. *Purificatio Mariæ*. Luc n, 9-39. Verior esset inscriptio *Præsentatio Christi in templo*: nam de purificatione Mariæ vix loquitur Juvencus.

221. Constructio obscura, nec satis clara sententia. Evangelista sic habet v. 25: *Sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum*. Sensus ergo verborum Juvenci hic erui potest; inter quæ moderamina antiquæ legis Moses dedit, ut id observarent, quod primos fetus ii, qui sunt prisco de semine sacerdotum offerrent Deo sacrandos. Lex enim ipsa Levit. xii, 6, sic concepta est: *Cunquæ expleti fuerint dies purificationis suæ, sive pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, et pullum columbæ, sive turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti. Qui offeret illa coram Domino, et orabit*, etc.

222. *Observare dedit*, Græcismus, ut *Ferre sui dederat monumentum, et pignus amoris, Magnum dat ferre talentum*. Virgilius, et alii. Vide infra v. 309.

224. Quamvis nec Christus lege præsentationis in templo, neque Maria lege purificationis comprehenderetur, tamen maxime decuit, eam legem a Maria pro filio, et pro se observari, ut de circumcisione diximus ad v. 217. Agunt hæc de re theologi in iii part. S. Thomæ, quæst 57, art. 3 et 4.

225. *Simeon* significat *audientem, obedientem*: ad quod etymon fortasse respicit Juvencus, dum ait, cum fuisse dignum *comprehendere sensu cælestes voces*.

227. *Carcerem corporis* vocat phrasi familiari sacris et ecclesiasticis scriptoribus, de qua plura in Comment. ad Prudentium v. 41 proemii pag. 235.

228. *Mortem vidcret ex sacra pagina, Non visurum se mortem*, quod eodem modo in textu Græco dicitur. Fortasse hæc locutio ad illam figuram pertinet; qua interdum unus sensus, vel actus ejus pro alio ponitur. Sumitur *videre* pro experiri, ut psalm. xv, vers. 10, *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*.

229. *Cæli laudem*, nimirum quem cœli laudant.

230. Infra, v. 272, *Omnia venturum spondent quem oracula vatam*. De vaticinantibus, et vatibus id verbum *spondere* sæpe dici solet.

231. In lege scriptum erat, *Par turturum, aut duos pullos columbarum*; et paulo ante Juvencus ait *Implumesque simul ferre ad delubra columbas*. Cur ergo nunc dicit *palumbes*? Opinor, quia paupertatem

Isque ubi, curvato defessus corpore, templum A
 Jam gravior penetrat, monuit quod spiritus
 [auctor,
 Ecce simul parvum gremio genitricis Iesum
 235 100 Ad templum sensit venisse, trementibus
 [ulnis
 Accepit puerum, lætusque hæc dicta profatur:
 Nunc, nunc me famulum Dominus nunc liberet
 [arctis

Corporis e vinculis, sœnæque imponere verbis
 Dignetur cum pace suis. En splendida nostros
 240 Lux oculos tua circumstat, radiisque refulget,
 Quam cunctis hominum lustratis gentibus addet
 Israelitarum cumulatae gloria plebis.
 101 Quid tantum Mariæ stupuerunt pectora
 [matris?
 Hic puer ad populi casum datur: iste renasci
 245 Concedet populis: dicta in contraria signum

LECTIONES VARIANTES.

232. Trombellius in Vita V. Deiparæ, tom. III, dissert. 22, legit, *Ipse ubi curvato*, et pro d. s., *Isque ubi*, quod alii præferunt. Crediderim, a Juvenco scriptum *Is ubi*, producto monosyllabo *is*, ut in similibus alibi dicam. Torn., *ubi curvato* perperam. Sensus enim poscit *curvato*.

233. Trombellius in Vita Deiparæ, l. c. dissert. 22, q. 7, cap. I, legit *movit*, et pro d. s. *monuit*; *probit movit*, nempe Deus vires corpori Simeonis addidit. Lectio communis *monuit* verior etiam est. Verba Evangelistæ sunt: *Et venit in spiritu in templum*.

237. Torn., *Nunc me famulum*, repugnante metro. Grunero magis arridet lectio cod. Un., *Nunc, nunc jam famulum*. Ald., Poelm. in textu, Reg., Rom., Hadamar., *atris*. Torn., Fabr., *arctis*. In Ott. deletum est *arctis*, et factum *atris*. Magis placet *arctis*. In Rom. mendum *Deus pro Dominus*. Sabatierius, *liberat arctis*; sed postea v. 239, *Dignetur*. Mss. et editi exhibent *liberet*, et mox *Dignetur*. Sed verbis Lucæ magis convenit *liberat*. . . *Dignatur*. Versiones veteres, et Patres constanter habent, *Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace*. Ambrosianæ libr. De Josue, cap. III, legit: *Nunc, Domine, dimitte seruum tuum in pace*, et ita etiam libr. II in Lucam. Alibi autem cum aliis facit.

238. In Ottob. et Reg. *vinculis* recte correctum est per *vincis*.

240. Ald., Torn., Fabr., Reg., Poelm. pro d. s., *radiisque refulget*. Hadamar., Poelm. in textu, *radiusque refulget*. Ottob. contra rationem metri ra-

diisque renidet, nisi emendes *renidet*, ut videtur factum in Rom. Kœnigius ex membranæ Barthii protulit *renidet*, editam etiam a Reuschio.

241. Poelm. pro d. s., Rom., Ott. a pr. m., Torn., Ald., Fabr., *addet*. Reg., Hadam., et alii, *addit*. Ald. *mentibus* pro *gentibus*.

242. Fortasse *cumulata*, vel *cumulate*. Post hunc versum in Poelm., Ald., Torn., Fabr., Daventr., legitur hic alius, *Hinc ait: Hæc quid, virgo, tibi tam mira videntur?* qui ab aliquo sciolo intrusus est, ut cum Evangelista sermo Simeonis ad Virginem conversus ostendatur. Deest in cod. Barthii, in nostris Reg., Rom., Ott. Omissus etiam fuit in editione Reuschiana, quod typographi vitio evenisse minus recte suspicatus est Gallandius.

243. In Aldo deest hic versus: *Quid tantum Mariæ. Barthius* libr. LVIII, c. 5, ait, vulgo scriptum esse *viocera matris*: quod ego ne in Fabricio quidem invenio, cujus editionem illo loco Barthius plerumque emendat.

244. Codex Barthii, Rom., *ad casum populi datur*, quod edidit Torn. Alii, *ad populi casum*. Al., Daventr., *ad casum populis datur*.

245. Reg., *Concedet populos*, cum Torn. Plerique, *populis*. Grunerus cum codd. Angl. præfert *populos*. Torn., Ald., Fabr., Daventr., post *populos*, vel *populis*, ita legant, *illi signum esse negabunt -- Fœderis, hi contra cælo venisse veniebunt. -- Livor edax faciet, lethum ut percurrat amarum: -- Atque animam*, etc. Ita etiam Poelm. pro d. s., sed cum Aldo, et Torn. legit, *Atque tuam fulgens animam, mihi*

NOTÆ.

Virginis ita magis declarare voluit. Est enim *palumbæ*, vel *palumbæ* columbe silvestris, in arboribus, ac sepibus nidificans. Ex Evangelio quidem non liquet, an Deipara turtures, an columbas, an palumbas obtulerit. Suarius in III part., quæst. 37, disp. 16, sect. 1: *Est autem, inquit, observatio dignum, cur Evangelista non definite, sed sub disjunctione eorum oblationem retulerit: lex enim sub disjunctione fuit lata, quia voluit hoc offerentium voluntati relinquere. tamen in effectu non servabatur, nisi definite alterum eorum offerendo. Cum ergo Lucas non legislatoris, sed historiographi munus exerceat, cur non definite retulit quid Virgo obtulerit? Revera nulla alia est ratio, nisi quia solum voluit significare Virginis pauperiorem, quod nobis esse poterat utile. Nam quod obtulerit turturem, aut pullum columbæ, nihil ad nostram institutionem referebat.*

232. Senectus Simeonis describitur. Ex senio curvatur corpus. *Silicernium* hominem decrepitem dictum putant, quasi *silicem* cernat. Senem fuisse Simeonem ex Evangelio colligi potest, et canit Ecclesia in antiphona ad Magnificat in primis Vesperis Purificationis. In lectionibus 2 nocturni ejusdem festi ex quodam sermone, qui S. Augustini dicitur, sed nunc hujus esse non creditur, id asseritur: *In templo præsentabatur, et a Simeone sene, famoso, annoso, probato, coronato agnoscebatur*. Certius S. Augustini est sermo 20 de Tempore, ubi ait: *Simeon ille senex dixit vicerat*.

233. Gremium a sinu differt, quia sinus est intra

pectus, et brachia, gremium est complexus ventris et feminum, quem sedentes efficitimus. Si proprietates verborum servetur, hic pro *gremio* dicendum esset *sinu*. Sed unum pro altero sæpe ponitur, quidquid contra disputet Valla Eleganti. l. IV, c. 37, quem videtur sequi Badius: *quamquam is interpretatur, inferiorem pueri partem in gremio foveri potuisse, dum pars superior in brachiis recubabat*.
 238. *Corporis e vinculis*, ut v. 227, *carcere corporis*. Vide etiam Barthium Advers. pag. 1064, ubi probat, vincula pro corporibus, seu potius vitis, ut ait, poni.

239. Evangelista ait, *in pace*: quæ formula e p-almis, aliisque sacræ Scripturæ locis petita, a Christianis semper adhibita fuit, et in elogis sepulchralibus passim inscripta. Confer Lupium Diss. 1, De baptister., num. 138 seq.

241. *Lustratis*, purgatis, a scelere expiatis; aut illustratis. Vide v. 280.

242. De tertia syllaba in *Israelitarum* item movet Kœnigius, quasi necessario sit longa. Sed præterquam quod nullum esset peccatum, si secunda, et tertia corripiantur, potest etiam per synæresin utraque vocalis contrahi, ut primus pes sit spondæus: quod ipse Kœnigius concedere videtur, dum ex *a*, et *e* diphthongum fieri posse animadvertit. Pari omnino modo *Israelitarum* in suis versibus hexametris dixerunt Dracontius, Fortunatus, Drepanius, et alii.

243. *Tantum*, tantopere, ut supra v. 79.

245. Verba Lucæ sunt: *Ecce positus est hic*

Istius adveniet; percurreret debita letho,

102 Atque animam matris ferro fulgente

[machæra;

Quo pateant tecti tenebrosa volumina cordis.

Hæc ait in Simeone Deus: mox ecce propheta:

250 Feminæ sancto complet spiramine mentem.

Anna fuit natu gravior, quam in flore juventæ

A Destituit viduam moris fminatara mariti.

Casta sed in templo semper pro conjuge vita;

103 Et cultus cessere Dei; quæ numine jussa

255 Cognovit Christum, et simili sermone locata est.

Inde ubi solemnem pueri pro nomine legem

Complevit genitrix, et Joseph omnia mirans,

Ad patriam læti repedant, puerumque reportant.

LECTIONES VARIANTES.

crede, machæra, pro quo alii *Atque animam matris ferro fulgente machæra*. Codex Barthii, Poelm. in textu, Rom., Ott., Hadamar., *populis, dicta in contraria signum* — *Istius adveniet percurrens debita letho*. — *Atque animam matris ferro fulgente machæra*; — *Quo pateant*, etc. Ita Reg., sed, ut dixi antea, *populos*, et mox *percurreret debita*, nisi etiam habet **B** Ott. In Rom. est *animum pro animam*. Barthius sui codicis lectionem iis expendendam relinquit, qui optimum Christi vatem, ut ait, et antiquitati æstimabilem nova aliquando recensione exornabunt. Eandem lectionem in editione Reuschiana minus rectam putat Gallandius. Teneo scripturam breviorē; nam alia longior videtur esse facta, ut Juvenci versus, aliquantulum obscuri, clariore reddantur.

249. Editi omnes, quos vidi, ita habent, *Hæc ait in Simeone Deus: vox ecce prophetae*. Barthius in suo codice corruptum id reperit, *Hæc Simcon dixit mox Deus ecce prophetae*: veram scripturam ex aliis codicibus in medium reducendam sperabat. Eam exhibent tres codices apud Reuschium, et tres nostri Rom., Reg., et Ott., *Hæc ait in Simeone Deus: mox*

ecce prophetae — *Feminæam*, etc. Explicatur id in glossa Reg., *prophetae* — *Prophetisæ Annae*: scilicet Deus complevit feminæam mentem Annæ prophetisæ. Cum non intelligerent librarii, *propheten* dici de feminâ, ut *sacerdotem, vatem*, et similia, versum corruerunt, posito *vox* pro *mox*.

252. Poelm. pro div. scripti., Ald., Daventr., *Constituit viduam*.

253. Editi, *Hinc fruitur casta charo pro conjuge vita*, — *Continuoque Dei cultu: quæ numine ducta* — *Cognovit*. Apud Reuschium nonnulli codices, ut hic inuit, et nostri Reg., Rom., Ott. ita legunt *Casta sed in templo semper pro conjuge vita*, — *Et cultus cessere Dei, quæ numine jussa* — *Cognovit*. Et glossa in Reg., *cessere, accessere illi feminæ; jussa, commissa*.

257. Rom., *genitrix, Joseph, deest*.

258. Poelm. in textu, Hadam., *redeunt*; plerique, *repedant*. Barthii codex, *repetunt*: sic enim præpositione ad usurpant verbum *repeto* Virgilius, Grætius, et alii. Rom., *mendose, Ad primam læti*.

NOTÆ.

in vitam et resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui contradicetur. Illis respondent versus Juvenci, *Hic puer usque ad adveniet*. Se putat Lucas: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes*. Vetus Italica in us. Colbert., *Et tuam, et ipsius animam pertransiet*, etc., et in us. Cantabr., *Et tuam ipsius autem animam*. Juvencus hæc ita reddidit, *Machæra ferro fulgente percurreret debita letho, atque animam matris*. Intellego *debita letho*, vitam filii, quæ letho debita erat, ut dicitur *Debitum naturæ persolvere*: quæ est interpretatio Reuschii. Hæc autem ipsa machæra erit signum, quo demonstratur puerum hunc esse Messiam: sed nonnulli negabunt, eam machæram esse signum Messie. *Signum dicta in contraria* ex Græco textu petiti est, *σημεῖον ἀντιλεγόμενον*, nempe signum, de quo in utraque partem disceptabitur. Ita quidem idem Reuschius, suam scripturam secutus. Sed verius cum Maldonato interpretor, Christum positum esse in signum, in quod omnes fere Judæi non solum lingua, sed etiam manu tela sua conjicerent: non enim contenti sæpe blasphemasse, etiam crucifixerunt. Christus enim in passione similis scopo fuit, cui contradicere, id est, de quo feriendo, configendoque certari solet. Ipsa vero passio vehementem adeo dolorem Mariæ attulit, ut tamquam gladius animam ejus pertransierit. Christo autem ita patiente, apparuit, quo quisque erga illum animo, qua fide fuerit.

247. *Machæra* in Vulgata, et veteri Itala versione dicitur gladius, a Paulino epist. 50, al. 43, *framea*, vel *gladius*, ab Augustino epist. 149, *framea*, in textu Græco *ρhomphaία, rhomphæa*. *Machæra* est gladius longus ab una parte acutus, *framea*, et *rhomphæa* hæc genus, sed tempore Augustini *framea* etiam, et *rhomphæa* quoddam gladii genus significabant. Vide epist. Augustini 120, cap. 16, et Isidorum l. xviii Orig., cap. 6.

248. Nota, quo pacto Juvencus interpretatur verba Evangelii, *Ut revelentur*: non enim particula *Ut* est causalis hoc in loco. *Quo pateant* idem est, ac *Tunc*

patebunt. *Volumina cordis* nove fortasse dictum, sed eleganter. *Volumen* est, quidquid in gyrum flectitur. Translate quoque Plinius l. vii, cap. 45, *Magna sortis humanæ volumina*.

249. Cur *propheta*, vel *prophetes, prophæa* de femina dici non possit, nullam idoneam rationem video. Reuschius non dubitasset nostram scripturam sequi, si hic usus vocabuli *prophetes* probatus illi fuisset. Atqui Hilarius in psalm. xiv, num. 4, aperte ait, *Anna prophetes*. Vetus Italica in ms. Cantabr. habet, *Anna prophetis*; genitivus erit *prophetis, vel prophetidis*. Possis ergo ita legere *mox ecce prophetis*. Sed cum auctorem Hilarium habeamus, communi voce utimur *prophetae*, quæ per sequentem dictionem *Feminæam mentem* ad feminam propheten restringitur. Vossius l. 1 de Anal. c. 19, ex Æschilo præferi *τὰς προφῆτας*, et Tertulliano *prophetes* non semel, et ex Sidorio *psalles*.

250. Vide notam ad v. 120.

254. *Cessere, succedere, evenere, accedere*, nunquam sors optima in locum conjugis. Nepos in Vita Datam. cap. 1: *Ea, quæ prospere ei cesserunt*. Virgilius l. iii Æneid. v. 335: *Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit* — *Pars Heleno*. Itujus significationis ignoratio ansam corrumpendi locum librariis dedit. *Numine jussa*, quasi Dei natu, et voluntate jubente, ut v. 299, *Divino numine jussus*.

256. *Pueri pro nomine*, pro ipsa pueri persona, ut Apocalyps. cap. iii, vers. 4. Confer, quæ hanc in rem disserui in Hymnod. Hisp. in not. ad hymnum S. Isidori pag. 275.

258. *Ad patriam*, videlicet Nazareth. Sequitur enim Lucam cap. ii, vers. 39: *Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth*. Quid ergo fieri potuit, ut Bethlehemi Christus post præsentationem in templo a Magis adoratus fuerit? Pro Juvenco respondeat Epiphanius, qui, ut dixi ad v. 220, parentes Jesu cum eo Bethlehemum e Galilæa iterum venisse opinatur.

Gens est ulterior, surgenti conscia soli,
260 104 Astrorum solers ortusque, obitusque no-
[tare.

Hujus primores nomen tenuere Magorum.

Hinc lecti proceres Solymos per longa viarum
Deveniunt, regemque adeunt, orantque doceri,

A Quæ regio imperio puerum Judæa teneret

265 Progenitum : sese stellæ fulgentis ab ortu

105 Admonitos venisse viam, quo supplice
[dextra

Exortum terris venerabile numen adorent.

Territus Herodes Solymorum culmina vatum,

LECTIONES VARIANTES.

259. Reg., Rom., Ott., Poelm. pro d. s., Torn.,
Gens est ulterior, surgenti conscia soli. Ita Aldus, sed
proxima pro conscia. Fabr., Poelm. in textu, Hadam.
*Gens est eoi Phæbo orio proxima regni. Forte surgentis
conscia solis.*

261. Barthius, libr. LVII Advers. cap. 2, edidit
Quorum primores, nescio, an casu pro *Hujus pri-
mores.*

262. Poelm. pro d. s., Ottobon., Rom., *Solymos.*
Reg., *Tunc hi delecti Solymos,* et prius videtur fuisse
dilecti. Alii, *Solymas.*

265. Hadam., Poelm. in textu *Jam genitum : et*

sese. Poelm. pro d. s., Fabr. *Progenitum ; et sese.*
Elegantius Ald., Torn. cum Reg., et Ott. *Progeni-
tum : sese sine et.* Sic etiam Rom., et Dav. Iterum
v. 274. *Proigni maneat.*

266. Ott. a pr. m., *viam.* Melius, *viam.* Trombellius
de Vita Deip. tom. III, part. 1, dissert. 25, nescio,
unde edidit *venisse diem : pro d. s. indicat viam.*

268. Poelm. in textu, Ald., Hadam., Fabr., *He-
rodes vatum, legumque peritos.* Torn., Poelm. pro
d. s., Reg., Rom., Ott., *Herodes Solymorum culmina
vatum.*

NOTÆ.

259. CAPUT X. *Magi cum muneribus veniunt.* B
Math. II, 1-12. Reuschius in hanc propendit inter-
pretationem, quod gens illa dicatur conscia soli nas-
centi, quia ejus ortum callebat. Melius puto, quia
veluti contermina erat soli nascenti. Oratio de Magis
ex Oriente habita a Samuele Durrio, moderante
Omeisio, excusa est Alfordii anno 1686. De iisdem
Magis scripserunt plures auctores, quos indicavi ad
v. 220. Antonius Collinus impudentissime veritatem
historiæ Magorum negavit, quam in Evangelium
Matthæi intrusam fuisse probare conatus est. Intole-
rabilis hic error, ut aliorum veterum Patrum, sic
etiam auctoritate minime suspecta Juvenci refellitur.
Adisis eruditam Dissertationem Liberati Fassonii
*De veritate, atque divinitate historiæ Magorum, quæ
est apud Matthæum. Romæ 1758.* Magos remotis
Orientis partibus venisse Juvencus sentit, cum eor-
um gentem *ulteriorem* dicat, *nascentique soli con-
sciam.* Paulo post v. 276, eos Persas vocat: quo no-
mine omnes orientales extra Romanum imperium
nationes Juvenci tempore censebantur, ut existimat
Barthius l. LVIII, cap. 2. At Juvencum pro veris Per-
sis eos habuisse facile crediderim. Quin etiam Pru-
dentium puto imitatione Juvenci sic cecinisse
hymn. 12, Cath., v. 25 : *En Persici ex orbis sinu,
— Sol unde sumit januam, — Cernunt periti inter-
pretes — Regale vexillum Magi.* Confer nostrum Com-
ment. ad hunc Prudentii locum.

260. *Solers notare.* Horatius libr. IV, od. 8, vers. 7.
*Hic saxo, liquidis ille coloribus — Solers nunc homi-
nem ponere, nunc Deum.* Sic Ovidius, Silius, alique
poetæ locuti sunt. Diversarum gentium sapientes,
qui sacris præerant, carmenasque dirigebant, et
reconditis disciplinis addicti erant, Magi appellaban-
tur. Juvencus astronomiam, et mathematicas con-
templationes illis attribuit, idemque Tertullianus,
S. Leo, Sicardus Cremonensis, Arnoldus Abbas
Bonævallis, atque S. Thomas, cui scholastici pleriq-
ue adhærent, senserunt. Prudentius Apoth. v. 617,
de Magis : *Dirigit trepidans chaldæo in vertice per-
nox — Astrologus : quem ad locum Weitzius profert
versiculum : Ille penes Persas magus est, qui sidera
norit. Magicum olim vocabatur, quidquid arcanum
erat, et a vulgi captu remotum. Sic Lucanus, l. III
Pharsaliæ, hieroglyphicas Ægyptiorum sculpturas
vocat *magicas linguas* : ita enim ait v. 223 : *Et saxis
tantum volucresque, seræque, — Sculptaque serrabant
magicas animalia linguas.**

261. Etiam id in controversiam vocatur, fuerintne
reges Magi. Ita vulgo creditur : sed hæc opinio veter-
um certa auctoritate caret. Juvencus *Primores* illius
gentis vocat, a veneratione, ait Barthius col. 2722,
studiorum sapientiæ, quibus Magi erant populis
orientalibus accepti. Profecto ex Juvenco potius col-

ligitur, non fuisse reges, quam fuisse. A regibus
proximam dignitatem Magos habuisse, censet Fabri-
cius in Commentar. poetar. Christianor.

262. Inuit Juvencus, magos tamquam legatos, a
suis gentibus delectos, venisse, ut Christum adora-
rent. Gaudentius Brixianus ad Paulum fratrem
serm. 19 : *Herodes persequitur parvulum : sed stel-
læ obsequentis fulgor magnum declarat Deum ; quem
legati universarum gentium Magi suppliciter adorantes
cælesti regi debitam honorificentiam, oblatione mysti-
corum munerum, deferebant.* Hoc etiam obscurum
est : neque enim ab universis gentibus reipsa missi
sunt Magi. His tamen gentes significantur. *Per longa
viarum,* ut supra v. 180, *Per plurima terræ.* Palæ-
stinæ urbs princeps Hierusalem dicebatur etiam *Soly-
ma, Solyonorum.* Populi Palæstinæ *Solymi* appella-
bantur. Tacitus l. V Hist. cap. 2 : *Solymos, carmini-
bus Homeri celebratam gentem, conditæ urbi Hieroso-
lymam nomen e suo secisse.* Hinc *Solymus* adjective.
Juvenalis sat. 6, v. 543 : *Interpres legum Solyma-
rum.*

264. Schoettgenius explicat. *Quæ Judæa,* quæ pars
Judææ, teneret puerum regio imperio : scilicet invitis
musis. Expono. *Quæ regio Judæa,* etc.

265. Oratio de *Stella Magorum* duce habita a Gui-
lielmo Frizio, moderante Omeisio, typis edita fuit
Alfordii anno 1683.

266. *Venisse viam,* ut ire iter, vivere vitam, servire
servitutem. Cicero Philipp. II, cap. 25 : *Venisse tot
dierum viam.* Revera elegantius id a Cicerone dicitur,
quia additur *tot diorum,* ut elegantius dicitur
vivo vitam infelicem, quam simpliciter *vivo vitam ;* et
infra Juvencus *Gaudia magna Magi gaudent,* quod ven-
ustius est, quam si dixisset *Gaudia Magi gaudent*
sine ullo adjectivo, quod vicem adverbii gerat.

267. *Numen adorent.* Sic v. 277, *Monstrare colen-
dam ;* et v. 285, *Regique, hominique, Deoque — Dona
dabant.* Ita Juvencus, ita alii Patres in Evangelio
legunt, Christum a Magis adoratum tamquam Deum.
Recte igitur impudentem temeritatem Basnagii,
Clerici, et Richardi Simonis coarguunt, et refellunt
Joann. Franciscus Buddeus Medit. sacr. pag. 56,
Honoratus a S. Maria tom. II Animadvers. in rig.
crit. l. III, dissert. 4, art. 5, et Fassonius in peculiari
dissertatione de *Cultu Jesu Christo a Magis adhibito,*
Romæ 1756, ut alios omittam.

268. Sacerdotes ethnicorum vates, et prophetæ
dicebantur. Macrobius l. VII Saturn. c. 13 : *Adeo,
inquit, Disari, verum ita ut dicis Ægyptios opinari,
ut ego sacerdotes eorum, quos prophetas vocant, cum
vidissem,* etc. Cum autem v. 279 dicit Juvencus *Im-
perio accitos,* mutat genus, quia ad sensum respicit,
non ad verba. Vide Comment. ad Prud. l. II, contra
Synum. v. 204, et not. ad Dracontium Eleg. v. 153.

Quique prophetarum veterum prædicta recensent A
 270 Imperio accitos jubet omnia quærere legis,
 Queis pateat, quæ sint genitalia mœnia Christo;
 Omnia venturum spondent quem oracula vatum.
106 Tunc manifestatur, Bethleem quod mœ-
 [nibus illum
 Progigni maneat, cui sacram ducere plebem
 275 Israelitarum sancta virtute necesse est.
 Tunc jubet Herodes, Persas pertendere gres-
 [sum,
 Inventumque sibi puerum monstrare colendum.

Ecce iteris medio stellam præcurrere cernunt.
 Sulcantem flammis auras, quæ culmine summo
 280 Restitit, et pueri lustrata habitacula monstrat.
 Gaudia magna Magi gaudent, sidusque salutat:
107 Et postquam puerum videre sub ubere
 [matris,
 Dejecti prono texerunt corpore terram.
 Summissique simul quæsunt : tum munera
 [trina,
 285 Thus, aurum, myrrham regique, hominique,
 [Deoque

LECTIONES VARIANTES.

269. Ald., cum aliis, *præsagia noscunt*. Reg., Rom., Ott. cum aliis, *prædicta recensent*.

270. Hadam., Poelm. *omniu acquirere*, quod lex metri respuit. Sabatierius pro d. s. notavit etiam *omnia acquirere*. Pro *omnia* conjici licet *omina*.

271. Ald., Torn., quo pateat. Fabr., qua pateat. B
 Hadam., Poelm., Ott., Reg., Rom., queis, vel quis pateat cum glossa in Reg. quibus sacerdotibus comper- tum sit; sed melius intelligetur, quibus præragiis, vel prophetiis legis.

272. Ott., mendose, *spondentque oracula*.

273. Reg., Ald., Ottob. scribunt *Bethleem*; alii, *Bethlem*; Rom., *Bethleem*.

275. Hadamar., Poelm. in textu, Fabr. *sacra*: Ott., Ald., Torn., Rom., Dav., *sancta*; Reg., *proin- pta virtute*.

276. Ald., Reg., Poelm. pro d. s., *Tunc jubet*. Rom., Ott., et alii, *Hinc jubet*. Mallem *Huc jubet*. Sacer textus: *Et mittens illos in Bethleem*.

277. Poelm. pro d. s., *videndum*; plerique, *co- lendum*, quod ex ipso Evangelio petitum est.

278. Poelm. pro d. s., Ald., *ecce viae*. Reg., Ott. cum aliis *ecce iteris*. In Westhemero *iterum* pro d. s. fortasse mendum est pro *iteris*: in textu habet *viae*. In Rom. etiam est *iterum*: ibidem *percurrere* C pro *præcurrere*. Sabatierius etiam edidit *percurrere*: sed Evangelio magis congruit *præcurrere*.

179. Poelm., Hadam., *auram*. Reg., Ott., Ald., et alii *auras*. Reg., et, ut videtur, Ottob., *quæ culmine*, Editi, quos vidi, *quæ in culmine*.

281. Poelm. in textu, Hadam., *magna Magis re-*

deunt; lege cum Rom., Reg., Ott., Ald., Torn. et aliis, *magna Magi gaudent*.

282. Reg., Ott. cum Torn., *Et postquam*. Rom. et alii, *At*.

284. Ald., Torn., Hadamar., Dav., Poelm., in textu, Fabr., *Summissique simul mox mystica munera promunt*. Poelm., pro d. s.: *Summissique simul quærunt tunc munera trina*. Ita Reg., Rom., Ott., sed *quæsunt* pro *quærunt*: in Ott. prius fuit *simulque sunt*, sed correctum fuit per *simul quæsunt*. Hæc vera scriptura videtur: ponitur *quæsunt* pro *orant*, ut *quæso, quæsumus, quæsit* apud Lucretium, *quæsere* apud Plautum.

285. Poelm., in textu, Hadam., Torn., Fabr.: *Aurum, thus, myrrham regique, Deoque, hominique*, quod aptius videtur Labbeo de Script. eccles., ubi agit de Juvenco, ut singula membra sibi invicem respondeant. Ald. Daventr. cum nostris Ottob., Rom., Reg., *Thus, aurum, myrrham regique, homini- que, Deoque*. Ita fuit in membranis Barthii, qui libr. LVIII, cap. 2, melius versum collocandum ait, si legatur *Aurum, myrrham, thus regique, hominique, Deoque*. S. Hieronymus, qui hunc versum laudat, ita eum legit, ut in nostris codicibus exstat. Isidorus, l. i Orig. cap. 11, postrema verba sic refert: *Subjunctivæ dicuntur, quia subjunguntur, utque: dicimus enim, Regique, hominique, Deoque: non dici- mus, que regi, que homini, que Deo*. Alcuinus, de divin. Offic., cap. 5: *Hæc dona Juvencus presbyter mire (al- metro) conclusit: Aurum, thus, myrrham regique, Deoque, hominique — Dona ferunt*.

NOTÆ.

269. Cicero II de Leg. c. 8: *Interpretari fatidico- rum, et vatium effata incognita*.

270. *Omnia legis pro omnem legem, vel omnes le- ges, ut v. 262, longa viarum, et v. 180, plurima terre*.

274. *Maneat, fixum sit*. Cicero non semel, *Maneat ergo, Illud maneat*; quem alii imitantur.

276. *Pertendere gressum, ut tendere iter, tendere cursum*. D

278. *Iteris* pro *itineris*, quod usitatus est. Oblis- quis *iteris*, etc., usi sunt Lucretius, Propertius, Accius, Varro, Nævius, Julius Hyginus. De stella, quæ Magis apparuit, videndæ sunt Dissertationes Joannis Friderici Frenzel, Eliæ Bertrandi, et Jac. Elsneri.

279. *Sulcantem auras*, elegans metaphora. Virgilius l. II Æneid. vers. 694 seqq.: *Stella facem du- cens multa cum luce currit..... Tum longo limite sulcus — Dat lucem*. Similia Lucanus, Val. Flaccus, Prudentius, aliique boni poetae habent.

280. *Lustrata*, nempe ab ipsa stella veluti illu- strata. Sæpe enim verbum simplex pro composito ponitur, ut *verto* pro *everto*. Neque aliam significatio- nem verbo *lustrō* tribuo, cum ait Virgilius l. IV Æn. v. 607: *Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras*; et l. VII, vers. 148: *Postera cum prima lustrabat lampade terras — Orta dies*.

281. *Gaudia magna gaudent*, eleganter dictum, ut

animadverti ad vers. 266. Inter epistolas familiares Ciceronis l. VIII, epist. 2, quæ Cælii est ad Cice- ronem, *Ut suum gaudium gauderemus*. Terentius Andr. scen. 5, act. v, in fine: *Nam hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia*. Adde A. Gellium, l. IX, c. 9: *Gaudium gaudeat genuinum et intimum*.

282. *Videre verbum* notandum. Etsi eni- Vul- gata habeat *invenerunt*, tamen *viderunt* reperitur in plerisque mss. Græcis apud Wetstenium, Birchium, et Matthæium. Vetustissimum exemplar Vaticanum 1209 pariter exhibet *viderunt*, uti etiam versio La- tina antiqui codicis Cantabr., et Auctor Oper. imperf. in Matth.

285. Cum munera a magis oblata mystice innuant Deum, regem, hominem, minime dubium est, quin thus Deum significet, aurum regem, myrrha homi- nem, quocumque tandem ordine ea dona commemorentur. Eandem significationem his muneribus tribuit Prudentius in Dittochæo, neque tamen ordi- nem servat: *Hic pretiosa magi sub Virginis ubere Christo — Dona ferunt pueri, myrrhæque, et thuris, et auri, — Miratur gonitrix tot casti ventris honores, — Seque Deum genuisse, hominem, regem quoque summum*. De hac munerum oblatione plura dixi in Comment. ad Prudentium, hymn. 12, Cath. vers. 69.

- Dona dabant. Totam mox horrida somnia no- A 295 Horribilem jussit Bethlehem per compita cæ-
[ctem] [dem,
Sollicitant, scævumque jubent vitare tyrannum.
108 Denique diversis Herodis callibus aulam
Diffugiunt, patriamque magi rediere latentes.
290 Ipsam etiam puerum monitis cœlestibus actus
Egyptum cum matre simul transportat Ioseph.
At ferus Herodes sibimet succedere credit,
Quem callens astris quæsisset cura magorum.
Quorum præcauto discessu sollicitatus,
- 109 Infantes mandans, teneramque sub ubere
[plebem
Avelli ferro nulla sub erimine culpæ.
Hæc etiam cædes olim præscripta manebat,
Quam bonus Hieremias, divino numine jussus,
300 Complorat, misero nobilis pro funere matros
Horrendis graviter cœluma pulsare querelis.
At ubi sopitus furor est, et sæva tyranni

LECTIONES VARIANTES.

286. Ott., Reg., Poelm., pro d. s., *Dona dabant*. Fortasse *Donabant*; nam supra præcessit *nunera*. Ald. cum plerisque *Dona ferunt*, uti etiam legitur apud Hieronymum et Alcuinum.

287. Rom. *Sollicitant, scevumque jubent*: ita solet scribere Rom. *scevus* pro *sævus*; et sæpe in mss. hæc vocabula sunt inter se confusa, videlicet *sævus* B et *sævus*.

289. Ald., *rediere latenter*. Rom., male, *magi redire ketantes*.

293. Rom. ad marg., *Quæ* pro *Quem*.

295. Reg., Rom., Ottob.: *Horribilem jussit Bethleem per compita cædem*, — *Infantes mandans, teneramque sub ubere plebem* — *Avelli ferro nullo sub crimine culpæ*. In Rom. est *cunctos* pro *mandans*, et *avelli* pro *avelli*. In Ott. est *teneram sub*, sed addendum est *que*, ut metro consulatur. Poelm., in textu, Hadam.: *Crudeli tinxit Bethlehemica compita cæde*, — *Infantes cunctos, teneramque sub ubere plebem* — *Avellit ferro nullo sub crimine culpæ*. Ald., Torn., Fabr. ita, sed *mandans, teneramque sub ubere plebem* — *Innocuam in sinibus rigido succumbere ferro*. Fabricius legit *teneroque*, et mox in *sinibus*. Poelm., pro d. s., conjunxit utramque lectionem *Horribilem*, etc.; *Infan-*

tes, etc., ut in Reg.; et postea *Innocuam*, ut in Aldo.

299. Ott., Rom., *Quam bonus Hieremias divino numine jussus*: coheret Reg., sed scribit *Heremias*. Editi, quos videre licuit, *Nam pius hanc vates divino numine doctus*: in Torn. est *jussus pro doctus*. Sic vers. 348, h. l.: *Isaias vates cœcinit quod numine jussus*: et vers. 254: *Numine jussa*. Hoc verbo *jussus* Juvencum delectari constat. Retinet lectionem eod. Vatt., et Rom., quam fortasse mutarunt, qui non intellexerunt recte procedere metrum cum *Jeremias*, facta synaresi in duabus primis vocalibus, ut in *Jesus* sæpe fecit Prudentius.

300. Sabatierius, *Complerat*, et. pro d. s., *Complorat*, quod unum in editis et mss. reperio. Ald., Poelm., pro d. s., *miseræ*. Reg., Rom., et alii, *miserò*: in Ott., fortasse a pr. m., fuit *miseræ*, aut *miseras*, a sec. m., est *miseræ*, quod sustineri nequit. Aldus *miseras* intelligit matres, ut ex Scriptura vers. seq. liquet.

301. Ald., Poelm., pro d. s., *Horrenda graviter pulsabunt æthera voce*. Atii, *Horrendis graviter cœlum pulsare querelis*.

302. Rom., *et scava tyranni*.

NOTÆ.

288. *Diversis Herodis callibus aulam*: trajectio verborum non nihil implexa pro *diversis callibus aulam Herodis*. Similes locutiones non raro apud poetas occurrunt.

290. CAPUT XI. *Joseph ab Angelo in somnis admonitus cum puero et matre ejus in Egyptum fugit, et infantes occiduntur*. Matth. ii, 19. Infanticidium Herodianum, quod tamquam apocryphum, et Evangelio Matthæi assutum nonnemo impie refellebat, certa, ac divina fide credendum esse, demonstrat Joannes Fidalke, in *Historia infanticidii Herodiani*; Car. Gottlieb Hoffmann, in dissertatione, *Cur Iosephus cædem infantum Bethlehemitarum tacuerit*; et Castus Innocens Ansaldo, in *Vindiciis Herodiani infanticidii*: sic enim defensionem historiæ de infanticidio Herodiano inscribere voluit.

291. *Egyptum* pro in *Egyptum*. Ejusmodi præpositio a poetis non raro omittitur, nonnumquam etiam ab historicis. *Transportare* communis usu de iis dicitur, quæ navi trans mare, vel flumen vehuntur. Juvencus utitur pro *porto*.

292. *Sibimet* emphasisin habet, ut vers. 101: *Unde igitur sobolem mihi met sperabo venire?* Juvencus tempus mutat *succedere* pro *successurum*: quæ mutatio temporum familiaris fuit poetis christianis, et aliquando ab antiquioribus scriptoribus usitata, ut notavi ad Dracontium, libr. iii, v.: 76. Simili ratione cum nascente Augusto deummatum fuisset, regem populo Romano naturam parturire, senatus exteritus censuit, *Ne quis illo anno genitus educaretur*. Suetonius, in Augusto, cap. 94, ita refert, et addit, eos, qui gravidas uxores haberent, quæ ad se quisque spem traheret, curasse, ne senatusconsultum ad ararium deferretur.

293. Hunc versum Vigilii, l. iv, contra Euty-

chen, a Juvenco mutuatus est, pag. 42: *Eundem Herodis insidiis appetitum, quem callens astris quæsit cura magorum, etc. Cætere pro perfecte acire melius jungitur cum accusativo, quam cum ablativo*. Reperitur tamen cum ablativo apud Justinum, Solinum, Valerium Maximum, Apuleium. Figurata constructio est: *cura callens magorum pro cura magorum callentium*. Figurata etiam ponitur *astria pro astronomia*.

295. *Jussit cædem*, ut *imperat tributa*. Tacitus, Annal. l. iv, c. 72: *Tributum iis Drusus jusserrat*, et l. xiii, cap. 15: *Neque jubere cædem fratris patrum audebat*, et in Vita Agricolæ, cap. 45: *Nero jussit scelera, non spectavit*.

296. Juvencus libenter easdem phrasas repetit. Paulo ante, vers. 282: *Videre sub ubere matris*.

297. *Crimen* hic sumi potest pro causa, seu prætextu. Virgilius, l. vii, vers. 539: *Disjice compositam pacem: sere crimina belli*. Tullius etiam dixit, notante Reuschio, *Suscipere crimen culpæ*.

299. *Bonus* est probus, ac fortasse hoc loco misericors, quod indicat verbum *complorat*. Sæpe etiam *bonus* significat beneficium, facilem, elementem.

300. *Funere*, morte: quæ significatio obvia est.

301. *Pulsare* regitur a *complorat*. Videlicet plorat Jeremias, quod vox in Rama audita est, etc. H-nachius ait, subaudiendum hic esse *jubere*. Similem femineum ululatum describit ex Ennio Virgilius, libr. ii Æn. vers. 486: *At domus interior gemitu, miseroque tumultu — Misceatur*. Statius, Silv. 5, l. 22: *Injustos rabidis pulsare querelis — Cæcicolæ solamen erat*. Maldanatus invenit Juvencum responxisse ad significationem vocis *Rama, cæcolum*, quasi vox usque ad cœlos pervenerit. Vide not. ad l. iii, v. 142.

Infantum horribili feritas satiata cruore
 Extinxisse putat cunctos, quos primus, et alter
 505 **110** Annus lethiferi miseris oppresserat ævi :
 Mirandis rursus devinctus membra sopore
 Urgetur monitis Mariam, puerumque Ioseph
 Ægypto ad patriam vectare, ubi Nazara felix
 Olim prædictum puero dedit addere nomen.
 310 Dixit et alterius quondam prænuntia vatis
111 Vox instincta Deo : Veniet, veniet mea
 [proles

A Ægypto ex alta terra lænenque, salusque.
 Crecebat rapidis annorum gressibus infans,
 Occurrens ævum sapientia præveniebat,
 315 Gratiæque in vultu, et verbis veneranda micabat.
 Et jam bis senos ævi comprehenderat annos,
 Cum paschæ ritum servare ex more parentes
 Ad templum læti puerum perducere festis
 Omnibus annorum vicibus de more solebant.
 320 Ergo aderant paschæ pariter, cunctisque diebus
 Festorum impletis patriam remeare parabant.

LECTIQUES VARIANTES.

503. Ald., Poelm., pro d. s., *roseo* : plerique *horribili*.

504. Renschius edidit *unus, et alter*, quod ipse, Kœnigius et Schoettgenius explicant de binario, quamvis lis sit inter philologos, num hac locutione binarius, an ternarius numerus explicetur, Nostri codd. habent *primus, et alter*, cum aliis editis, ut l. 4, v. 236 : *Tum primus, et alter*.

505. Poelm., in textu. Hadam., Fabr., *miserè suppresserat*. Ald., Ott., Rom., *miseros oppresserat*. Torn., *miseros suppresserat*. Reg., *miserandus presserat*. Fortasse præstabit legere *lethiferi miserandos presserat*.

506. Poelm., Hadam., *rursus*. Reg., Rom., Ott. cum aliis, *rursus*. Renschius, pro d. s., *devinctus*, quod non censet absurdum, ut apud Ovidium, l. 1 Metam. vers. 684, de Mercurio, *Servantia lumina (Argi) tentat vincere*, et v. 685 : *Pugnat molles evincere somnos*.

507. Reg., Rom., *Urgetur monitis Mariam, puerumque Ioseph* : ita etiam Ott., sed mendose *quæ pro que*. Forte legendum *puerumque Iosephus*, aut hiatus admittendus est in *puerumque Ioseph*, neglecta sy-

nalapha : quem Reuschius putat de industria a Juvenco admis-um. Editi : *Joseph urgetur monitis Mariam puerumque*.

B 508. Poelm., mendose, *victare*.
 509. Ald., Torn., Poelmann., pro d. s., Fabr., *prædictum*, quod exstat etiam in Reg., et Ott., et significat *prænuntiatum nomen* : *Quoniam Nazareus vocabitur*. Hadam., Poelm., in textu, *prædicto*, minus bene. In Rom. mendum est *puro pro puero*.

511. Ald., Poelm., pro. d. s., *instructa pro instincta* : quod postremum longe melius est. Rom., corrupte, *Moæ instincta*.

514. Rom., *Procurrrens* : Ald., Fabric., *Præcurrrens* : alii, *Occurrens*. In Aldo et Rom. mendum est *proveniebat*.

515. Poelm., pro. d. s., *Omnique in vultu et verbis veneranda micabant*.

516. Ald., Torn., Reg., Ottob., Rom., *Et jam. Alii, At jam*.

517. Ald., Torn., Rom., *servando pro servare*, quem græcismum infinitivi pro gerundio vocat Renschius.

518. Ald., Ott., læti : alii, lætis.

NOTÆ.

505. *Lethiferum ævum* vocat ætatem infantium, quia Herodes jusserat occidi omnes a bimatu, et infra.

506. CAPUT XII. *Joseph in somnis monitus puerum, et matrem ejus in patriam reducit*. Matthæi II, 19-23.

507. *Urgeo* cum infinitivo : de quo videsis not. ad Dracontium, l. III, v. 446.

508. *Ægypto* sine præpositione, ex, ut in re simili dixi supra ad vers. 508. *Nazara*, seu Nazareth felix, ut iterum l. II, vers. 106, quia ibi habitavit Jesus, nomenque Nazaræi illi dedit, sive potius addidit.

509. *Dedit addere* simili syntaxi, ac supra, v. 222 : *Observare dedit*.

510. Conjungit Juvenecus duas has prædictiones, quæ seorsum ab Evangelista memorantur; nempe vers. 15, cap. 2. ait Matthæus, *Ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem : Ex Ægypto vocari filium meum* : quod ex Osea XI, 1, petitum est. Rursus Matthæus, II, 23 : *Ut adimpleretur quod dictum est per prophetas : Quoniam Nazareus vocabitur*. Evangelista numerum multitudinis pro singulari usurpat, ut Juvenecus cum aliis interpretibus exponit. Intelligitur autem Iaias, XI, 1, ut multi volunt. Fortasse Juvenecus exemplar Matthæi vidit, in quo scriptum esset *per prophetam* : nam versio vetus in mss. Colb., et Corb. et textus Græcus in ms. 1, Bodl., in singulari exhibent *per prophetam*.

511. *Instincta*, verbum ab optimis scriptoribus usitatum, et sæpe adhibitum, cum sermo est de afflatu divino, qui etiam instinctus divinus a Cicerone dicitur. *Instincta Deo* pro a Deo, ut supra, vers. 219 : *Vox missa Deo*.

512. *Ægypto ex alta*. Fortasse innuit Ægyptum superiorem, nimirum Thebaidein, quo Dominum

C confugisse multorum, etiam veterum, est opinio. Vel Ægyptum vocat altam, h. e. profundam, sive inferiorem Judæam, ex phrasi sacra Scriptura : *descendere in Ægyptum : ascendere ex Ægypto*.

513. Hi tres versus desumpti sunt ex Luc. II, 40. Juvenecus ita narrationem disponit. Ex Luca accipit, et continenter narrat nativitatem Christi, circumcisionem, et præsentationem in templo usque ad v. 39 cap. II : *Et, ut persecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam*. Tum interserit magorum adventum, et adorationem, infantici ium Herodianum, fugam in Ægyptum, ac regressum in civitatem Nazareth ex Matthæo. Subinde ex Lucæ cit. v. 40 c. II, pergit narrare res gestas in pueritia Jesu.

516. CAPUT XIII. *Jesus quæsitus a parentibus invenitur in medio doctorum disputans*. Lucæ II, 42-51.

517. *Cum*, et postea *seriebant* in indicativo, quia mentio temporis præcessit. Vide not., ad l. II, v. 6.

519. *Omnibus annorum vicibus*, nempe per omnes annos, ut ait Evangelista. *Vices* sæpe significant vicissitudinem, alternationem. Plinius, l. XII, c. 14 : *Per vices annorum*, quod exponitur *alternis annis*. Interdum tamen *vices* denotant tempora, quibus aliquid fit. Horatius, libr. IV, od. 14, v. 43 : *Dejecit acer plus vice simplici*. Columella, l. III, cap. ult., *Annua vice*, scilicet omnibus annis. Non omnino certum est, Christum per singulos annos Jerusalem ascendisse. Sed id ab Evangelista quodammodo indicatur, atque ita etiam sentit Beda cum Juvenec.

521. *Patriam pro in patriam*, ut observatum fuit ad v. 291. Virgilius, l. XI, v. 793 : *Patriam remeabo inglorius urbem*. Statius, l. III, silv. ult., v. 42. *Annos quod Euboicos fœsus remeare penates—Augustor?*

- 112** Cum puer in populo comitis vestigia matris A 530 De pueri verbis senibus fuit. At pia mater,
 Descruit, templique libens secreta petivit.
 Illum per vicos urbis, perque abdita tecta,
325 Perque iteris stratas, per notos, perque propin-
 [quos
 Quærebat genitrix : sed lux ubi tertia venit,
113 Ad templum propere remeat ; vatumque
 [choreis
 Invenit insertum, legumque obscura senili
 Tractantem cœtu. Vix admiratio digna
- 326** De pueri verbis senibus fuit. At pia mater,
 Nate, ait, amissum lacrymis te quæro profusis
 Anxia cum genitore gemens : quæ causa paren-
 [tum
 Secernit gressu, templique in sede retentat ?
 Ille autem : Quid me tantum, quid quæritis ?
 [inquit.
- 335** An nondum sentis, genitrix, quod jure paternis
 Sedibus, et domibus natum inhabitare necesse
 [est ?

LECTIONES VARIANTES.

- 322.** Poelm., pro d. s., Reg., Ott., Rom., Cum puer. Ald., et alii, Dum puer.
324. Reg., per vicos, urbes, et glossa, et urbes. Ott., Ald., Torn., Rom., per vicos urbis, perque. Poelm., Fabr., per vicos, urbisque per abdita. Hadam. contra metrum, per vicos urbisque perque abdita tecta.
325. Ald. perque viæ : lege perque iteris cum plerisque. In Westhemero, perque itineris ad marg. mendum est, aut glossa. Sabatierius ex ingenio, ut puto, Perque vias stratas : quod necessarium non est; nam vers. 350 idem sine vias legit stratas.
327. Fabr., Poelm., pro d. s., vatumque coronæ, quod præferunt Kœnigius et Schœttgenius, quia corona cœtum denotat.
331. Westhemerus, pro div. script., te quæso, quod antiquum verbum est pro quæro, ut dictum ad v. 284.
333. Torn. secrevit, quod invenio in Reg. cum glossa separavit : sed fortasse fuit a pr. m. secernit, quod habent Ott., Rom., et alii.

NOTÆ.

- 322.** In populo, in multitudine, in turba. Hanc enim significationem habet etiam *populus*, ut ostendi ad Prudent. hymn. xi Peristeph. vers. 5. Omeisius minus apte hæc verba in populo refert ad Evangelistæ verba in comitatu. Schœttgenius Juvencum redarguit, quod statuat, Christum jam fuisse in via, et deinde reversum esse Hierosolimam : quod cum Evangelista pugnat, quippe qui diserte asserit, Christum statim in templo mansisse. At vere Juvenco cum Evangelista optime convenire, perlectis Evangelii verbis, aperte convincitur. Sic ait Lucas ii, 43 seq. : *Consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt parentes ejus. Existimantes autem, illum esse in comitatu, venerunt iter diei.* Juvencus ait, quod puer comitis vestigia matris deseruit, templique libens secreta petivit. Id fieri potuit, sive puer in templo deseruerit vestigia matris, ac secretiora templi loca petiverit, sive extra templum in urbe a matre recesserit, ac sese in templum receperit : quod postremum Evangelista et Juvencus innuunt. Falsum enim est, ex Evangelio constare, puerum statim in templo mansisse. Quod autem ait Juvencus, puerum vestigia matris deseruisse, fortasse denotare vult singularem pueri amorem erga matrem, cujus vestigia numquam alias deserebat. Narrat Judæi, hunc olim morem fuisse, ut seorsum viri, ac seorsum feminæ iter facerent, cum Hierosolimam peterent, aut inde reverterentur. Pueri, ut credere par est, matribus adhærebant. Puer Jesus, cum jam esset annorum duodecim, vestigia matris deseruit, ut templum peteret. Mater, ut videtur, existimabat, hoc illum fecisse, ut se viris adjuugeret.
- 325.** *Strata, stratae* pro via, ex quo Itali, Hispanique vocant *strada, estrada*. Antiquiores Latini dicebant *strata via* : Virgilius, poetice, l. i, vers. 426 : *Strata viarum*, ut *Opaca locorum*. Sequioris ævi scriptores passim eo vocabulo *strata, stratae* utebantur, ut Eutropius, imperatores Honorius et Theodosius in cod. Theod., Victor Vitensis, Alcuinus, et alii. Confer Cellarium, de barbar. Cur post., et Ducangium.
- 326.** Verbum Evangelistæ *Requirebant eum inter cognatos et notos*, majorem animi attentionem innuit, quam simplex verbum *quærebat*. Addit tamen Juvencus, ut diligentiam, et sedulitatem significet, *Perque iteris stratas*.
- 327.** *Chorea* hoc loco significat *chorum*, a quo dicitur *chorea*, nempe cœtum, seu comitum. Si legas *vatumque coronæ*, explicare poteris Evangelistæ verbis, *In medio doctorum*.
- 328.** *Legum obscura*, vide vers. 480.
- 329.** *Tractantem*, verbum ecclesiasticum. Vide comm. Prud. 13 Perist. 101.
- 330.** Fabricius in Commentar. poet. christ. accipit adjective *senibus*, et interpretatur *verbis homini seni convenientibus*. Nihil ineptius dici potuit. Sensus verus est : Vix senes satis digne admirabantur verba pueri. Evangelista ait : *Stupebant autem omnes, qui eum audiebant*, etc.
- 332.** S. Joseph, ut pater putatus Jesu Christi dicitur, ita genitor putatus a Juvenco dicitur. Non tamen facile hæc appellatio extra metrum usurpari debet : nam S. Joseph pater etiam aliis rationibus dici potuit, at genitor solum, quia ita vulgo putabatur. Adis Suarium tom. XVII, part. ii, de Incarnat. quæst. 29, disp. 8, sect. 4.
- 333.** *Retentare* verbum frequentativum a *retineo* eadem fere significatione a multis bonis scriptoribus usurpatum. Alio sensu *retentare* est iterum tentare.
- 334.** *Tantum*, tantopere, ut supra v. 79.
- 336.** Verba Vulgatæ sunt, *Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse ?* Consentit Italica in plerisque codicibus : sed in Corbeiens., quia in Patris mei oportet me esse ? Tertullianus, libr. contra Prax., quod in Patris mei me esse oportet ? Ambrosius, quia in propria Patris mei oportet me esse ? S. Leo Magnus, epist. 16, in quodam cod.

114 Hæc ait, et gressum sociat, patriamque A

[revisit:

Nec genitrix tanti persensit pondera verbi,
Ordine cuncta tamen cordis secreta reservant.

340 At puer obsequiis apte prædulcibus ambos
Ad proprium semper cogens nectebat amorem.

Interea veteris scripti per debita currens
Omnia seclorum series promissa trahebat.

115 Zachariæ soboles desertis vallibus omnes

345 Ad deponendas maculas clamore vocabat,
Fluminis ut liquidi caperent miranda lavacra,
Quæ animæ species abluta sordè niteret,

Isaias vates cecinit quod numine jussus :

Vox late resonat desertis vallibus; amplas

350 Instruite stratas, omnis sit recta viarum
Semita, quæ Domini digne vestigia gestet.
Subsident colles, vallis complebitur omnis :
Corriget aufractus iteris bona linea recti,
Corporeisque oculis lumen tractare serenum

355 116 Omnibus indulget Genitor, Dominusque
[salutis.

Ergo aderant populi, passimque hinc inde ruentes
Complebant ripas, avidique lavacra petebant.

Texta camelorum fuerant velamina setis,

LECTIONES VARIANTES.

339. Daventr. *reservant* : plerique *reservat*. Vix dubito, quin legendum sit *reservant*, ut intelligatur, arcana cordis reservasse cuncta verba, quæ Virgo audierat. *Mentis secreta*, et *cordis secreta* non semel occurrit apud Juvencum. In codice quidem Vat., Reg., videtur quoddam signum supra *reservat*, ex quo colligi possit alia scriptura *reservant*. Conjiat aliquis *secreto corde reservat* : sed id a codicum verbis nimium discrepat. Omeisius tamen in cod. Un. invenit *corde secreto reservat*, vacillante metro. Idem conjiat *cuncta intra cordis secreta reservat*. Westhemerus in textu edidit *reservant*, ad marginem *reservat*.

341. Poelm., pro d. s., *nectabat*. Westhemerus ad marg., *nectebat*, in textu *nectebat*, cum aliis, quod melius est. Hadamar., mendose, *semperque cogens*. Rom., *nectabat* pro *nectebat*, aut *nectabat*.

344. Nonnulli interpungunt *Zachariæ soboles, desertis vallibus, omnes* : quod sustineri nequit. Clamabat enim Joannes in ipsis desertis vallibus, seu locis.

347. Reg. : *Quis animæ virtus*. In Torn. mendum est *specie*.

348. Alii, *Esaias*, alii *Isaias* scribunt.

350. Placet lectio codd. Vatt., Reg., et Ott. cum Rom : *Instruite stratas*. Melius sane est *instruere stratas*, nimirum construere, ornare, parare, quam *sternere stratas*. In editis solum invenio *Sternite jam stratas*, quod a librariis factum videtur, quod putarent, metrum non procedere cum *Instruite stratas*. Verum exploratum est, ultimam in *instruite* produci posse, et ex quorundam sententia debere ob *st* dictionis sequentis. Ex ejus rei ignoratione nonnulli versus in Prudentio corrupti fuerant. Vide quæ notata a me sunt in Prolegom. ad Prudent., pag. 186 et seq.

351. Ald., Poelm., prod. d. s., *quæ Domini plantis calcanda beatis*. Reg., Rom., Ottob. cum plerisque, *quæ Domini digne vestigia gestet*.

355. Reg., Rom., Ott., Torn., *iteris*. Alii cum Aldo, *callis*.

354. Rom., corrupte, *tractate sereniter*.

NOTE.

Attreb. S. Vedasti : *Nescitis, quod in domo Patris mei oportet me esse? Significans, ejus se esse filium, cujus esset et templum*. Armeni etiam, Syri et Persæ legunt, *In domo Patris mei*. Neque alium sensum habent verba textus Græci ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς μου, ut idoneis exemplis confirmat Lamyus, in Harmon., ad hunc locum. Videndus etiam Spencerus, de leg. hebr. Rit. pag. 1186. Plerique interpretes ita exponunt : Nesciebatis, me in his negotiis esse oportere, quæ mihi a Patre commissa sunt? A quibus ultro dissentio, ut Juvenci interpretationem sequar.

358. *Pondera verbi*, ut apud Ciceronem, II de Orat. cap. 17 : *Omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum*. Hoc sensu Horatius, in Art. poet. vers. 319 : *Fabula nullius veneris, sine pondere et arte*.

340. *Prædulcibus*; hoc vocabulo Lucretius, Virgilius, alique optimi scriptores usi sunt.

341. *Ad proprium cogens amorem*, impellebat, ut eum amarent : non *cogere* pro compellere, vim afferre ad aliquid faciendum poni solet. *Nectebat* habere potest significationem, quam ex Barthio explicui ad v. 42. Videtur item accusativus cum præpositione *ad* regi a verbo *nectebat*, et participio præsentis *cogens*. Vide lect. var., ad vers. 504 l. III.

342. CAPUT XIV. *Baptisma Joannis in Jordane, et victus, habitusque ejusdem*. Item *Christus baptizatur, cælum aperitur, vox Patris auditur*. Matth. III, 1 seqq.; Marc. I, 1 seqq.; Luc. III, 1 seqq.; Joann. I, 19 seqq.

343. Ordo verborum hic est : Interea series seclorum, currens per debita, trahebat omnia promissa veteris scripti. *Per debita currens*, explens, quæ in lege veteri prædicta erant, sive debito tempore ap-

propinquans. *Veteris scripti*, videlicet veteris Testamenti.

344. Matth. III : *Venit Joannes prædicans in deserto Judææ*. Marc. I : *Fuit Joannes in deserto baptizans et prædicans*. Juvencus poetarum more sine præpositione *in* usurpat *desertis vallibus* pro *in desertis vallibus*. Rursus v. 349 : *Vox late resonat desertis vallibus*.

346. De nomine *lavacrum*, quo baptismus solet appellari, egregie disserit Antonius Maria Lupius, in dissertatione italica de *sacris baptisteriis*, quam absolvit, eruditisque notis ornavit v. c. Franciscus Antonius Zacharias.

347. *Species animæ*, pulchritudo.

348. *Numine jussus*, ut v. 299.

354. Luca, III, 6 : *Et videbit omnis caro salutare Dei*. Phrasis notanda est *oculis tractare lumen pro videre*, aut *lumen accipere*. Pertinet tractare ad sensum attrahendi. Cicero, v Tuscul. c. 38 : *Ea quæ gustamus, olfacimus, tractamus, audimus, in ea ipsa, ubi sentimus, parte versantur*. Sæpe autem unus sensus pro alio ponitur.

356. *Passimque hinc inde* : hoc exemplo, ait Reuschius, augeri potest Index λέγων ἰσοδυναμουσῶν, quem Vechnerus exhibet, Hellenol. I, 6, pag. 91 seqq. *Ruere* interdum accipitur pro *ardenter ac festinanter ire*. Cicero, ad Attic. I, VII, ep. 19, al. 20 : *At illum ruere nuntiant, et jam jamque adesse*. Poetis id familiare est. Post. v. 363 : *Irruere ad fluvium*.

358. Matthæus, loc. cit. : *Ipsæ autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum*. Id nonnulli ita explicant, ut pellem cameli pro veste haberit Joannes. Verior est interpretatio Juvenci, qui ves-

Et zonæ pelles medium cinxere prophetam, A
 360 Arvis qui solitus ruralibus esse locustas,
 117 Et tenuem victum præbent silvestria mella.
 Isque ubi tot populos diversis sedibus ortos
 Irruere ad fluvium cernit, sic increpat ore :
 Vipereæ gentis soboles, quis debita vobis
 365 Supplicia, urgentesque iras evadere monstrat ?
 Sed facite, o miseri, fructum, si pœnitet, aptum,
 Nec generis vestri tollat fiducia mentes.

Nam facile e saxis etiam pro nomine plebes
 Succedent vestro, soboles, quia degener errat.
 370 Proxima roboreis jam jam radicibus instat
 Cunctorum ante oculos, aciesque levata securis.
 Cædentur silvæ steriles, ignemque fovebunt.
 118 Nunc ego præteritas maculas in flumino
 Abluere institui : veniet sed fortior alter, [puro
 375 Cujus vincla pedum non sum contingere di-
 [gnus.

LECTIONES VARIANTES.

359. Reg., *pelles* : in Ott., *pellis*, sed a veteri manu factum *pelles*. Sic *zonæ* erit casus gignendi in numero singulari. Alii : *Et zonæ pellis*. Evangelista Matthæus ait : *Et zonam pelliceam circa lumbos suos*.

360. Reg., Daventr., Ott., Rom., Ald. *Edere locustas solitas ruralibus arvis* : sed in Ott. versus ita a manu eadem veteri in fine paginae ascribitur ; nam suo loco omnino deest. In eodem Ott. *hedere* ponitur pro *edere*. Torn., Hadam., Poelm., Fabr., et alii, *Arvis qui solitus ruralibus esse locustas* : quæ scriptura verior mihi videtur ; nam prima in *edere* pro *comedere* corripienda esset, et Latini pro *comedere* dicebant *esse*, non *edere*. Fortasse quia prima in *locusta* brevis a plerisque creditur, nonnulli substituerunt *Edere locustas*, etc. Verum etsi apud veteres Latinos *Locusta*, nomen femininæ, occurrat, prima producta, non tamen facile ostendens, prima in *locusta* insecto, necessario esse protrahendam. Eam corripuit Prudentius, in Dittoch. v. 117. Confer commentarium meum in eum locum. Potest nihilominus sustineri lectio codicum mss. auctoritate Iustitii Helpidii in Histor. vet. et nov. Testam. v. 17 : *Discus habet, quæ cuncta jubet Pater edere Petrum*.

361. Torn., Fabr., Poelm., pro d. s., *victum silvestria mandere mella*. Reg., Ott., Rom. cum Ald. et aliis, *victum præbent silvestria mella*. Conjici potest, C *Cui tenuem pro Et tenuem*.

362. Ald., *Usque ubi tot populos minus bene*. Fortasse Juvencus scripsit *Is ubi*. Vide var. lect. ad

v. 232.

363. Rom., *sic incipit ore*.

367. In Ott., pro d. s., videtur esse *vestras tollat*.

368. Reg., Ott., Torn., Poelm., pro d. s., *Nam facile e saxis etiam pro nomine plebes — Succedent vestro, soboles quia degener errat*. In Reg. scribitur *sobolis*, et in Ott. *plebis*, sed id factum *plebes*. Aldus cum aliis : *Nam potis est dura superum rex cote creare — Progeniem, quando soboles sua degener errat*, quam lectionem præfererat Schœttgenius, quia proxime ad verba Evangelistæ accedit, dissentiente Reuschio, cui ethnicismus videtur phrasis *Superum rex*, in Juvenco non ferendus. Sabatierius edidit, *rex caute*, et, pro d. s., *degener erat* : id cum metro non stat.

371. Torn., Poelm., in textu, Hadam., *aciesque levata*. Ald., Westh., in textu, Fabr., Poelm., pro d. s., *acies ablata*. Reg., Ott., Rom., *acies levata*, resistente metro, ut in Daventr. *aciesque elevata*. In Reg. est glossa *subrecta* pro *levata*. Fortasse primo fuit *subrecta*, cujus glossa fuerit *levata* : nam id verbum glossam sapit, quæ postea in textum commigravit. Conjici potest *acies elata*, vel *Cunctorum ante oculos, faciesque levata securis*.

372. Reg., Ott., Rom., *cædentur* : lege *cædentur*, nam sequitur *fovebunt*. Vulgata, *Excidentur, et in ignem mittitur*. Codex Cantabr. et Saugerm. 1, et Lucifer Calaritanus, l. ii pro S. Athanasio : *Excinditur et in ignem mittitur*.

374. Torn., corrupte, *instituti*.

NOTÆ.

tem Joannis pilis camelorum contextam repræsentat. Ita etiam Hilarius, in Matth. : *Pilis camelorum vestis adtexta*. Et Paulinus, in carn. vi de S. Joanne Baptista : *Vestis erat curvi setis contexta cameli, et conserta*. Conferri possunt dissertationes, sive exercitationes Barthasaris Holberg de amictu et victu Joannis Baptistæ ; Conradi Oldii de domicilio, victu et amictu ejusdem, Friderici Spanhemii, de eodem argumento ; Salomonis Deylingi, de Joannis Baptistæ natalibus, educatione, etc. ; Pauli Rabe, de victu et vestitu ejusdem. Vilem fuisse amictum, victumque contra nonnullos tenendum est.

360. Rursus, v. 378, occurrit *ruralis*. Hoc vocabulo utuntur Macrobius, Nemesianus, Ammianus, Julius Firmicus, et ex fide quorundam exemplarium Cæsar, l. iii B. Gall. c. 14, apud quem plerique non *ruralium*, sed *muralium* legunt. In codice Reg. glossa est *locustas — uillas, vel ares parvas* ; fortasse legendum *acridas* ex verbo Græco, quo locustæ significantur. De hujusmodi locustis et melle silvestri, quibus Joannes vescabatur, leges Comment. nostr. in Prudentium hymn. 7 Perist. v. 69.

366. *Facite fructum* ; hebraismum hunc esse ait Schœttgenius, ut cap. i Genes. 11. Ejusmodi opera pœnitentiæ distinctius enumerantur a Paulo Ephes. v. 9 : *Fructus enim lucis, etc.*

367. Virgilius, Æn. lib. i, v. 136 : *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri ?*

370. *Roboreis*, species arboris pro genere. Evangelisti

ait : *Jam enim securis ad radicem arborum posita est*.

373. Maldonatus objicientes, Prudentiam, et Juvencum baptismum Joannis Baptismo Christi videri æquinarasse, sic refellit : *Possent respondere, non subtiliter, sed poetice locutos. Sed non opus est poesi sententiam excusare, cum possimus in bonam partem interpretari. Multi enim veteres auctores eodem modo locuti sunt... Dicunt enim, baptismum Joannis datum fuisse in penitentiam, in remissionem peccatorum, Luc. iii, non quod per illum peccata remitterentur, sed quod ad penitentiam excitaret. Adisis comment. ad Prudentium, hymn. 7 Cathem. v. 76.*

375. Sic exponit verba Evangelistarum. Matth. ait : *Cujus non sum dignus calceamenta portare*. Marcus : *Cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus*. Lucas : *Cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus*. Balduinus, de Calceo antiquo, c. 11, probat, vincula a poetis pro quovis calceo usurpari, sed præcipue pro soleis. Calcei Hebræorum plantas pedum solum tegebant, teretibus habenis, seu corrigiis supra colligati : atque adeo similes erant soleis Romanorum. Figuram ejusmodi calceorum Lamyus exhibet in Harm. Evng. ad hunc locum. Prudentius, hymn. 5 Cathem. v. 35, de Moyse ita habet : *Jussus nexa pedum solvere vincula*. Arator, l. ii, v. 81 : *Quæ ligat excelsas humilis corrigiæ plantas*. Cicero vocat corrigias calceamenti, Petronius calceamentorum vincula. Erat autem famulorum munus non solum vincula calceorum sol-

Abluet ille homines sancto in spiramine mergens, Flammarumque globis purgabit noxia corda.

119 Illius et manibus ruralis pala tenetur.

Et propria ipsius purgabitur area frugum,

380 Horreaque implebit secreti copia farris,

Æternusque leves paleas populabitur ignis.

Hæc ait, et propter silvam passibus ipsum

Cernit Jordanis veneranda lavacra petentem.

Sed vetat increpitans vates, et talia fatur :

A 385 Tunc meis manibus dignaris mergier undis,

Cum tua me melius possint purgare lavacra?

Dixit Joannes, cui talia reddit Iesus.

Nunc sine : nam decet hæc : sic sancta per

[omnia nobis

Justitiæ consecrandus complebitur ordo.

390 120 Hæc memorans, vitreas penetrabat flu-

[minis undas.

genti manifesta dei præsentia claret.

LECTIONES VARIANTES.

376. Reg., Rom., cum editis, *sancto spiramine*. Ott., *sancto inspiramine*, ex quo ita lego *sancto in spiramine*. Math. iii, 11 : *Ipsè vos baptizabit in Spiritu sancto, et igni*. Ita etiam Versiones veteres. S. Ambrosius sæpe in *Spiritu*, sed in libr. de Spiritu sancto sine præpositione *Baptizabit Spiritu*; et eodem modo Vigilius Tapsensis, l. ii de Trin. Hs confirmari potest lectio vulgata Juvenci.

382. Ald., Rom., *propere*; alii, *properis*,

383. Poelm. pro d. s., *Cernit Joannes*.

385. Hadamar., Torn., Fabr., Poelm., *dignaris*. Reg., Rom., Ott. cum Aldo, *dignaris*.

386. Sabatierius edidit *mundare*, et pro d. s. *purgare*, quod plures alii præferunt.

387. Rom., *reddidit Iesus*, quod non videtur ex usu Juvenci. Prudentius quidem ita sæpe *Iesus* extulit, ut ex primis duabus vocalibus una fieret per synæresin.

390. Codex Helmst., *penetrabat flumen in undas* : quæ, ait Reuschius, mira est emphasis, qua illa quorundam interpretum observatio innuitur, seipsum flumini immersisse : neutquam vero a Joanne fuisse submersum. Sed obstat supra v. 385.

NOTÆ.

vere, sed etiam eos portare, quo domini jussissent, ut in conviviis, aut aliis in locis diverso calceorum genere uterentur. Et erat id quidem vilissimum ministerium, ut videri potest apud Joann. Christophorum Wolfium, Cur. Philolog. ad N. T., aliosque ibi citatos. Aliquando etiam domini propter locum sacrum calceos deponebant, quos interea portare famulus jubebatur : vel certe cum dominus loca sacra ingrederetur, famulus calcementorum ligulas solvebat, easque servabat. Apud Hebræos discipuli magistris suis, et inferiores dignitate superioribus honoris causa detrahere calceos solebant, uti primi Christiani episcopis, et adhuc subdiaconus episcopo celebranti. In Smyræorum epistola, de S. Polycarpi passione : *Calceos etiam sibi ipsi detrahere tentabat : quod quidem antea minime consueverat, quippe cum singuli fidelium quotidie inter se ambitiose certarent, quisnam prior corporis ipsius cuiem contingeret*. Huic consuetudini osculum pedum Romani Pontificis successisse conjicitur. Præter scriptores de calceo antiquo, Balduinum et Bynæum, legi potest dissertatio Joannis Adami Kunzigi, de ritu portandi calceos.

378. *Pala* est instrumentum ferreum, quo terra voratur, et egeritur, sed ligone latius, et planius. Hujus instrumenti imitatio erant alix palæ lignæ, quas Cato De re rustica cap. 11 memorat; quæ ad ventilandum in area frumentum utiles erant. Tertullianus de Præscript. cap. 5 : *Palam in manu portat ad purgandum aream nam*. Isidorus libr. xx Orig. cap. 14 : *Pala, quæ ventilabrum vulgo dicitur, a ventilandis paleis nominata*. Apud Tertullianum nonnulli nse. habent *ventilabrum*, sed *palam* præfert Paulinus ex libro ejusdem Tertulliani de Fuga in persequant., ac prætoræ ex Cypriano et Hieronymo.

380. *Secreti*, separavi a paleis. Etiam pro eximio, selecto adhibetur *secretus* a Quintiliano l. ix, c. 3.

381. *Populus* de igne consumente sæpius frequenter usurpatur, ut a Floro l. ii, c. 3, Ovidio in Metam. v. 319. Adde Senecam Tragicum, Virgilium et alios.

383. Juvencus, et alii produunt *a in Jordanis*. Tertullianus l. iii contra Marcion. corripit : *Jordane percussio pedibus via facta regressus*. Baptismus Joannis vocatur *lavacra cæteranda*, ut v. 346, miranda lavacra.

390. *Increpitans*, clamans, dictitans, intonans; ost enim cum deum vere significatis, atque increpo, quod pro dictito usurpatur a Propertio libr. iii, eleg. 8, v. 9 : *Alegonum possis requiescere ora quo-*

relis : — *Increpet assumptum nec sua mater Ityn*. Juvencus infra v. 456. *Nuntiat, increpitans præconia larga salutis*.

388. Verba Matthæi sunt : *Sine modo : sic enim decet nos implere omnem justitiam*. Reuschius dubitat, num Juvencus sacramenta intellexerit : sed mallet, ad omnia legis præcepta eum respexisse.

390. Epitheton *vitreus* pro pellucido sæpe aquis tribuitur a poetis.

391. Glossa Reg., *Surgenti — elevanti caput Christo*. Tria distincte affirmat Juvencus, manifestam Dei præsentiam claruisse, celos apertos fuisse, et Spiritum sanctum corporali specie sicut columbam descendisse. Videtur ergo aliquid in Evangelis legisse, quod nunc non exstat. Matthæus hæc refert : *Baptizatus autem Jesus confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt cæli, et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se*. Marcus vero : *Et baptizatus est a Joanne in Jordane. Et statim ascendens de aqua, vidit celos apertos, et Spiritum tanquam columbam descendentem, et manentem in ipso*. Lucas autem : *Et Jesu baptizato, et orante, apertum est caelum. Et descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum*. Juvencus igitur fortasse nactus fuit codicem Evangelii S. Matthæi similem Sangermanensi 4 apud Sabatierium et Martianaum : *Et cum baptizaretur Jesus, lumen magnum fulgebat de aqua : ita ut timerent omnes, qui congregati erant*. His concinit codex Evangeliorum manu, ut creditur, S. Eusebii Vercellensis exaratus col. 2 : *Et cum baptizaretur, lumen ingens*

D *circumsulsit de aqua ita ut timerent omnes, qui adveniant*. Manifesta præsentia Dei, quæ claruit, et lumen magnum fulgens de aqua non multum inter se differunt, vel unum, idemque sunt. Videandus est ad hæc locum Millius in Prolegom. ad novum Testamentum græcum num. 766, pag. 75, ubi de Juvenco agit, et Grotius ad h. l., qui in Liturgia Syrorum idem narrari observat, Joannes Andreas Iricus in præfat., et notat. ad codicem Vercellensem, et in primis Justinus Martyr Dialog. cum Tryph. § 88. Fabricius Cod. apo. rypb. novi Testam. p. 347, t. I, cum Dodwello negat Justinum ex Evangelio Ebronitarum suam narrationem accepisse. Est enim paululum diversa, et ex alia traditione videtur desumpta. Non autem repugnabo, siquis ita Juvencum exponat, ut hic versus ait veluti explicatio sequentis, quo magis ad verbum textus evangelicus

Scinditur auricolor cœli septemplex æthra, **A**
121 Corporeamque gerens speciem descendit

[ab alto

Spiritus, aeream simulans ex nube colum
 [bam,

395 Et sancto flatu corpus perfudit Iesu.

Tum vox missa Dei longum per inane cucurrit,
 Ablutumque undis Christum, flatuque per-
 [unctum.

Alloquitur: Te, nate, hodie per gaudia testor

122 Ex me progenitum; placet hæc mihi
 [gloria prolis.

LECTIONES VARIANTES.

392. Poelm. mendose *auricolor*. Ald., Poelm. pro d. s., *septemplex æthera cœli*. Alii, *cœli septemplex æthra*, sed in Reg. æther pro æthra.

394. Reg., Torn., *aeream simulans*. Ald., Rom. et alii, *aeream similans*; in Ott. a sec. manu veteri, *ætheream simulans*. Magis placet *simulans*, quam *similans*. Infra occurrit *simulatio* eodem sensu libr. II, v. 548. Vide etiam l. III, vers. 266. Reuschius veram hanc lectionem putat, sed alteram *similans* castio-

rem, et reverentiolem. Sed verior præferenda est.

395. Rom., *perfundit*. Alii, *perfudit*.

396. Legerem, si haberem exemplar ms., quod sequeretur, *vox missa Deo*. Supra v. 219, *Quod Mariae vox missa Deo præcepit*; et v. 311, *vox instincta Deo*.

397. Poelmann. pro d. s., *ambitumque undis*.

NOTÆ.

exprimitur: *Et ecce aperti sunt ei cœli*, quod Suarius in III part., quæst. 39, disp. 27, sect. 1, exponit de mutatione aliqua in aere supra Salvatorem facta, atque omnibus, qui præsentibus aderant, manifesta. Quod enim Vulgata habet *aperti sunt ei*, ex textu Græco verti posset *aperti sunt supra eum*, et in multis mss. veteris versionis simpliciter dicitur *aperti sunt cœli sine ei*. Schoetgenius putat, Juvencum manifesta hac præsentia respexisse ad antiquam traditionem, quam etiamnum servant imagines, Deum nempe Patrem una cum S. Spiritu se conspicendum præbuisse. Ait enim, Dei præsentiam visam, postquam Salvator ex aquis ascendit.

392. Cœlum septemplex cur a veteribus dictum fuerit, explicui in not. ad Dracont. l. I, vers. 5, et in Comment. ad Prudent. hymn. 7 Cath. vers. 36: *Non ante cœli principem septemplex*. Non reperio scriptorem Juvenco antiquiorem, qui verbo *auricolor* usus fuerit: sed recte illud formatum est, et ex analogia, ut *versicolor*, *unicolor*.

394. S. Thomas, quem multi scholastici sequuntur, III, p. quæst. 39, art. 7, docet columbam, in qua Spiritus sanctus apparuit, fuisse verum animal. Ambrosius id aperte negat l. I de Sacram. cap. 5: *Non columba descendit, sed quasi columba. Christus carnem suscepit, non sicut carnem, sed carnis veritatem. Spiritus autem sanctus in specie columbæ, non in veritate columbæ*. Hanc interpretationem magis probat Suarius ad loc. cit. S. Thomæ disp. 27, sect. 2, quam secutus etiam fuerat S. Thomas in I, d. 16, a. 5, q. unica, et multi interpretes amplectuntur. Prævit Juvencus, *elegantè admodum, ac graphice hanc apparitionem Spiritus sancti depingens*, ut ait Aug. Varenus in Dissert. *De Columba super caput Christi descendente*.

395. *Corpus perfudit Iesu*, quia descendit super ipsum, et mansit in ipso.

396. *Inane pro aere*. Vide not. ad Dracont. l. I, vers. 152.

397. *Flatuque perunctum*, ut supra *flatu corpus perfudit*. Hieronymus in Evangelio, quod sermone Hebræo conscriptum legebat Nazaræi, hæc reperit, in Isaiam cap. XI, tom. III: *Factum est autem, cum ascendisset Dominus de aqua, descendit fons omnis Spiritus sancti, et requievit super eum*. Hilarius ad hunc locum Matthæi sic habet: *Ordo etiam in eo arcani cœlestis exprimitur: nam baptizato eo, resera is cœlorum aditibus, Spiritus sanctus emittitur, et specie columbæ visibilis agnoscitur, et istiusmodi paternæ pietatis unctione perfunditur: vox deinde de cœlis ita oritur*.

398. Quærat aliquis, undenam Juvencus id sumperit: *Te, nate, hodie per gaudia testor — Ex me progenitum*. Nam Matthæus solum habet: *Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est Filius meus dilectus, in*

B *quo mihi complacui*. Marcus: *Et vox facta est in cœlis: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui*. Lucas: *Et vox de cœlo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi*. Huic quæstioni respondetur, in Itala veteri versione ms. Cantabrig. hanc lectionem exhiberi apud Lucam: *Factum est autem, cum baptizatus esset omnis populus, et Jesu baptizato, ei orante, aperiri cœlum, et descendere Spiritum sanctum corporali figura quasi columbam in eum: et vocem de cœlo factum: Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Respondet his textus Græcus in eodem codice. Cohæret codex Colbert. *Et vox de cœlo facta est: Filius meus es tu, ego hodie genui te*. In codice Vercellensi post verbum *complacui* in Matthæo aliquid vetustate consumptum est, quod ad hanc ipsam scripturam pertinuisse non immerito conjicit Iricius. Ita etiam legerat Hilarius libr. VIII de Trinit. num. 25, et rursus lib. XI, num. 18. *Ascendente eo de Jordane, vox Dei Patris audita est: Filius meus es tu, ego hodie genui te, ut per hoc testimonium sanctificatæ in eo carnis unctio spiritualis virtutis cognosceretur*; et in psalm. II, num. 29, et in Comment. ad Matthæi cap. II. Concinit Justinus Martyr dial. contra Tryph.: *Postquam namque Christus ex amne Jordane ascendit, voce de eo edita, Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Eandem scripturam agnovit Lactantius l. IV, cap. 15, et Faustus Manichæus apud S. Augustinum l. XIII contra ipsum Faustum. Ipse Augustinus De consensu Evangel. lib. II, num. 31: *Illud vero quod nonnulli codices habent secundum Lucam, hoc illa voce sonuisse, quod in psalmo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te: quamquam in antiquioribus codicibus Græcis non inveniri perhibeatur, tamen si aliquibus fide dignis exemplaribus confirmari possit, quid aliud, quam utrumque intelligendum est quolibet verborum ordine de cœlo sonuisse? An vero in Evangelio Matthæi hæc ipsa verba. Filius meus es tu, ego hodie genui te, aliquando existierint, res est minus explorata: et in enim ex Epiphania hæresi 30 constat, Ebionæos in Evangelio Matthæi, quo uno utebantur, ita legisse. tamen ipse Epiphanius advērit, hoc Ebionitarum Evangelium interpolatum fuisse, multisque in locis corruptum. Vide Sabatierium in notis ad Matthæum, et Lucam, et Fabricium Cod. Apocryph. novi Testamenti tom. I, pag. 347 seq., ubi ex Epiphania fragmentum Evangelii Ebionitarum exscribit, et scriptores nonnullos recenset, qui de hoc argumento agunt.*

C **399.** Barthius, lib. XLVIII Advers. cap. 9, explicat versiculum Matthæi: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, quem interpres Germanicus male reddiderat, cum non aliud innumerit, nisi quod Pater Filio delectetur. Ex sententia vero Matthæi Pater in Filio sibi complacuit, atque adeo ut per eum, qui sapientia ejus ipsius, et virtus est, condiderit ante,

- 400 Tum petit umbrosos montes, et lustra ferarum, A
Obsequiumque illi Patris præbere ministri
123 Certabant, rabidi mox livor dæmonis
[atram
Cum terrore rapit mentem, nec deficit ægro
Tentandi interea Christum versutia fallax.
- 405 Quadraginta illi fuerant ex ordine soles,
Ex quo nulla cibi, potusve alimenta dabantur :
Sed contexta simul firmi jejunia cordis
Terrarum ad regnum mentis secreta tenebant.
Tunc epulas demum monuit conquirere corpus.
- 410 Horrendi interea sceleris fallacia tentans,
124 Si te pro certo genuit Deus, omnibus, inquit,
His poteris saxis forti sermone jubere
Usus triticeï, formamque capessere panis.
Christus ad hæc fatur : Nil me jam talia tentent.
415 Nam memini scriptum, Quoniam non sola te-
[nebit
Vitam credentis facilis substantia panis :
Sed sermone Dei complet pia pectora virtus.
Rursus at ille dolos versutis artibus aptans
Nectere tentator properat. Nam mœnibus urbis

LECTIONES VARIANTES.

400. Ald., *nunc*; alii, *tum*, vel *tunc*.
401. Ottobon., *patrii*, sed prius videtur fuisse *Patris*. Utrumlibet bonum est.
402. Reg., Rom., Ottob. cum Ald., Torn., *atram*, quam lectionem Schættgenius probat. Hadam., Poelmann., et alii, *ater*. Nec mihi displiceret *atro* B
cum *terrore*. Marius Victor libr. III, col. 344 editionis Fabricii, *Exterretque animos niger horror*; idem eod. l. col. 345: *Ecce niger terror. tremor horridus*. In Reg. mendum est *Certabant rapidi* cum glossa *celeris supra rapidi*. Corrigi potest *Certabant rapidi, mox*. Rom., *Certabant: rapidi mox*. Plerique, *Certabant, rabidi mox*.
405. Ott. a pr. m., *fuerunt*, quod defendi posset: sed melius est *fuerant*. Forte, *illic fuerat*.
406. Ott. a pr. m., *potusque*, quod edidit Fabricius.
408. Ott., Rom., *cordis secreta*.
409. Reg., Rom., Ott., *Tuncque epulas*. Ald., et alii, *Tunc epulas*, quod habet Ott. a pr. m. Rom., *dæmon*, aut *demon pro demum*. Nonnulli ita interpungunt, quasi fallacia mouerit corpus conquirere epulas. Sensus verus est: Corpus monuit Christum

conquirere epulas. Verbum Evangelistarum est *Esuriit*.

413. Ald. scribit *capessere*.
414. Reg. *nihil*, quod retineri potest per synæresin. Rom., *me tam talia*, non male.
415. Ald., Poelm. pro d. s., *scriptum, quod non sit sola datura*.
419. Barthius, lib. xxvi, cap. 7, corrigit *properat*, quam *mœnibus urbis—Mox inferre pedem tendit: vis*, etc., quia Matthæus refert, Dominum a diabolo assumptum in sanctam civitatem, non ipsum eam ingressum fuisse. Intelligit autem Barthius *inesin inquam mox*, quam librarii non adverterint, adeoque veram scripturam corruerint. Paulo post apud Aldum occurrit *tendit pro suasit*, aut *fecit*. Verum Barthii correctio necessaria non est: sentiebat enim diabolus, Christum, ab eo assumptum, pedem in urbem intulisse. Neque vero Christus ductus, aut assumptus est quasi coactus, sed libens, ut multi interpretes sentiunt, quibus facile assentior: et fortasse hanc interpretationem innuere voluit Juvenecus. Iterum v. 434 redit idem verbum *sensit*, eademque controversia.

NOTÆ.

et nunc conservet omnia, ut per eum genus humanum benedixerit: *Sententiam*, addit, *hujus versiculi elegantissime expressit paraphrastes, poeticus quidem, sed quem ego pro optimo explanatore multis mihi locis satisfecisse memini, Juvenecus Aquilius*. Hæc ergo Juveneci verba, *Placet hæc mihi gloria prolis pro optima explicatione versiculi Matthæi non immerito habebat Barthius*.

400. CAPUT XV. *Post jejunium quadraginta dierum, et noctium Jesus tentatur a diabolo*. Matth. vi, 1 seqq.; Marc. i, 12 seqq.; Luc. iv, 1 seqq. Quod ait Juvenecus et *lustra ferarum*, ex Evangelio Marci petitum est: *Et tentabatur a Satana, eratque cum bestiis*, quod de dæmonibus minus bene alii exponunt. Montem *Quarantana* locum desertum esse, in quo Christus jejunavit, traditione veteri constat. De Christi tentationis historia legendus Salom. Deylingus Observat. sac. tom. II, cap. 27, et alii, quorum exstant Dissertationes in Thesaur. Theolog. I hylolog.

402. Barthius l. xxxiii Advers. cap. 19, observat, veteres omnia male grata aut contraria, *nigra et atra*, appellare consuevisse, præcipue poetas Christianos.

403. Livor huc illuc mentem dæmonis traherat, cum de Christi divinitate et redemptione humani generis suspicaretur. *Æger* hoc loco ponitur pro sollicito, invido, tristi: quæ significatio satis obvia est præsertim apud poetas, aliosque idoneos auctores, ut observat Reuschius.

405. *Quadraginta soles*, dies, phrasi a houis poetis usitata.

407. *Contexta*, continuata virtute divina, vel etiam a Deo Patre jussa, ac veluti parata. Illud prius magis placet, ut l. III, vers. 380: *Multaque robusti jejunia pectoris arcent*.

408. Prudentius de eodem jejunio Christi Cathem.

C hymn. 7, v. 189: *Firmans salubri scilicet jejunio—Vas appetendis imbecillum gaudis*. Glo-sa in Reg., *Terrarum ad regnum*, ad destruendum diaboli regnum, *tenebant*, confirmabant. Possis etiam interpretari ad obtinendum terrarum regnum, vel ad regnum gratiæ his in terris inchoandum. Fortasse etiam *mentis secreta* est nominativus, a quo regitur verbum *tenebant*, non contra *jejunia*: ac sensus erit, *Mens secreta tenebat*, seu observabat *jejunia cordis* continuata ad terrarum regnum: *Mentis secreta*, ut vers. 359, *Cordis secreta*.

410. *Sceleris fallacia* figurate pro sceleratis fallacia. Vide lection. variant. ad vers. 644, l. iv.

411. Notæ sunt hæc phrases *pro certo scire, pro certo habere, pro certo putare, pro certo credere, pro certo dicere, pro certo negare, pro certo polliceri*. Tamen nonnihil est diversum *pro certo genui*, ubi *pro certo* idem est ac *certo*; sed non multum dissimile est *pro certo polliceri*.

415. *Quoniam pro quia*. S. Ambrosius libr. iv in Luc.: *Respondit dicens: Scriptum est: Quoniam non in solo pane vivit homo*. Pro *vivit* nonnulli codices Italiæ Versionis in Luca, et plerique in Matthæo legunt *vivet*, ut legit Juvenecus. Græce etiam, *ζήσεται*. Augustinus pariter l. II de Cons. Evangelist., et Arnobius Annot. in Evangel., *vivet pro vivit. Tenebit vitam, custodiet, conservabit*. Martialis l. xiv, ep. 108: *Quæ non sollicitus teneat, servetque minister, — Sume saguntino pocula ficta luto*.

416. *Substantia panis*, ut hoc libr. vers. 631: *Vitalisque hodie sancti substantia panis*. Pro *cibo* usurpat etiam *substantiam* Prudentius hymn. 7 Cathem. v. 40: *Omni carentem cerneret substantia: ubi Iso apponit glossam *cibum, ciborum**. Confer cod. Theodos. tit. 3 leg. ult. de Cust. reor., et tit. 27 leg. 2 de Alim., et Ducaugium verbo *Substantia, alimentum*.

420 Mox inferre pedem sensit, vis livida Christum A

125 Culmine marmoreo suasit consistere ~~tem-~~
[pli.

Tunc sic aggreditur vocis fallente veneno :
Si deus est vere genitor tibi, culmine templi
Aera per vacuum saltu jaculabere corpus.

425 Testis erit scriptura tibi, quæ spondet aperte

Mandatum summi genitoris late ministris,
Ut lapsum studeant casu defendere corpus,
Et famulis manibus curent tua membra levare,
Ne lapidis lædat summas offensus plantas.

430 Reddidit his Christus dictis contraria dicta :

126 Me meminisse magis scripti cœlestis
[oportet,

Ne vires Domini fidens audacia tentet.

Rursus in abrupti montis consistere celsis
Mox furibunda jugis sensit fallacia Christum,

435 Ostendens illi fulgentia regna per orbem,
Cernis, ait, quæ sit tantarum gloria rerum?
Cuncta tuo possum jamjam concedere regno,

Talia donantem me si veneratus adores.
Tum sic instantem dictis rejecti Jesu :

440 Effuge, pestiferi rabies vesana veneni,
Hæreat ut semper nobis immobile jussum,
Ut justus cœli Dominum devotus adoret,
Unus et famulans veneretur numen in ævum.
Talibus excussus fugit per devia dæmon.

445 **127** Ille ubi Joannem cognovit carceris umbris

LECTIONES VARIANTES.

420. Ott. videtur ita distinguere *sensit vis livida* B *sensit eadem excitari potest conjectura*, quæ supra ex Barthio proposita est ad vers. 420. In Rom. legitur *scensit*. Hoc vero loco libentius legam *suasit*, aut *secti*, aut *tendit*, ut vers. 421. Badius verba Evangelistæ, *Iterum assumpsit eum diabolus* interpretatur, ut illa, *Assumpsit Jesus discipulos suos*, nempe non portandos, sed comites.

421. Ald., Daventr., Poelm. pro d. s., *marmoreo tendit*. Torn., Ott., *marmoreo fecit*, in Ott. supra *suasit*. Reg., Rom. *marmoreo suasit*. Fabr., Poelm. in textu cum Hlad., ut solet, *marmorei suasit*.

422. Ille versus, et sequens deerrant in Reg., sed a manu veteri additi sunt margini.

426. Torn., Ald., Poelmann. pro d. s., *id esse pro tale*. Rom. non inepte *tale*, *ministri* — *Ut lapsum studeant*. In Torn. *mandatum est mendum*.

427. Torn., *descendere corpus*, corrige *defendere*.

430. Ald., Torn., *his dictis Christus*. Alii, *his Christus dictis*.

431. Rom., *Te meminisse*. Alii, *Me meminisse*. In Reg. prius ponitur *Ne vires*, etc.; dein, *Me meminisse*. In Rom. deest versus *Ne vires*.

434. Ald., Poelm. d. s. *magis pro jugis*. De verbo

435. Reg., Ott., Ald., Torn., *illi*. Hladamar., Poelm., et alii, *olli*, quod perinde est.

437. Ald., Poelmann. pro d. s., Fabr., *tibi pro tuo*, et *regna pro regno*.

438. Sabatierius cum Aldo, *si me* : pro d. s. assignat *me si*, quod in reliquis invenitur.

441. Ott., *Hæreat, ut nobis semper* : postea factum *ut semper nobis*. Reg. male *Hæreat semper ut nobis*. In Ott., *donum* supra *jussum*.

442. Reg., *Dominum cœli*.

443. Reg., Rom., Ott., *numen* cum Aldo. In Ott. a. pr. m. fuit *nomen*, quod habent plerique editi.

NOTÆ.

420. Plerique putant Christum a diabolo fuisse asportatum vel in manibus, vel super humeros, vel ita ut diabolus impulsus in corpore Christi impreserit, quo delatus fuerit in pinnaculum templi. Maldonatus cum Origene, Euthymio, et Anselmo censet, Christum ita a diabolo ductum, ut suis ipse pedibus iter egerit. *Vis livida*, ut vers. 402, *Rabidi mox livor dæmonis*. Hæc loquendi ratio sæpe adhibetur a poetis, ut *vis equi* pro equo, *vis animi* pro animo, *vis flammæ* pro flamma, seu maximo igni, *vis canum* pro canibus. Confer Gifanium Ind. Lucr. verbo *vis*.

422. *Venenum* voci invidi et maledicti sæpe tribuitur. Ovidius de invidia libr. II Metam. v. 777 : *Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno*. Silius I. VII, v. 260 : *Fraudisque veneno — Aggreditur mentes*. Prudentius Dittoch. v. 1 : *Eva columba fuit tum candida, nigra deinde — Facta pro anguinum matesuada fraude venenum*. Sic alii passim.

424. *Jaculari*, vi emittere. Libr. III, vers. 406 : *Præcipitemque maris sese jaculetur in undas*. Florus libr. I, cap. 14 : *In confertissima se hostium tela jaculetur*. Plinius libr. II, cap. 25 : *In quas partes sese jaculetur*. Barthius libr. XXXIII Advers. cap. 19 observat, ex Democriti philosophia poetas Latinos dicere *Aera vacuum*, quos chorus poetarum Christianorum secutus est.

427. Propria significatio verbi *defendo* est *prohibere, arcere, propulsare*, quod exemplis confirmare supervacaneum est.

428. Adjective *famulus*, ut apud Ovidium non semel, et Prudentium vers. 80 Hamartig.

429. *Offensus lapidis*, incurtus in lapidem, vel noxa ex hoc incurtu. Utramque enim significationem

C habet verbum *offensio* : sed huic loco magis congruit prima.

430. Supra v. 245 : *Dicta in contraria*.

434. *Furibunda fallacia*, figurate pro *dæmon furibundus et fallax*, ut v. 410, *Sceleris fallacia*, v. 420, *Vis livida*.

436. Imitatione Virgilio libr. IV Æn. vers. 272 : *Si te nulla movet tantarum gloria rerum*.

440. Etiam id figurate dictum, ut vers. 454, *furibunda fallacia*.

442. *Devotus*, deditus, addictus, voto consecratus: quo sensu ab optimi scriptoribus hæc vox usurpatur. Pro pio, religioso verbum est proprium Christianorum, Arnobii, Lactantii, Prudentii, Hieronymi et aequalium, ac multo magis posteriorum.

444. *Excussus*, vi ac veluti quatiendo ejectus, dejectus. Hilarius, in Matth. IV. *Post hanc ergo diaboli fugam, Angeli Christo ministrant*. In Evangelio solum legitur, *Reliquit eum diabolus, aut dimisit eum, aut discessit ab eo, aut recessit ab eo*. Prudentius eandem fugam dæmonis sic expressit hymn. 7 Caetheri. vers. 195 : *Sed, incepta fraude, post tergum ru't*. Prudentium verum lapsam diaboli in Iergum affirmasse, putabat Mazochius, ut in Comment. ad eum locum explicui. Confer Centonem Probae.

445. CAPUT XVI. *Jesus, Joanne capto, secedit in Galilæam*. Matth. IV, 12 seqq.; Marc. I, 14; Luc. IV, 14. Lamyus in Harmon. Evang. contra omnium interpretum sententiam, ut proficitur, astruit, carcerem, de quo hic fit sermo, non fuisse Herodianum. Putat enim, bis in carcerem Joannem traditum fuisse, primum a proceribus, synedrui Hierosolymitani, deinde, interposito aliquo tempore, ab Herode

- Immergum, tristi compressit corda dolore, A
 Finibus et statuit Zabulonum ponere sedes,
 Ut dictum Isaiæ concurreret ordine seclī:
 Terra Zabulonum, et regionis Nephthala nomen,
 450 Et via trans pelagus longe, Galilæique arva,
 128 Trans et Jordanem gentes, populique
 [tenebris
 Inclusi, magnum lumen, subitumque videbunt:
 In mortisque illis umbra residentibus alma
 Exoritur fidei resplendens luce voluntas.
 455 Ergo instare Dei regnantis munera Christus
 Nuntiat, increpitans præconia larga salutis.

LECTIONES VARIANTES.

446. Hadam., Poelman., Ald., Fabric., *Submersum*. Torn., Reg., *Demersum*. Ott., Rom., *Immersum*. Poelma., in textu, Hadam., Fabr., Reg., Ott. a sec. m., *tristi compressit corda dolore*. Ald., Torn., Ott. a pr. m., Rom. *corde dolorem*: quasi dolorem signis et verbis non manifestaverit, quam poetæ mentem non esse. Renschius censet. Cæteroguin *comprimere corda dolore pro concipere, accipere, phrasis parum usitata est.*
 449. Hadam., Renschius, Poelman, in textu, Fabr.: *Terra Zabulon, et regio cui Nephthala nomen.* Ita Ald., Davespr., et Torn., sed *Zabulonum* pro *Zabulon*, et Torn., mendose, *Nephthalia*. Rom. et Vatt. Reg., et Ott., ita habent: *Terra Zabulonum, et regionis Nephthala nomen.* In qualibet ex his Scripturis diverso intervallo quantitatis effertur *Zabulon* in hoc versu, et in versu 447, quod in aliis nouimus propriis lexisse Iuuenicum liquet. Cæterum cum in sacris litteris proferatur *Zabulon* indeclinabile, et secunda ejus nominis Græcæ per diphthongum scribitur, possent ita his versus restitui: *Finibus et statuit Zabulon ponere sedes. Terra Zabulon, regio cui Nephthala nomen.* Notandum etiam, q̄ in terra produci obz dictionis sequentis, quæ vim duplicis consonantis obtinet.
 450. Barthij codex, Rom., Reg., Ott., Basil., Ald., *Galilæaque arva*, ex quo Barthius recte conjicit *Galilæaque arva*. Editu plerique *Galilæaque rura*. Torn., mendose, *Galilæaque rura*. Nonnulli scribunt *Galilæaque*.
 451. Reg. distinguit: *Jordanem. Gentes.* Alij: *Jordanem gentes.*
 453. Rom., *In morteque illius umbræ*, quod mendosum est.
 454. Reg., et, a pr. m., Ott., *splendens*: sed re-

NOTÆ.

- Ita ergo ordinem historiae collocat: Post Christi juvenum Joannes se præcursores Christi esse judicis asseruit, et testimonium de Jesu Christo Messia reddidit: quo testimonio audito, Petrus, et D
 Andreas, Joannis discipuli, secuti sunt Salvatorem. Cum autem paulo post, aut die sequenti post testimonium Joannis de eo audivisset, Joannem in carcerem conjectum fuisse (scilicet a proceribus synedrui Hierosolymitani,) in Galileam secessit. Juvenicus, ut vides, aliter historiam contexit; quem nos libentibus animis sequimur, ne a communi omnium interpretum sententia recedamus.
 448. *Concurrere eodem sensu* libr. II, v. 346: *Ille ubi cognovit certum concurrere tempus*; et ibidem v. 328: *Ordine seclorum junctis concurrere robis.*
 452. *Inclusi, immersi*. Simili modo hoc libr., v. 165: *Mortisque tenebras — Abrumpent omnes.*
 456. *Increpitans, prædicans, intonans.* Vide notata ad v. 584.
 457. CAPUT XVIII. *Patrum et Andream, Joannem et Jacobum piscatores convocat.* Matth. IV, 18 seqq.; Marc. I, 16 seqq.
- Præteriensque videt ponti per littora fratres,
 Præsolidumque Simon, dignum cognomine Petri,
 Andreamque simul, sinuosa volumina lini,
 460 Piscibus insidias disponere marmoris undis.
 Nunc, inquit, pisces capitis maris æstibus altis:
 129 Sed ne si libeat sectari, fortia vobis
 Provenient hominum præpulchra indagine lucra.
 Illi confestim firmato pectore certī,
 465 Retibus abjectis, pariter præcepta sequuntur.
 Post fratres Jacobum, Joannemque marinis
 Insidias gregibus maculoso innectere textu
- B pugnat metrum.
 455. Ott., a pr. m., *munere*; a sec. m., *munera*, cum multis. Rom., Bas., Ald., *munia*.
 457. Rom., *vidit*: retinendum videt. Sabatierius edidit *geminos*, et, pro d. s.; *ponti*, quod alij editi et mss. exhibent.
 458. Rom. *Præsolidum*: lege *Præsolidum*. Aldus edidit: *Præsolidum Simonem dignum cognomine Petri*; correxit in Erratis *Præsolidumque Simonem dignum cognomine Petri*; sed fortasse voluit corrigere *Præsolidumque Simonem dignum nomine Petri*, correpto si, ut ab aliis fieri solet, vel *Præsolidumque Simon*, indeclinabili modo. Juvenicus alibi in *Simonis* primam semper corripit, secundam producit. Vide not. ad Dracont. l. III, v. 230, ubi de quantitate primæ et secundæ in hac voce disserui. Legi posset *Præsolidum Simonem, dignum nomine*.
 461. Reg., *altos*, et glossa, *profundos*.
 463. Rom. *perpulchra*: plerique *præpulchra*, quod ex usu Juvenici ait Gallandus esse pro *perpulchra*, ut v. 458, *præsolidum* pro *præsolidum*.
 466. Ald., Rom. Bas., Torn., *Post fratres geminos Jacobum, Joannemque marinis*. Ita etiam Ott., a sec. m., nisi fratres appositum sit pro diversa scriptura, vel glossa. Plerique: *Post fratres Jacobum, Joannemque marinis*: Poelm., pro diversa lectione, Renschius: *Post geminos Jacobum*, etc. In hac scriptura Badius ait, *Jacobum* quatuor syllabarum vocem esse, quarum tertia longa. Sic et Claudianus (vel alius potius) *Ne lacres versus, dux Jacobo, meos*. Potest tamen esse trisyllabum tam *Jacobum*, quam *Joannem*, productis duabus primis in *Jacobum*. Mirum quantum poetæ christiani variant in quantitate syllabarum hujus vocis.
 458. *Præsolidum*: alludit ad nomen Petri, et ad verba Christi: *Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*.
 459. *Sinuosa volumina*: de serpente dixit Virgilius, l. XI, v. 755: *Saucius at serpens sinuosa volumina versat*. Pro linea piscatoria, ex qua pendet hamus, linum simpliciter ponitur aliquando, ut apud Ovidium, libr. XIII Metam. v. 925: *Nunc in mole sedens moderabar arundine linum*, et paulo post, *Cerpente consedi, dum lina madentia sicco*. Adde Juvenalem, *Sedatium*, *Fortunatum*, *Sulpicium Serverum*.
 460. *Marmor* pro mari a poetis sæpe adhibetur, ut notavi ad Dracont. v. 578, libr. I.
 465. *Indugo* est vox venatorum propria: ita enim vocant inclusionem ferarum in aliquem locum, ex quo feræ evadere non possunt; quæ inclusio diversis modis fieri solet. Virgilius, lib. IV Æn. v. 424: *Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt*. Hic sonat inquisitionem. Notandum quoque *fortia lucra*.
 467. *Gregibus marinis*, piscibus, quos Proteus gregatim agere dicitur. *Maculæ* sunt foramina retis.

Ut vidit, similemque dedit de littore vocem, A
 Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt
 470 Illico, sectantes pulcherrima jussa salutis.
 Exin per terram Galilææ sancta serebat
 Insinuans populis regni præconia Christus,
 Donabatque citam fessis, ægrisque medelam,
 130 Et mox crebra procul Syriam jam fama te-
 [nebat,
 475 Mille sonans linguis præsentia munera Christi.
 Denique certatim languoris tabe peresos,
 Diversisque malis nexos, quis longa dolorum
 Absumpsit populans membrorum robora tabes,
 Monstrabant Christo : facili sed munere cunctos
 480 Reddebat propere miranda ad gaudia sanos.

LECTIONES VARIANTES.

469. In nonnullis editis male scriptum est *Zebedæum*.

471. Reg., Ott., *per terram Galileam*. Rom. cum editis *Galilææ*, vel *Galilææ*. Poelm., pro diversa lectione, *sancta serebat* : quæ lectio incommoda non est, sed melior est *serebat*.

473. Reg., Torn., *citam fessis, ægrisque* ; et glossa Reg., *invalidis supra fessis*. Plerique *citam invalidis, ægrisque*.

Jamque animæ ipsius morbi, sævique furores,
 Et lunæ cursum comitata insania mentis
 Discessere gravi sermonis pondere jussa.
 131 Illum stipantes miracula magna moventem
 485 Mixtæ sectantur turbæ, Solymique, Syrique,
 Et Judæa frequens populis, Galilæaque plebes,
 Quos et Jordanis dirimit stagnante fluento.
 Hos populos cernens, præcelsa in rupe sedit,
 Ac sic discipulis gremium cingentibus inftit :
 490 Felices humiles, pauper quos spiritus ambit :
 Illos nam cœli regnum sublime receptat.
 His similes inites, quos mansuetudo coronat,
 Quorum debetur juri pulcherrima tellus.
 Hos modo lugentes solatia digna sequentur.

476. Ald. Bas., *languores*. Mss. et plerique editi, *languoris*.

477. Reg., Torn., *dolorum*. Ott., *doloris*. Rom. cum plerisque editis, *dolore*.

479. Rom., *Monstrabant : Christus facili sed murmure cunctos*, et correctum id per *Christus facile sub munere cunctos*. Reliqui omnes, quos vidi, *Monstrabant Christo : facili sed munere cunctos*.

480. Rom., *sanctos* : corrige, *sanos*,
 494. Reg., *Hoc modo lugentes solatio digna sequen-*

NOTÆ.

Hispanice *mallas*, ut explicui ad Prudent. hymn. 3 Cathem., v. 42. Hinc *maculosus textus* pro maculis, seu reti : quo tamen sensu non invenio, quisnam alius *maculosus* dixerit.

469. Eodem intervallo syllabarum iterum occurrit *Zebedæus*, libr. iii, v. 346 : *Petrum Zebedeique duos per devia natos*, quod non damno.

471. CAPUT XVIII. *Jesus Galilæam circueiens, penitentiam prædicat, et varios languores hominum curat*. Matth. iv, 23, seq. ; Marc. iii, 7 ; Luc. vi, 17.

474. Servius, ad v. 10 *Æneid.*, lib. vi, putat, *procul* duplicem significationem habere et *juxta*, et *longe*, quasi *porro ab oculis*, aut *præ oculis*. Alii rectius existimant, *procul* et *parvam*, et magnam distantiam significare. Hoc loco a Juvenco *procul* sumitur pro *longe lateque* : nam verba Matthæi sunt : *Et abiit opinio ejus in totam Syriam*. Reuschius alio sensu explicat : fama per Syriam prope adjacentem, vel circumjacentem dispersa erat ; quod minus placet.

475. Famæ mille linguæ, hoc est, multæ tribuuntur. Virgilius, lib. iv *Æneid.* v. 484, de fama : *Monstrum horrendum ingens : cui quot sunt corpore plumæ, — Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu), — Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures*. Ovidius, l. xii *Metam.* 47, de fama : *Tota fremit, vocesque refert, iteratque, quod audit. Centum, et mille poetæ adhibere solent pro plurimis, ut oratores, et historici sexcenta*.

478. *Membrorum robora*, membra, vim membrorum. Sic Lucretius pro saxo, aut duritia saxi, dixit l. i, v. 88 : *robur saxi*. Virgilius, pro ferro, l. vii, v. 609, *robora ferri*. Vide Gifanium, Ind. Lucret., verb. *robur saxi*, et *vis morbi*.

481. *Morbi animi* a Latinis cupiditates, perturbationes animi, et vitia interdum dicuntur, quamvis Cicero, iii *Tuscul.* c. 4, hanc translationem minus probet. Ipse certe sæpe ea utitur. Juvencus morbos animæ vocat eos, qui mentem e suo statu naturali dejiciunt, ut insaniam, furores, vel vitia mentis ex diuturna dæmonis præsentia contracta.

482. Lunaticus morbus describitur. Nonnulli de epilepticis exponunt. Isidorus, Orig. iv, 7 : *Hos (epilepticos) vulgus lunaticos vocat, quod pro lunæ cursu comitetur insania* : quod fortasse ex hoc Juvenci loco et tutum est. Præcedit enim in Isidoro : *Epilepsia vo-*

cabulum sumpsit, quod mentem apprehendens, pariter et corpus possideat.

483. Sæpe Juvencus hoc verbum adhibet, ut vim divini imperii ostendat. Confer Ovidium, *Met.* ii, 844 ; iii, 105 et 130. Contrarium est *injussus* de iis, qui sponte conveniunt.

486. *Plebes* in nominativo singulari ; de quo dicam ad v. 694 l. iv. in var. lect.

488. CAPUT XIX. *Qui beati futuri sint*. Math. v, 4 seqq. ; Lucæ vi, 20 seqq. Videtur innuere Juvencus, in monte sermonem hunc habitum. Magna quidem est interpretum hac in re dissensio, quorum diversæ opiniones legi possunt apud Nic. Albertum de Vita Christi p. 2, num. 101. Nonnulli putant, Christum sermonem habuisse ad discipulos supra montem, ut ait Matthæus, quem ad turbas in loco campestri, ut ait Lucas, repetiverit.

489. Ovidius libr. iv ex Ponto eleg. 9, v. 17 : *Dumque latus sancti cinget tibi turba senatus*. Sic *cingere sinum*, vel *gremium*, quamvis neminem alium ita loquentem invenierim. Badius exponit *gremium cingentibus*, hoc est, in circuitu sedentibus.

490. Multi auctores harmoniarum Evangelicarum hunc sermonem serius a Domino factum existimant. Lamyus fere cum Juvenco facit. Qui novam legem, inquit, prolaturus venerat, statim ac plures discipulos collegit, et miraculis suis obtinuit, ut crederetur, cur illam legem non protulisset, optima doctrina imbuens discipulos, et plebem, quæ eos sequebatur ? An autem in prima hac beatitudine pauperes spiritu omnes illi intelligantur, qui tumore animi carent, an illi, qui vere penuria laborant, sed tamen sorte sua sunt contenti, disputatum est inter interpretes. Juvencus priorem expositionem potius exprimit, uti etiam sentiunt Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Hilarius, Basilius, Gregorius, aliique plures patres. Confer Heinsium in Exercit. sacr. ad hunc Matth. locum cap. iv, pag. 23.

491. *Receptat*, fortasse ex imitatione Lucretii libr. ii v. 998 : *Quod missum est ex ætheris oris — Id rursum cœli rellatum templa receptant*.

492. Observandum, Juvencum non textum Græcum sequi, in quo hæc beatitudo sequenti postponitur, sed Italiam versionem veterem, in qua idem ordo ac in Vulgata, servatur.

495 **132** Pabula justitiæ qui nunc, potusque re- A
 [quirunt,
 Illos plena manet saturandos copia mensæ.
 Felix, qui miseri doluit de pectore sortem :
 Illum nam Domini miseratio larga manebit.
 Felices, puro qui cælum corde tuentur :
 500 Visibilis Deus iis per sæcula cuncta patebit.
 Pacificos Deus in numerum sibi prolis adoptat.
 Felices nimium, quos insectatio frendens
 Propter justitiam premit : iis mox regia cæli
 Pandetur. Gaudete, operum quos justa tenentes
 505 Urgebit præceps stimulis injuria sævis.
133 Plurima nam merces vobis servatur in
 [æthra;

Namque prophetarum fuit insectatio talis.
 Discite, vos hac in terra salis esse sorem.
 Hic sapor amissa si jam virtute senescit,
 510 Quæ salis absumptos acuet substantia gustus ?
 Nec quisquam vani post hæc superest salis usus,
 Ni longe abjectum cuncta ut vestigia calcent.
 Vos estis mundi clarum (ne abscondite) lu-
 [men.
 Nam quis præcelis impostam rupibus urbem
 515 Occultare queat? Vestrum sed lumen ad omnes
134 Perveniat, rerumque decus sub luce serena
 Ponatur. Cunctis genitoris gloria vestri
 Laudetur, celsi thronus est cui regia cæli.
 Non ego nunc prisca leges dissolvere veni,

LECTIONES VARIANTES.

sur. Ita etiam Rom., sed magis videtur solatia, quam
 solatio. Glossa in Reg. est *Hoc modo — tali modo*,
 et solatio — consolatio. Fortasse legendum *Hoc modo*
lugentes solatio digna sequetur. Reliqui omnes, quos
 vidi, habent *Hic modo lugentes solatia digna sequentur*.
 499. Reg., Rom., Ott., *puro qui cælum*. Editi,
puro cælum qui.
 500. Reg., Ott., Rom., *patebit*. Editi, *manebit*,
 quod præcessit, et minus placet.
 501. Ald., *Pacificum*.
 503. Ald., Bas., *premet*; alii, *premit*.
 508. Reg. a pr. m., *Dicite vos*.

B 509. Reg., *senescet*.
 511. Reg. pro div. script., *Nequicquam vani*. Reusch-
 chius censet, Parisinæ lectionem, *Nec cuiquam non*
incommodam esse, et fortasse reliquis præstare. Pro
vani nonnulli legunt fatui, teste Reuschio, qui ait,
codices tueri vani. Sabatierius *fatui*, pro d. s. *vani*.
 512. Sabatierius, *abjecti*, pro d. s. *abjectum*, quod
 reliqui præferunt.
 514. Westhem. in textu *Nam qui*, ad marg. *Nam*
quis.
 516. Ald., *Proveniat*; alii, *Perveniat*. Torn., *re-*
rumque decus. Rom., *rerum decus*, mendose.
 518. Rom., *throni est*: lege *thronus est*.

NOTÆ.

495. *Pabula* et *potus*, metaphora, intensam cupi-
 ditatem notans. Horatius l. i, ep. 18, v. 23: *Quem*
tenet argenti siliis importuna, famesque.

497. *De pectore*: interdum de superfluo est, ut
 notavi in Comment. ad Prudent. Psychom. v. 3,
 interdum ponitur pro *ex*, ut apud Propertium, no-
 tante Kœnigio.

499. Italia vetus, et Vulgata; *Beati mundo corde*.
 S. Cyprianus epist. 46 dicit, *Beatos esse puros corde*:
 et S. Augustinus serm. 12 tom. V, *Beati, qui puro*
sunt corde. *Tueri* sæpe significat *avide* et cum summa
 attentione conspicerere.

501. Hic versus exemplum est scansionis mixtæ
 apud Bedam De metr. cap. de scansionib. Vide supra
 not. ad v. 25.

502. *Insectatio* iterum v. 507. D. Brutus in epist.
 famil. Cicero. libr. xi, epist. 4, *Tanta est hominum*
insolentia, et nostri insectatio. Ita alii optimi scripto-
 res locuti sunt.

504. *Operum justa pro opera justa*: quæ loquendi
 ratio familiaris est Juvenco. Schœttgenius *hendia-*
dyn vocare voluit.

505. Lucanus libr. i, v. 262: *Dubiæque in prælia*
menti — Urgentes addunt stimulos. Juvencus *stimulos*
 sumit pro molestia, vexatione, insectatione: sic *stim-*
ulos doloris Cicero, alique dicunt. Exprimit Ju-
 vencus v. 41 Matth. v: *Beati estis, cum maledixerint*
robis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne
malum adversus vos mentientes propter me. De
 quibus omnibus siluisse Juvencum immerito pronun-
 tiat Sabatierius, qui ad versiculum 12 ejusdem
 cap. 5 refert hæc verba: *Gaudete, operum quos justa*
tenentes — Urgebit præceps stimulis injuria sævis, si-
 mul cum duobus versibus sequentibus. Sequitur Ju-
 vencus versionem veterem, qualem exhibet codex
 ms. Colbert., *Dicent omne malum adversus vos, pro-*
pter justitiam: cui concinunt codex Sangerm. 1, Can-
 tabrig., Hilarius, Ambrosius, Ambrosiaster, Sym-
 machus pontifex et alii a Sabatierio relati.

506. Utiitur verbo Evangelistæ: *Gaudete, et exultate,*
quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Bonis

justorum operibus per gratiam Dei factis gloria, seu
 vita æterna conceditur tamquam merces. Definitum
 aperte id est in concilio Tridentino sess. 6. can. 35:
Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse
dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati me-
rita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ob co-
per Dei gratiam, et per Jesu Christi meritum, cujus
vivum membrum est, fieri, non vere mereri augmentum
gratiæ, vitam æternam, et ipsius vitæ æternæ (si tamen
in gratia deresserit) consecutionem, atque etiam gloriæ
augmentum, anathema sit. Meritum hujusmodi vitæ
 æternæ condignum esse, quamvis conceptis verbis
 definitum non sit, tamen ex sacris litteris, conciliis,
 ac Patribus evidentissime colligitur. Quod satis fuerit
 contra Kœnigii notam hoc loco indicasse.

508. CAPUT XX. *Apostolos sal terræ vocat*.
 Matth. v, 13; Marc. ix, 49; Luc. xiv, 34. Quod
 ait Juvencus *hac in terra*, intelligo in hoc mun-
 do. Evangelista sic habet: *Vos estis sal terræ*, ut
 paulo post: *Vos estis lux mundi*. Ponitur autem *salis*
sapor, ut infra *salis substantia*, pro *sale*. In hanc
 rem exstat dissertatio Valerii Græssengii inscripta:
Sal infatuatum. Schœttgenius, cum Lomeicro ex-
 ponit *hac in terra*, h. e., in Judæa, non in universa
 terra.

510. *Salis substantia* eo modo dictum, quo v. 416,
 h. l. *substantia panis*.

511. Versio Italæ, et Vulgata, *Quod si sal evanue-*
rit: verum Italæ in nonnullis mss., et multi Patres:
Quod si sal infatuatum fuerit.

512. *Vestigia*, metonymice pro ima pedis parte,
 et pro ipsi pedibus.

513. CAPUT XXI. *Idem apostoli lumina mundi*
dicuntur. Matth. v, 14; Marc. iv, 21; Lucæ viii, 16,
 et xi, 33.

517. *Cunctis pro a cunctis*: datus pro ablativo
 in his verbis passivis sæpe a Juvenco adhibetur.

518. *Thronus*: dixi de hac voce ad Prudentium
 v. 102 Apoth.

519. CAPUT XXII. *Quod non venerit solvere legem,*
sed adimplere. Matth. v, 17 seqq.

- 520 Vertere nec, veteres ponunt quæ Jussa prophetae. A
Omnia nam vobis per me complenda manebunt.
Vera loquor, donec cæli, terræque, marisque
Interitus veniat, legis ne littera saltem,
Aut apicis parvi gracilis distinctio deerit,
525 Omnia quin fiant digesta ex ordine sæcli.
Siquis enim minimam mandati solvere partem
Ausus erit, pariterque homines suadendo docebit,
135 Hic minimi nomen cælesti in sede tenebit.
At quicumque operis proprii moderamina ser-
[vans,
- 530 Inviolata simul tradet præcepta priorum,
Magnus erit, magnique feret trans sidera nomen.
Audistis veteris jussum moderamine legis:
Humano si quis macularit sanguine palmas,
Ille reus ferro persolvat vindicæ pœnas.
535 Ast ego præcipiam, ne quis consurgere in iras
Audeat, atque odio fratris fervente moveri.
136 Nam reus hic æquo pœnas sub iudice
[reddet.
Nec minor illorum convicia flamma sequetur,
Qui fatui, miserive cient sub nomine fratrem.

LECTIONES VARIANTES.

522. Rom., *Verba loquor minus bene.*
523. Reg., et a pr. m. Ott., *legum nec. Rom., ulla nec. Plerique, legis ne.*
525. Rom., *Omnia quando fiant: corrige quin fiant.*
Rom., et Ald., *digesto, ut hoc libro v. 39.*
527. Reg., *audendo, Ottob., suadendo cum plerisque, sed supra audendo, quod præfert Renschius cum tribus codicibus: qui exponit audendo, hoc est, malo exemplo. Evangelista potius distinguit opus pravum, et pravam doctrinam.*
529. Ott. a sec. m., *moderamine.*

530. Torn., et Bas., *piorum: cæteri melius, priorum.*
535. Bas., *palmas: retine palmas.*
535. Sabatierius edidit *præcipiam*, et pro d. s., *præcipiam*, quod in alijs extat. Existimo, Sabatierium has mutationes ex ingenio interdum invehere. *Præcipiam* magis poeticum est, nec mutandum.
537. Reg. et, ut videtur, Ol., *æque pœnas.*
Rom., *pendet*, quod edidit etiam Fabricius.
539. Ott. a pr. m. *miserique, a sec. m. miserive.*
Ordo videtur exposcere *Qui miseri, fatuive.*

NOTÆ.

521. Omnia per me complenda vobis manebunt, ut vos ita etiam ea impleatis. Deus enim per gratiam suam supernaturalem facit nos legem implere.

523. Notanda significatio particulae *saltem*, quæ hoc loco significat *solum, tantum, tantummodo*. Cellarius in Cur. poster. append. miscell. de hac significatione contra Borrichium disputat. Borrichius Virgilium, et Ovidium ita locutos existimat: Cellarius vix argenteo sæculo ita dici cœptum concedit. Inferiorem latinitatem ab hoc minus abhoruisse, exemplo Hieronymi, et Apuleii confirmat. Forellinus omnia loca, quæ pro hac significatione afferantur, aliter posse explicari contendit. Equidem non video, quem alium sensum apud Juvencum hoc loco habeat particula *saltem*.

524. *Gracilis distinctio apicis parvi*, quia apex erat gracilis virgula appicta supra vocalem, ut brevis a longa distingueretur, ut docet Scaurus in fine suæ Orthographiæ. Quintilianus lib. 1, cap. 7, al. 13: *MALUS utrum arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur*. Nonnulli puncta Hebræorum innui existimant: quæ opinio omnino rejicienda est.

528. *Minimi nomen tenebit*, vocabitur minimus, quod idem sonat, ac *erit minimus*, ut explicui ad v. 107. *Minimus* vero est novissimus, prope nullus, vel potius nullus. Hilarius Comment. in Matth: *Fatuus minimus, id est, novissimus, ac pene nullos denuntians minima solvens*. Kœnigius Hebraismum esse ait *minimus pro nullus*, sive nullum locum habens.

529. *Moderamina*: frequens usus hujus vocis apud Juvencum, neque obviæ significationis. Paulo post v. 532: *Moderamine legis*. Hoc loco *Operis proprii moderamina servans* idem est, ac *qui fecerit mandata*.

530. *Priorum*, majorum: quæ significatio proba, et cognita est ex Virgilio, Tacito, Plinio Juniore.

531. *Trans sidera*, in regno cœlorum, ait Evangelista.

532. CAPUT XXIII. De homicidio. Matth. v, 21 seqq.

535. *Ego ex Evangelio sumptum, quod emphasin habet. Donatus ad Terent. Eunuch. v, 9: Quod Ego addidit, eo dicto usus est, quo uti solent, qui plus in negotio vident. Consurgere in iras*, ut l. iv, v. 564: *Consurgat in iras — Relligio*.

536. Italæ vetus in multis mss.: *Ego autem dico vo-*

bis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, Reus erit iudicio. In Vulgata, et in probatissimis codicibus textus Græci deest *sine causa*: quam lectionem probare videtur Augustinus libr. 1 Retract. cap. 10, et aperte defendit Hieronymus Comment. in Matth. *In quibusdam codicibus additur SINE CAUSA: ceterum in veris definita sententia est, et ira penitus tollitur, dicente Scriptura: Qui irascitur fratri suo, reus erit, etc. Radendum est ergo sine causa*. Hanc scripturam confirmant hi versus Juvenci, antiquitate sua venerabiles. Nonnulli ita explicant hæc verba Evangelii, ut qui irascitur fratri suo, sit dignus, ut in iudicio ejus exploretur causa. Maldonatus interpretationem Juvenci et Euthymii præfert, reum esse pœna capitalis, quæ contra homicidas in iudicio decernebatur. Significat Christus, eum qui in Evangelio sola occidit voluntate, non minore dignum esse pœna, quam qui re ipsa occidebat in Lege.

537. *Pœnas reddet*, dabit. Sallustius de Bello Jugurth. c. 17: *Impietatis in parentem nostrum graves pœnas reddat*. Evangelistæ verba sunt: *Reus erit iudicio*, quod interpretes referunt ad quoddam tribunal, ab Hebræis *Mispat*, id est, *iudicium nuncupatum*. Ita etiam alia verba *Reus erit concilio* exponunt de graviore alio tribunali, quod Synedrion dicebatur. Significat ergo Evangelista, æterna pœna puniendum, qui gravi odio fratri suo iratus fuerit; sed graviores pœnam his esse infligendam, qui in verba contumeliæ eruantur. Eandem sententiam exprimit Juvencus, sed de tribunali *iudicii et concilii*, seu Sinedrim distincte nihil exprimit. Etenim verba *æquo sub iudice de Deo* potius accipio.

538. *Nec minor*, hoc est, major; hanc enim vim, ut puto, habent hæc verba.

539. Glossa in mss. Reg., *cient — vocant*. Ovidius libr. iv Fast., v. 484: *Clamat, et alterius nomen utrumque ciet*. Suetonius in Nerone cap. 46: *Exaudita vox est, nomine eum cientis*. Redundat sub in Juvenco sub nomine, ut sæpe apud Dracontium, in cuius indice verborum plura loco notata sunt verbo sub. Confer etiam Comment. ad Prudent. l. ii contra Symmach. v. 103. Hoc versa Juvencus duplex convicium comprehendit, ab Evangelista sic expostum: *Qui autem dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, Hæus, reus erit gehennæ ignis*. Juvencus prius fatuum profert, tam *Raca*, quod interpretatur *miserum*, videlicet calamitosum,

540 *Sin offerre voles, venerans alturia donis,*
Et tua tunc tacitæ mentis penetrantia tanget,
Quod tibi sit cum fratre domi suscepta stultas,
137 *Munera cuncta illic adytis admota relin-*
 [que:
Et prius ad pacem properans transcurro peten-
 [dam.

545 *Fraterno domum jam conciliatus amori,*
Offer grata deo tranquillo pectore dona.
Est tibi præterea virtus contraria semper
Corporis : hoc casti celeri curetur amore,

A *Dum rapidæ tecum graditur per compita vitæ.*
 550 **138** *Accusabit enim polluti corporis usus,*
Et te sublimi statu et sub iudice victum.
Damnatum rapient ad vincula sæva ministri,
Nec prius e tenebris solveris carceris atri,
Ultima quam minimi reddatur portio nummi.
 555 *Haud ignota, reor, vobis stat cautio legis,*
Corpus adulterio prohibens : sed nunc mea iussa
Osculta internæ frenent molimina mentis :
Nec minus optati, quam facti pœna luenda.
Si te forte oculi dextri laqueaverit error,

LECTIONES VARIANTES.

540. Reg., et, ut videtur, Ott. a pr. m., *volens*.
 Leg. *voles*. Reg., *munus*, et pro div. script., *donis*.
 541. Ald., Bas., *tangent* : Rom., *tangunt*. In Reg.
 et Ott., *tangunt correctum per tanget*.
 542. Rom. In textu *fratre* cum aliis omnibus : ad
 marg., *fraude*.
 543. Ald., *cuncta adytis illic admota*, cum Torn.,
 et Bas. In aliis editis *cuncta adytis illis admota*. Mss.
 Reg., Ottob., Rom., *cuncta illic adytis admota*.
 547. Ald., Rom., Poelm., pro div. s., Daventr.,
semper contraria virtus : plerique virtus contraria
semper.
 548. Rom., Reg., Ottobon., Ald., Daventr., Bas.,
Corporis : hoc casti. Poelm. cum aliis editis, *Corporis*
hæc casti, quam interpunctionem præfert Reuschius ;
 quia Juvencus connectit hanc textus sacri partem

cum sequentibus, ubi Christo sermo est de adulte-
 rio. Intelligit Reuschius per virtutem contrariam cog-
 itationem malam, cui remedium hoc paratur.

549. Reg., Ottob., Rom., *rapide* ; sed diphthongi
 in his eodd. modo omittuntur, modo abundant. Editi,
rapidæ. Rom., *Cum pro Dum*.

550. Ott. a pr. m., *Accusabat enim*.

553. Rom., Fabr., Ald., *solveris* : quæ est diversa
 lectio in Reg., Ott., Poelm., in quibus a pr. m. est
mitteris. Ex v. præc. colligi potest, *solveris* lectionem
 esse magis genuinam.

554. Rom. *Ultra quam minimi* : lege *Ultima quam*.

557. Ott. *interne feriant* : corrige *frenent*. Rom.
 etiam *interne pro internæ*.

558. Reg., et Ott. *luenda* : Rom. cum editis *luenda*
 est.

NOTÆ.

ærummosum. Alii *raca* seu *racha* exponunt hominem
 vacuum cerebro, vanum, homineionem : alii ex Græco
παῖος, *pauius*, hominem pauperem et pannosum :
 quo forsitan se respicit Juvencus. Evangelista tres gra-
 dus pectorum, et pœnarum ita distinguit, ut primus
 sit ira in verba non erumpens, iudicio puniendus, se-
 cundus verbum contumeliosum, quo frater *raca*, le-
 vis, incostans, aut infelix, miser homo dicitur, ter-
 tius verbum magis contumeliosum, quo frater fatuus appellatur,
 gehenna ignis puniendus. Et si autem idem sit pœ-
 nis genus, nempe mors æterna, gradus tamen pœ-
 nis ex diversa gravitate distinguuntur.

540. CAPUT XXIV. De oblatione. Matth. v. 23, 24.
Offerre pro consecrare Deo vox a Christianis sæpe
usurpata, et in re liturgica passim obvia. Prudentius
hymn. 5 Cathem. v. 155. Lumen, quod fam-
ulans offero. suscipe. In Juvenco subintelligi potest
donæ, seu munera, ut v. 546 : Offer grata Deo tran-
quillo pectore dona. Evangelista ait : *Si offers munus*
tuum ad altare, vel in Italia versione : Si offers mu-
nus tuum ad altare. Christus de veteribus Judæorum
sacrificiis loquitur : sed multo magis id intelligere
oportet de Eucharistia.

547. CAPUT XXV. Adversario, virtuti scilicet, et
 rationi, quæ vitis adversantur, consentiendum esse in
 via, hoc est, in vita. Matth. v. 25 seq. Glossa in co-
 dice Reg. *Virtus contraria—sermo divinus tibi, dum*
radis cum adversario tuo in via. Ita etiam verba
 Evangelistæ interpretatur S. Paulinus. Matthæus sic
 habet : *Esto consentiens adversario tuo cito, dum es*
in via cum eo : ne forte tradat te adversarius iudici,
et iudex tradat te ministro, et in carcerem mittaris.
 Pro isto consentiens nonnulli habent esto *benevolus*,
 aut *concorda cum adversario tuo*. Expositio commu-
 nis obvia est. Juvencus aliam sequi videtur, nimirum
 per vitæ corpore contrariam homini intelli-
 git carnis concupiscentiam, quæ ceteri amore casti,
 seu castitatis curanda est. Ratio ergo consentiendi
 huic adversario, seu concordandi cum illo, a Juvenco
 in eo collocatur, quod castitatis amor pravæ cogita-
 tiones expellat : sic enim corpus et anima quodam-

modo in concordiam rediguntur. *Virtus corporis* po-
 nitur pro *corpore*, ut v. 478, *Membrorum robora pro*
membra. Vide notam ad eum versum. Omneis ex-
 plicationem Juvenci hodie recipi negat. Maldonatus
 plures interpretationes profert, ac fatetur, opinio-
 nem hanc Juvenci, adversarium esse carnem, quæ
 concupiscit adversus spiritum, teneri etiam ab At-
 hanasio quest. 62, quam Hieronymus quoque in com-
 ment. ad hunc locum videtur approbare.

549. Glossa Reg. : *graditur—illa virtus contraria*.
 Scilicet corpus, seu virtus corporis, ut ego quidem
 interpretor. *Per compita vitæ* est expositio ejus, quod
 ait Matthæus *in via*. Hilarius Comment. in Matth. :
Cito in omni vitæ nostræ via reconciliari nos adversario
benignitate præcepit.

550. *Polluti corporis usus*, adversarius tuus tibi
 repugnans. Caro enim concupiscit adversus spiritum,
 nisi castitatis amore curetur : tunc enim inter se con-
 sentiunt caro, et spiritus. Inuit Juvencus libidinem,
 et fornicationem : connectit enim hanc særi textus
 partem cum sequentibus de adulterio.

554. Evangelii verba sunt : *Donec reddas novissi-*
imum quadrantem. Tertullianus, et Cyprianus habent
ultimum quadrantem. Pro *novissimum*, et *ultimum* non
 male est *minimum*. Vide notam ad vers. 528 : *Hic*
minimi nomen celesti in sede tenbit. Prudentius Ha-
 mart. v. 980 : *Cuncta excurtus ad usque—Quadrantem*
minimum. Fortunatus de extremo iudicio : *Co-*
gentur vixit quadrantem solvere nummi. Sic etiam
 auctor libri de Quadragesima mansion. : *Dico, tibi,*
Non exies inde, donec etiam minimum quadrantem
reddas.

555. CAPUT XXVI. Adulterium fugiendum. Matth.
 v. 27 seq. Vulgata : *Dictum est antiquis.* Plerique
 Græci omittunt *antiquis*.

556. Sic Juvencus reddit verba Matthæi : *Omnis,*
qui viderit mulierem ad concupiscendum enim, jam
mæchatus est eam in corde suo.

557. *Molimina* a poetis potissimum usurpatur pro
 molitione, conatu. Eo verbo sæpe utitur Juvencus.
 Libr. II, vers. 18 : *Genis sic sunt molimina ventris.*

559. CAPUT XXVII. *Eruendum esse oculum, et*

560 Auctorem miseræ properans convellito labis, A
139 Et jaculare procul. Nam membrum per-
 [dere refert
 Exiguum, flammis quam totum dedere corpus,
 Perpetuisque animam pariter convolvere pœnis.
 Et si dextra manus mentem per devia ducit,
 565 Erroris causam præstat decidere ferro,
 Quam totum æternis corpus concedere flammis.
 Præcipiunt veteres, siquis connubia rumpet,

Scribere discidium, juris feralia verba.
 Sola viri recte discedet adultera tectis,
 570 **140** Ast aliæ maneant: nam casti jura pudoris
 Auctore amittet mulier deserta marito.
 Antiquæ leges prohibent perjuria linguis.
 Sed nostris cedat jurandi audacia jussis;
 Nec fas est homini cælum jurare per altum,
 575 Quod sedes Domini est, nec quæ vestigia gestat
 Terra Dei, Solymæque Urbis venerabile nomen,

LECTIONES VARIANTES.

561. Reg., Ott., Rom., et Poelm. pro div. s.,
refert; editi plerique *præstat*.

562. Ald., *tradere corpus*.

565. In Ottob. factum est *præsta ex præstat*: sed
 hoc retinendum est. Poelm. pro d. s., *causam magis*
utile vellere ferro.

567. Poelm. pro div. s., *Permittunt veteres*. Reg.,
 Ott., Rom., Ald., *rumpet*. Alii, *rumpit*.

568. Reg., Ott., Dav., Rom., Ald., Bas., *dis-*
cidium: alii, *dissidium*. Omeisio rectius videtur *dis-*
cidium.

571. Ott., *amittit*: alii, *amittet*.

573. Sabatierius *perperam*, et contra regulam
 metri, *Sed nostris jurandi cedat audacia jussis*.

575. Torn. corrupte, *sede Domini*. Reg., Rom.,
 Bas., Ott., Ald., *Domini est*, nec. Alii editi, *Do-*
mini, nec sine est. Hadamar, *nec qui*, Poelmann. pro
 div. s., *nec quod*. Rom., *gestat*. ad marg., *gestet*.

576. Reg., *Terra*: *Solymæve*, supra *Dei*, ut sit
Terra Dei: sed vers. præc. glossa inepta *nostra ad*
vestigia, nam sunt vestigia Dei. In Ott. orbis corre-
 ctum per *urbis*.

NOTÆ.

amputandam esse manum, si erraverint. Matth. v, 29
 seq. Verbum *laqueo*, *laqueas* deest in Forcellino,
 deest in Ducangio: sed apposite formatum est ex
laqueus. Compositio *illaqueo* utuntur Horatius, et Pru-
 dentius, et *illaqueatus* Cicero, ut *laqueatus* Colu-
 mella, et Solinus. Hinc *laqueatores* in circo dicti,
 qui laqueis alios implicare didicerant. Alio sensu
laqueatus est laquearibus ornatus. Juvencus alibi
 dixit *Erroris laqueos* pro scandalis. Vide l. III, vers.
 42, cum nota.

561. *Jaculare*, projice. Vide notam ad v. 424 h.
 l. Notanda est constructio hæc, *Refert perdere mem-*
brum, quam pro magis refert, quam. Ita etiam Vul-
 gata, et Italica vetus: *Expedit enim tibi, ut pereat*
unum membrorum tuorum, quam corpus totum tuum
eat in gehennam. Boni etiam scriptores Latini ali-
 quando in comparationibus ejusmodi *magis* vel *potius*
 omittunt. Tacitus Annal. I, cap. 58: *Pacem, quam*
bellum probabam. Consule Forcellinum verbo *quam*,
 et *potius*. Prima in *refero* communis est: sic enim
 multi existimant de præpositione *re*. Impersonale
refert semper producitur.

565. *Perpetuis pœnis*: quia in Evangelio sit men-
 tio gehennæ, sive ignis perpetui. Sabatierius suspi-
 catur, Juvencum legisse *quam corpus totum tuum*,
 et *anima mittatur in gehennam*, quod nusquam repe-
 ritur. Verum Juvencus nihil aliud agit, nisi ut vul-
 gatam lectionem explicet.

567. CAPUT XXVIII. *Uxorem non nisi ob adulte-*
rium dimittendam. Matth. v, 31, XIX, 7 seqq.;
 Marc. x, 11, 12; Luc. XVI, 18.

568. Mathæus v, 31: *Quicumque dimiserit uxo-*
rem suam, det ei libellum repudii. Verba, quibus li-
 bellus repudii scribebatur, dicuntur *feralia*, hoc
 est, funesta, tristia, dira, et fortasse litibus obnoxia.
 Inter alia vir uxori libellum repudii tradebat, in quo
 scriptum erat: *Dedi illi libellum repudii in manu*,
schedam abscessionis, signaculum divisionis. Alioquin
 libellus repudii conferebatur mulieri jus ad alias nu-
 ptias. Confer not. ad l. III, vers. 475.

569. Mathæi hæc verba sunt: *Omnis, qui dimi-*
serit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit
eam mœcham: et qui dimissam duxerit, adulterat.
 Interpretes catholici id ita exponunt. Sola fornicationis,
 sive adulterii causa, aut quæ huic par, gra-
 viorve ea sit, idonea esse potest, ut uxor, quan-
 tum quidem ad torum et domum attinet, separe-

tur a viro; quod cum fit, matrimonii vinculum non
 dissolvitur, quod natura sua indissolubile est; et a
 Christo novis suis legibus indissolubile declaratur.
 Vir autem, qui sine causa fornicationis, aut alia
 pari, vel majori, uxorem a se dimittit, facit eam
 mœcham, quia sine ulla uxoris culpa eam li-
 bidini suæ permittit. Juvencus nonnihil obscurus
 est, sed ad hanc certe sententiam est revocandus.

571. Mulier sine causa idonea deserta, aut e viro
 C domo ejecta, si alteri nubat, aut mœchetur, amit-
 tet jura casti pudoris, hoc est, violabit pudorem,
 auctore marito. Videlicet culpæ marito dabitur, quod
 uxor ejus violet pudorem. Badius exponit: *Amittet*, etc.,
 non ducetur ab alio, quia qui dimissam duxerit, adulte-
 rat. Juvenc. l. III, vers. 476, iterum de hoc argumento:
Nam emere exsolvet casti qui jura cubilis, — *Alteraque il-*
liis thalamis sociabitur uxor, — *Crimen adulterii populo*
sub teste subit. Fortasse ergo sententia hujus loci est:
 Mulier per libellum repudii deserta, auctore marito,
 amittet jura casti pudoris, sive cubilis, aut conjugii.

572. CAPUT XXIX. *Non esse jurandum ullo modo*,
sed Est, et Non est, dicendum. Math. v, 35, seqq.

575. *Vestigia*, pedes, seu imam pedum partem.
 Vide not. ad vers. 512.

576. Judæi summopere vitabant jurare per
 Deum: sed facile, et temere jurabant per cælum,
 terram, Hierosolyman, caput proprium: quæ vera
 juramenta esse non credebant. Maimonides in trac-
 tatu *Shebuoth*, sive *De juramentis* cap. 12, num. 3
 et 4: *Si quis juraverit per cælum, et terram, et so-*
lem, et similia, tametsi cogitaverit tantum de eo, qui
ea creavit, juramentum nihilominus non est. Hæc est
 causa, cur Martialis l. XI, epigr. 95, *Verpum*, sive
 Judæum sic alloquitur: *Ecce negas, jurasque mihi*
per templa Tonantis. — *Non credo. Jura, Verpe, per*
Anchialum. Sic vocat juramentum per Deum, quod
 Hebræi ita formabant *An chi alon*, *Non: vivit Al-*
tissimus. Alii *Anchialum* Hebræice sonare aiunt *per*
Deum viventem, vel per eum, qui vivit in æternum.
 Isaac Vossius ad Pompon. Melam. l. I, c. 8, corrigat
Ancharium, h. e., asinum: quia Judæis imputaba-
 tur, quod asinum adorarent. Christus prohibet om-
 nia hæc juramenta, quæ vere esse juramenta de-
 clarat: prohibet, inquam, non solum ne falso, sed
 etiam ne temere, et sine causa emittantur. Juris-
 jurandi exemplum per terram apud Theocritum oc-
 currit *Νᾶ δᾶν* dorice pro *ἡ γᾶ*.

- Quod regis magni propria est, jurabitur unquam. A 590 Cede libens, pariterque ferat tua pallia secum.
 141 Nec caput in proprium cuiquam jurare
 [licebit,
 Namque potestatem minimi non esse capilli
 580 Cernitis, albumve, aut nigrum mutare colo-
 [rem.
 Est, est, sufficiat; quod non est, dicite, Non
 [est.
 Quod superest istis, totum fallaciter ægro
 Suggestit obreptans animo vis tetra veneni.
 Pervulgata diu legis præcepta tenetis,
 585 Lædentem semper similis vindicta sequatur.
 Sed tranquilla malum melius patientia vincet.
 Ac si quis partem palma percusserit oris,
 142 Mox aliam partem vultus præbere me-
 [mento, B
 Auferat aut tunicam si quis vi iudicis instans,
 595 Ex animo miserans largire; aut nutua si quis
 Orabit, tribue, et mitem ne subtrahe vultum.
 Nec tibi sit placitum solis succurrere amicis,
 Aut cæcis odiis inimicos ducere dignos.
 143 Quin ego præcipiam' blando super esse
 [per omnes
 600 Obsequio, precibusque Deum mollire benignis
 Pro vita ipsorum, qui vos excindere gaudent,
 Adversisque truces animis, odiisque sequuntur.
 Nam genitor noster communia lumina solus,
 Communesque dedit pluvias justisque malisque.

LECTIONES VARIANTES.

577. Rom., Ott., *propria est*. Reg. cum plerisque
 editis *patria est*. Gallandio magis placet *propria est*
 ex Matth. v, 35: *Neque per Jerosolymam, quia civitas*
est magni regis, et Psalm. XLVII, 3: *Civitas regis*
magni. Hæc tamen utramlibet lectionem æque con-
 firmant. Kœnigius pro *propria* addit cap. vi, vers. 6
 l. II Paralip., et Virgilium, in Æneid. v. 85: *Da*
propriam, Thybræ, domum, hoc est, sedem, quam
 jure meo teneam.
 580. Reg., *albumque, aut*.
 581. Ald., *Est, est, ferte quod est: quod non est,*
dicite, non est. Alii, ut editum est; sed Torn. et
 Poelm. pro div. s., *dicere non est*. Vide, num præ-
 stet interpungere. *Est? est, sufficiat*.
 584. Rom., *tenebat; lege tenetis*.
 585. Rom., *sequetur: retine sequatur* ex Evangelii
 verbis.
 587. Rom., *Te siquis partem, quod sensu ca-*
ret. Ald. *si tibi quis partem*. Reg., Ottob., et ple-
 rique editi, *Ac si quis partem*. Barthius libr. xxvi,
 cap. 7, col. 1265, ex sententia id emaculandum ait:
Hanc si quis partem; quod et elegantius, et verbis
Evangelii convenientius esse affirmat. Verba Mat-
 thæi sunt cap. v. vers. 39: *Sed si quis te percus-*
serit in dexteram maxillam tuam, præbe et illi al-
teram. Et Lucæ cap. vi, vers. 29: *Et qui te percudit in*
maxillam, præbe et alteram. Nihilominus lectio codicum
 et editionum *Ac si quis*, bene procedere mihi videtur.
 589. Reg., *Auferat aut tunicam siquis tibi: illico*
cuncta - Cede libens, et glossa *cuncta - vestimenta*.
 Cæteri ut editum est. Ott. a sec. m. scribit *tonicam*.
 In Rom. error est *Auferat*.
 592. Editi, *gravis atque oneris*. Rom. depravate,
grandique oneris. Reg., *gravidumque oneris*. Ott., *gravi-*
dique oneris, quod magis arridet, ut *gravidus* po-
 natur pro *gravis*: nam *gravis* dicitur *gravidus*.
 595. Mss. nostri *aliudque iteris* cum nonnullis edi-
 tis. Ald., Poelm., et alii *aliudque viæ*.
 594. Reg., Ott. a pr. m., Torn., Bas., Ald. *vel si*.
 Ott. a sec. m., Rom., Poelmann., et alii *vel se*.
 596. Reg., *et tristem, melius, et mitem*.
 598. Ald., *Nec cæcis*.
 599. Daventr., Ald. et alii editi, *præcipiam sem-*
per blando esse. Contra mss. Rom., Reg., Ott., *præ-*
cipiam blando super esse; et glossa in Reg., *super*
esse - super eminere. Sic restituit Reuschius, qui *su-*
per accipit pro *insuper*, et *per omnes* pro *in omnes*,
 quod latinus est.

NOTÆ.

578. Martiali l. ix, epigr. 49: *Per tua jurares*
sacra, caputque tuum.
 583. Obreptans. Plauti Ciceronisque verbum. *Vis*
tetra veneni, ut vers. 420, *Vis livida*; et vers. 440,
Effuge, pestiferi rubies vesana veneni. Etiam hoc loco
 sermo de diabolo esse videtur. Matthæus ait: *Quod*
autem his abundantius est, a malo est. Maldonatus
 eandem interpretationem cum Theophylacto tuetur.
 Alii alio modo exponunt.
 584. CAPUT XXX. *Qualem quisque inflixerit pœ-*
nam, talem et ipse sustinere cogebatur: quia par pari
veteri lege referendum. Matth. v, 38 seqq.
 585. Sequatur, ut vers. 535: *Nec minor illorum*
convicia flamma sequetur. Vide not. ad Dracont. l. II,
 v. 470.
 588. *Præbere*, passim usitatum in re simili, ut
præbere collum cultro, præbere jugulum, præbere cer-
vicem, os ad contumeliam.
 591. CAPUT XXXI. *Jubenti ire viam, onusve ferre,*
D parendum. Matthæi, v. 41.
 592. *Ire viam*, ut vers. 266. h. l., *Venisse viam*.
 595. CAPUT XXXII. *Eleemosynas erogandas, et*
mutuum dandum gratis. Matth. v, 42. Evangelistæ
 verba sunt: *Petenti a te, da ei, et volenti mutuari a*
te, ne avertaris. Nonnulli etiam prima verba expli-
 cant de eo, qui petit, ut sibi aliquid commodetur.
 Juvencus diserte refert ad eleemosynam, quæ faci-
 enda est illis quoque, qui se egentes simulant.
 Nam in nonnullis Italæ mss. ita hæc verba expri-
 muntur: *Omni qui petit a te, vel Omni petenti*.
 Isidorus libr. III. Sentent. cap. 60, num. 13:
Quicumque non egens poscit, etiamsi indigentem
se simulet, ex toto illi corde commisereri oportet. Et
licet ille fortasse falsam indigentis speciem præferat,
is tamen, qui simpliciter impertit, fructum misericor-
diæ non amittit. Fortasse legendum Quicumque egens
poscit, vel Quicumque poscit, etiamsi, etc.
 597. CAPUT XXXIII. *Diligendos esse Inimicos*.
 Matth. v. 43 seqq; Lucæ vi, 27.
 598. *Cæcus* ad affectus animi, qui homines cæcos,
 et præcipientes faciunt, sæpe trahitur, ut *cæca cupiditas,*
ira, avaritia, et similia.
 601. *Excindere* eleganter, quasi de urbe aliqua di-
 ruenda agatur.
 602. *Sequi adversis animis, odiisque, scilicet perse-*
qui, insectari. Tacitus libr. IV Hist. cap. 29, *Hostem*
pilo sequi. Sic locuti Virgilius, Ovidius, Cæsar, Florus.
 604. Confer notam ad l. II, vers. 560.

- 605 Quod si conjunctos tantum veneramur amicos, A
Quis locus hic justæ poterit mercedis haberi?
Servit amicitiae tantum gens dedita lucris.
Sed vos perfecto similes estote parenti.
Sicubi justitiae pandetur pulchra facultas,
610 Devitate oculos hominum : nam nulla manebit
144 Merces, posterius quæ factum tale sequa-
[tur.
Applaudet tantum sterilis laudatio vulgi.
Sed tu quod dextra facias, nescire sinistram
Convenit, et justis meritis tunc digna repondet
615 Occulti solus scrutator præmia cordis.
Sunt, quos prætumidæ tollit jactatio mentis,

- Et precibus propriis gaudent assistere turbas,
Multifluisque diem verbis ducendo fatigant.
His votis pompæ fructus succedit inanis.
620 Sed secreta domus precibus penetralia castis
145 Claudantur, paucisque Deum venerabere
[verbis.
Scit Pater ipse, tui quæ sit trepidatio cordis.
Nil, absente Deo, loquimur, nil addita clausum
Pectoris antra tegunt : præsens Deus omnia
[cernit.
625 His igitur votum placeat concludere verbis :
Sidereo genitor residens in vertice cæli,
Nominis, oramus, veneratio sanctificetur

LECTIONES VARIANTES.

600. Ald., *hic juste*.
608. Poelm. pro div. script., *perfecti*.
609. Basil., *Sicubi* : ita ediderat Aldus, sed in Er-
ratis emendavit *Sicubi*, vel *Sic ubi*. Poelm., *Sicubi*, et
pro div. script., *Si tibi*. Rom. cum Hadamar., Poelm.
et aliis *justa*. Reg., Ott. cum Ald. et aliis editis, *pulchra*.
Westhemerus in textu, *Si tibi justitiae pendetur justa*
facultas, ad marg., *Sicubi justitiae pendetur pulchra fa-*
cultas. Badius, *Sicubi justitiae pendetur pulchra facultas*.
et interpretatur *pendetur*, h. e., *impendetur*,
610. Plerique, *Devitate*. Poelmann. pro d. s., *De-*
vitae. Westhemerus in textu *Divites*; opinor, corripi-
endum *Devites*, ad marg., *Devitare*. In Rom. a
pr. m. est *Devitate*, a sec. m. *Devitare*.
611. Reg., Ottob., Rom., Poelm., pro div. script.,
Merces posterius quæ. Ald., et plerique editi, *Merces*
in caelo quæ.
612. Rom., Ald., Bas., *Ut laudet tantum*. In Torn.
mendum est *Ut audet*. Ott., Reg. cum multis editis,
Applaudet tantum. Rom., Reg., Ott., Fabr., *laudatio*
vulgi. Ald., Poelm., et alii *jactatio vulgi*. Schættge-
nius mallet, *Si laudet tantum sterilis jactatio vulgi*.
613. Reg., *Sed te quod dextra facias, nescire sini-*

- stram* — *Convenit, et justis*. Sensus exigeret, *Sed tu*,
etc. Et ita placet hæc scriptura. Reliqui, *Sed quod*
dextra facit, facias nescire sinistram, etc.
614. Ald., Poelm., Hadam., Ott., *sinistram*, —
Convenit : justis. Reg., ut vers. præc. dixi. Rom.,
sinistram. — *Cum veniet, justis*. Ita edidit Fabricius.
Ald., Rom. a sec. m., *condigna* : alii, *tum digna*.
616. Reg., *jactantia*, pro div. script., *jactatio cum*
aliis.
617. Torn., *gaudet, lege gaudet*.
618. Rom., *Multifluisque*; melius, *Multifluisque*.
619. Hadam., mendose, *His vocis pompæ*. Rom.,
succedet.
621. Poelm., Hadam., *Claudantur*. Codices mss.,
et multi editi, *Clandantur*.
622. Reg., Ott., Torn., Bas., Rom., Ald., *ipse*,
tui. Poelm., Hadam., *ipse, tibi*.
623. In codice altero vaticano Regine Suevicæ noni.
1785, in quo pauci hi versus continentur, legitur *nisi*
abdita clansi.
627. Reuschius, vulgata interpunctione rejecta, ut
ait, distinguit *sanctificetur* — *In nobis, pater alie, tui* :
tranquillaque. Ita fere jam distinxerat Poelm. cum aliis.

NOTÆ.

605. Plerique mss. Græci, et Patres apud Weste-
nium legunt cap. v. Matth. vers. 47, *amicos, pro*
fratres.
607. Hic versus explicandus est ex Evangelii tex-
tu : *Nonne et publicani hoc faciunt?* scilicet diligere
amicos. Gens ergo dedita lucris, hoc est publicani
serviunt tantum amicis.
608. *Perfectus*, numeris omnibus absolutus, etiã
de homine dicitur. Cicero de Offic. libr. 1, cap. 15 :
Quoniam vivitur non cum perfectis hominibus, plene-
que sapientibus, etc.
609. CAPUT XXXIV. *Ostentationem inanem in bo-*
nis operibus devitandam esse. Matth. vi, 1 seqq. Jus-
titiae nomine eleemosynam hoc loco intelligi, pleri-
que docent : Hebræi enim simili vocabulo *eleemosy-*
nam appellabant.
611. *Posterius* more adverbii pro *post, postea*, Ci-
cero, Nepos, Plautus, alique usurpant. Ut poena cri-
men sequitur, sic merces bonum opus. Sallustius in
orat. Philippi contra Lepidum ante med. libr. 1
Fragment. Histor. cap. 14 : *Ubi malos præmia se-*
quuntur, haud facile quisquam gratiis bonus est.
616. CAPUT XXXV. *Captationem laudam in ora-*
tione declinandam. Matth. vi, 5 seqq. Verbum *præ-*
tumidus apud Claudianum non semel occurrit.
617. Glossa Reg., *assistere* — *adesse sibi*. Hæc est
propria significatio verbi *assistere*, quasi *proesto, vi-*
cinum me sisto. Exemplorum optimorum plena ubi-
que sunt Lexica.
618. *Multifluis*, ut vers. 127, *Largifluis*. Arator l. II,
vers. 1064 : *Pocula dat de vase suo, cunctosque rigari*
— *Multifluis sermone jubet*. Sic Draconius offundit
dulcissimus libr. 1, vers. 164. Sermo est de battologia

- precum, qua multis verbis multa petuntur, aut eã-*
dem verba iterum, atque iterum inani sono repetun-
tur.
620. Hebræorum mos erat secreta cubicula intra
ædes quasi oratoria habere. Vide Judith cap. VIII,
vers. 5. Ovidius in Metam. vers. 757, *Parce secreta*
domus, ex quo eadem consuetudinem apud ethnicos
viguisse colligitur. In hunc Matthæi locum expenden-
dæ sunt observationes Balthasaris Holberg, et Sal-
lom. Deylingii *De battologia precum*. Distinguendum
quippe est multiloquium inane, quod jure reprehен-
ditur, a jurgi precatioe ad pietatis regulas conformata.
Augustinus epist. 150, ul. 121, cap. 10 : *Ab-*
sit enim ab oratione multa locutio, sed non desit multa
precatio, si feruens perseverat intentio. Nam multam
loqui est in orando rem necessarium superfluis agere
verbis. Multam autem precari est ad eum, quem pro-
cumur, diuturna et pia cordis exercitatio pulsare.
622. *Trepidatio*, tremor, palpitatio cordis rei ali-
cujus desiderio, vel metu commoti. Est enim cor so-
dus affectuum. Tibullus l. 1, eleg. 11, v. 11 : *Nec tristia*
nossem — *Arma, nec audissem corde micante tubam*.
Plautus Aulul. IV, 3, 3, *Continuo mensum cor cepit*
artem facere ludicram, — *Atque in pectus emicare*.
625. *Votum* interdum est optatum, desiderium,
voluntas : aliquando precatio. Utrobis modo hic
sumi potest : sed rectius videtur, ut pro precibus
sumatur.
626. CAPUT XXXVI. *Oratio dominica*. Matt. vi,
9 seqq.; Lucae xi, 2 seqq.
627. *Sanctificetur* : de hoc verbo recte notum ad
vers. 53. h. 1.

- In nobis, pater alte, tui : tranquillaque mundo A
Adveniat, regni que tui lux alma pateſcat.
- 630 Sic, cœlo ut, terris tua fiat clara voluntas,
146 Vitalisque hodie ſancti ſubſtantia panis
Proveniat nobis, tua mox largitio ſolvat
Innumera indulgens erroris debita pravi ;
Et nos haud aliter concedere ſœnera fas eſt.
- 635 Tetri ſœva procul tentatio dæmonis abſit,
Equè malis tua nos in luccm dextera tollat.
Sic etenim genitor populis delicta remittet,
Si veſtra alterni vobis peccata velitis
Cedere, nec durum erratis impondere pectus.
- 640 Sunt etiam pergrata Deo jejunia plebiſ.

- 147** Sed propriam multi facièm fœdare laborant,
Quo vanam captent hominum jejunia famam.
Tu vero et grato crinem nitelactus olivo,
Lætantem puris de fontibus abluè vultum :
- 645 Ut ſolus genitor devoti pectoris aptum
Servitium cernens, laudem, meritumque re-
[pendat.
- Vanum eſt defoſſis terra invigilare talentis :
Illic ærugo, et tineæ dominantur edaces,
Cunctaque diripiunt fures egeſta latebris.
- 650 Condite theſauros vobis in vertice cœli.
Non ærugo illos, tineæve, aut horrida furum
Factio diripiet. Vobis ubi condita res eſt,

LECTIONES VARIANTES.

629. Ott., Poelm., Fabr., *lux ampla pateſcat.* Ald., Reg., *alma pateſcat*, et glosſa, ſeu diverſa lectio in Reg., *lux ſancta redundet*, in quo a pr. m. in textu videtur fuiſſe *luc ampla*. Rom., et codex alter Reg. num. 1785, *lux alma redundet*. Reuſchius congruentius putat *luc alma*.
630. Ald. diſtinguit *Sic, cœlo, ut terris fiat*. Ex Evangelii verbis oportet interpungere *Sic, cœlo ut terris*. Reg., Ott., Rom., *tua fiat*. Codex alter Regiſtræ Sueciæ num. 1785, *In cœlo, et terris tua fiat*. Editti plerique, *Sic, cœlo ut, terris fiat tua*.
634. Reg., *ſœnera fas eſt melius, quam alii omnes ſœnera noſtris*.
636. Fabr., *Deque malis*; alii, *Equè malis*.
637. Poelm., Hadamar., Fabr., Ald., *Tunc etenim genitor populis delicta remittet*. Reg., *Sic etenim genitor populis peccata remittet*. Ott., *Sic etenim genitor populis delicta remittit*. Codex alter Regiſtræ Sueciæ num. 1785, *Sic etenim genitor populis delicta*

- B *remittet*. Nonnulli, *Tunc etenim genitor populis peccata remittet*.
638. Conſici potest *alternis*.
639. Badius pro *cedere*, remittere, legit *credere* cum interpretatione *in confeſſione*. Reg., Ald., Fabr., Torn., Baſil., *intendere*, nempe indurare per odium, et iracundiam: alii mss. et editi *impendere*.
643. Ald., Poelm. pro d. ſcript. Baſil. *madefactus*. Mss., et plerique eddii, *nitefactus*, quod reiinendum.
646. Ott., Ald., Rom. ad marg., *laudat, meritumque rependat*, quod fortasſe verum eſt. Rom. nichoſe, *meritumque rependat*.
647. Reg., Torn., *terre*; alii, *terra*.
649. Ott. ſcribit *deripiunt*.
652. Ald., Poelmann., Fabr., Hadam., Reg., Ott., Paefſo. Rom., Torn., *Factio*, quod probum videtur: et Juvencus quidem ſæpe hoc vocabulo *factio* utitur. Vide Indicem verborum.

NOTÆ.

631. In nonnullis mss. Italice veteris verſionis legitur: *Panem noſtram ſupersubſtantialem du nobis hodie pro Panem noſtrum quotidianum*, etc. Græco eſt *ἰπρωτότων*, quod nonnulli reddunt *ſupervenientem*, alii *crastinum*, alii *ſubſtantivum*, alii *egregium*, plerique *ſupersubſtantialem*. Putat Sabatierius, ad hanc lectionem reſpicere Juvencum. Sed incerta res eſt: nam Juvencus pro pane dixit vers. 416, *ſubſtantia panis*, et pro ſale vers. 510, *ſubſtantia ſalis*. Schœtgenius putat, *vitam* dici panem vita ſpirituale, quia ſanctus vocatur.
635. *Debitum* absolute eſt res debita, n. alienum. In plurali raro uſurpatur ab antiquioribus.
634. *Fenus* eſt lucrum ex pecunia proveniens: ponitur et pro ipſa ſorte. Verba Evangelii ſunt: *Sicut et nos dimittimus debitoribus noſtris*. Kœnigius *ſœnera* pro debito abuſive poſitum ait: et deeſſe putat *fac*, aut aliquid aliud, ſcilicet in vulgata ſcriptura. Locus hic a nobis reſtitutus bono ſenſu procedit.
635. Exponit verba: *Et ne nos inducas in tentationem*. In Itala verſione: *Et ne paſſus nos fueris induci in tentationem*. Hilarius in Pſalm. cxviii: *Non delinquas nos in tentatione, quam ferre non poſſimus*. Concipiunt alii Patres, qui fortasſe magis ſenſum, quam verba orationis Dominicæ exhibent.
636. Illa verba orationis Dominicæ, *Libera nos a malo* ex Græco multi exponunt: *Libera nos a dæmone*, qui malus autonomaſtice dicitur. Juvencus eum plerisque a malo accepit neutro genere. *Lux* hic, et alibi ſtatim proſperum denotat.
640. CAPUT XXXVII. *Jejunandum eſſe, non tamen ut captandam famam, ut faciunt hypocrite*. Matth. vi, 16 ſeqq.
641. *Fœdare* loco verbi *extermino*, quod Itala verſio, et Vulgata proferant. Hieronymus in Comment.

- C ad hunc loc. Verbum **EXTERMINANT**, quod in eccleſiaſticis ſcripturis vitio interpretum tritum eſt, aliud multo ſignificat, quam vulgo intelligitur: *exterminantur* quippe *exules*, qui mittuntur extra terminos. Pro hoc ergo ſermone *demoliuntur* ſemper accipere debemus. Re vera in nonnullis mss. legitur *demoliuntur*. In Juvenco *fœdare* eſt explicatio utriuſlibet verbi, ſive *demoliuntur*, ſive *exterminantur*. Terentius Phorm. 1, 2, id dixit *formam exſtinguere*. Nativum colorem in pallorem convertere alicujus medicamenti artificio veteres didicerant.
643. *Nitefactus* ex *nitefacio*. Gellius l. xviii, c. 11: *Vetus mare cœruleum crispicans nitefacit*. Similia apud alios ſunt *inaneſfactus*, *cadeſfactus*, *alieſfactus*, *ardeſfactus*. Kœnigius *nitefacio* alicubi inveniri ignorabat.
644. *De abundant*, ut ſæpe apud poetas Chriſtianos. Hæc autem vel de privatis jejuniis intelliguntur, vel eo ſpectant, ut jejunantes non adſceterent pallorem vultus.
647. CAPUT XXXVIII. *Terreno theſauro non eſſe imminendum, ſed cœleſti*. Matth. vi, 19 ſeqq.; Luc. xii, 33.
648. Serenus Sammonicus De medic. produxit primam in *tinea*: *Natura, interno cum riſcere tinea ſerpens*. Cohæret Sedulius iv, 20: *Non mordax ærugo vorat, non tinea ſulcat*. Corripuit Prudentius Psychom. vers. 600: *Materiem, tineaſ etiam marſupia crebris*. Corripuerunt antiquiores Horatius, Ovidius, Juvenalis, niſi malis ſynæreſim agnoſcere, quam pariter in Juvenco et Prudentio debet admittere. Sed potius tenendum eſt, primam eſſe brevem: nam apud Serenum legendum eſt *tania ſerpens*.
652. Res pro re familiari, opibus, cenſu, patrimonio, bonis ſæpe apud poetas et quosvis alios eritiores occurrit.

- 148** Illic corda etiam simili ditone tenentur. A **665** **149** Inservire simul. Sed vos hæc jussa tenete. Corporis est lumen, quo publica lumina cernis : Sollicitet proprio ne vos pro corpore vestis, **655** Sed si pura acies oculis, simplexque nitebit, Neu faciles victus ægra disquirite cura. Totius clare splendebunt corporis artus. Nonne animam pluris facimus, quam corporis [escas? Siu vero nequam fuerit, pravumque videbit, Aut dubitat corpus quisquam præponere vesti? Obscura incumbent super omnia membra te- [nebræ. **670** Aerias spectemus aves : non vomere presso Terga soli subigunt, jaciunt aut semina farris, Aut segetum culmos incurva falce recidunt. Proveniet tamen his satias potusque, cibique. Nonne Deo magis est hominum curatio cordi? **675** **150** Nec dignum fuerat vestis suspendere cu- [ram

LECTIONES VARIANTES.

- 655.** Poelm., Had., Fabr., *Sed si pura acies oculi, simplexque.* Ott., Ald., Bas., Torn., *Sed si pura acies oculis, simplexque.* Reg., *Sed si pura oculis acies, simplexque.* Rom., *Quod si pura oculos acies, simplexque, sed oculos clare mendum est pro oculis.*
- 656.** Poelm., Fabr., Ald., Daventr., Had., aliique editi, *Clare totius splendebunt.* Codices mss. variant. Reg., *Totius clare;* ad marg. eadem veteri manu, *Tunc totius clare.* Rom., *Et totius clare.* Ott., *Totius, clare;* sed a pr. m. fuit, *Tunc totius clare,* aut *Et totius clare;* nam ante *totius* aliquid abrasum est. Fortasse ita scriptum fuit a Juvenco, *Tunc totius clare,* aut *Et totius clare,* ut monosyllabum sit *totius* per synæresin. Sed cum necessarium non sit *Et,* vel *Tunc,* omittatur, per me licet.
- 657.** Basil., *prunumque videbit :* retine *pravumque videbit.*
- 662.** Ott. a pr. m., *aut odiis cedit, aut cedit amore:* correctum supra veteri manu, *cedet, vel cedit amori.* Fortasse, *cedet, aut cedit.* Aliquando tamen post unum aut sequitur *vel.*
- 664.** Basil., *poteris quis.*
- 665.** Rom., *sed hæc vos jussa;* alii, *sed vos hæc jussa.*
- 667.** Ott., *Neu faciles ; lege Neu faciles.*
- B 669.** Poelm., Ald., Hadam., Reg., Ott., *Aut dubitat.* Reg. a sec. m., *Aut dubitet.* Rom., *Haud dubitat.* Torn., *haud dubitet.* Si legatur *Haud dubitat,* sine interrogatione id efferendum est. Forte præstabit scribere *An dubitat,* vel *An dubitet.* Sententia eadem est.
- 670.** Ott., et a sec. m. Reg. scribunt *Aerias;* alii, *Aereas.* Bas., Ald., *num vomere presso — Terga soli subigunt?* Alii, *non vomere,* sine interrogatione, quæ etiam a textu Evangelii abest. Reuschius, *num,* cum interrogatione præ reliquis lectionibus eligit.
- 671.** Rom., *subeunt :* corrigge, *subigunt.* Poelm. in textu, Hadam., Torn., *haud.* Mss., Bas., Poelm., pro div. script., *aut.* Fabr., *nec.* Sensus idem est. Aldus interrogationem pergit adhibere *jaciunt aut semina farris?* Sic etiam v. seq.
- 673.** Reg., *Proveniet his tamen saties,* quod metri ratio non patitur. Fabr., *Provenit et tamen his satias.* Ald., Rom., Torn., Bas., *Proveniet tamen his saties.* Ott., Poelm., *Proveniet tamen his satias.* Magis probatum est *satias,* quam *saties.*
- 674.** Rom., *Numne Deo magis est hominum curatio cordis?* quod profecto sustineri nequit.
- 675.** Vide, num melius, *Et dignum fuerit vestis suspendere curam,* hoc est, differre curam.

NOTÆ.

- 657.** *Oculus nequam,* vitiosus, aut inutilis, et ad videndum ineptus. *Pravum* adverbii more: quod Juvenco frequens est.
- 658.** *Incumbere* pro instare, ingruere, ut *tempestas incubuit, venti incubuerunt.* Reuschius tmesim agnoscit in *incumbent super:* sed melius est *super membra incumbent.*
- 660.** *Sine luce tenebris;* quia tenebræ nullam unquam lucem habent, aut habere possunt. Matthæus ait : *Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt : ipsæ tenebræ quantæ erunt?*
- 661.** CAPUT XXXIX. *Non posse quemquam servire duobus dominis. Item nimiam ciborum, et vestium curam e corde eliminandam, nec plus æquo sollicitos esse oportere.* Matth. vi, 24 seqq., Lucæ xii, 22, et xvi, 13.
- 666.** *Sollicitet :* idem verbum in simili argumento apud Prudentium, et Columbanum, ut leges in not. ad v. 683. h. l.
- 667.** *Faciles victus,* quia victus homini necessarius facilis est, et parabilis, sive facile obtinetur. Itac significatione *victus* dicitur tam in singulari, quam in plurali.
- 670.** Virgilius l. 1 Georg. vers. 45 : *Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro — Ingemere.* Plinius l. xvii, cap. 4, dixit *vomerem imprimere.* Hoc sensu *vomere presso* pro *depresso,* aut *impresso.*
- 671.** *Terga* pro superficie, ut *terga maris.* Virgi-
- lius libr. 1. Georg. vers. 97 : *Et qui proscisso quæ sustitat æquore terga, — Rursus in obliquum verso perrumpit aratro.* Et libr. ii, vers. 236 : *Glebas cunctantes, crassaque terga — Expecta, et validis terram proscinde juencis.* Juvencus sæpe idem vocabulum ad terræ superficiem indicandam adhibet. Columella l. ii, cap. 2, vers. fin. : *Exiguus vomeribus, et dentalibus terram subigere.*
- 673.** Cellarius De Barbarism. in Cur. poster. ait, non satis constare de auctoritate verbi *saties* pro *satietas.* At verbum *satias* pro *satietas* probat idem Cellarius, quia non solum antiquissimorum est Terentii et Lucretii, sed etiam Livii, et Taciti. Alios addit Forcellinus.
- 674.** *Curatio* proprie est cura, administratio. Hinc transfertur ad illam curam, quæ morbis adhibetur.
- 675.** Sententia inversa est in Juvenco, aut trajecta sunt verba, et aliquod hemistichium deest. Evangelista ait : *Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt : non laborant, neque nent, etc.* Igitur hæc verba, *Nec dignum fuerat vestis suspendere curam,* conjungenda sunt cum verbis, *Cernite per pingues,* etc. Obscurum etiam est, *Nec dignum fuerat vestis suspendere curam — Pectoribus pro Nec dignum fuerat curam de veste retinere pectore.* Verbum autem *cubitalia* pro-

Pectoribus nostris. Numquid cubitalia possunt
Incrementa suis homines imponere membris?
Cernite, per pingues agros ut lilia florent.
Non ulli tamen iis umquam incubuere labores.

650 Nec Salomona illum, cum regni divitis aula

151 Afflueret, talis contexti gratia vestis.

Naturale bonum terris commune placebit.

Quod si pratorum, fruticumque virentia læta

Ipsè Deus vestit, nostris obnoxia flammis,

683 Cur vobis potior non est fiducia patris?

Ergo cibum, potum, vestemque, et inania cuncta,

LECTIONES VARIANTES.

676. Ott., *Pectoribus nostris non sic cubitalia possent*, ut vix appareat distinctio in *sic cubitalia*. Reg., *nec cubitalia*, fere eodem modo, sed glossa inepta supra si *ubicumque*. Rom., *nam sicubi talia possent*. Fabr., Poelmann. in textu, Hadam., *num sicubi talia possunt*. Poelm. pro d. s., Ald., Torn., Bas., *Pectoribus, si nunc habitam transire figuram — Per se nemo potest, aut quicumque imponere membro*. Koenigius. conjecit, *Pectoribus nostris. Numquid cubitalia possunt — Incrementa suis homines imponere membris?* Quam conjecturam confirmavit Reuschius ex codd. Helinst., et Fuld. Favent nostri codice Vatt., Reg., Ott. Suspicabitur aliquis, *num sic cubitalia possunt*, etc. Reuschius ex suis codicibus legit *Pectoribus nostris: non, si cubitalia possent*, etc., et commentatur: Ne dignum quidem est discipulo meo curis angî, si vel maxime efficere posset, ut staturam suam excederet, atque corporis altitudini partem alterius adderet. Pro *Pectoribus nostris* melius videtur *Pectoribus vestris*.

677. Ita Poelm. in textu, Fabr., Hadam., et alii cum mss. nostris. Aldus et alii editi *Per se*, etc., ut nuper explicui.

678. Reg., *lilia fulgent*. Tentaham ordinem horum versuum ita restituere: *Nonne Deo magis est hominum curatio cordi?* — *Pectoribus, nostis, numquid cubitalia possint — Incrementa suis homines imponere membris?* — *Et dignum fuerat vestis suspendere curam.* — *Cernite per pingues*, etc. Intellego *Pectoribus*, cogitantes, aut cogitando: quamvis enim id durum sit, tamen refertur ad Evangelium: *Numquid potest homo cogitans*, etc. Pro cogitatione *pectora* posuit

680. Intellego, cum Salomon afflueret regni divitis aula, ut *aula* sit in auferendi casu.

681. *Gratia* pro elegantia, venustate, pulchritudine. Sic hoc verbum accipiunt Plinius, Celsus, Quintilianus, Apuleius, et æquales. Hinc tres *Gratiæ* nomen traxerunt.

685 Barthius libr. xxxv Advers. cap. 12 hæc observat: *Nemini non ignarissimo non est notum culta poetis loca fertilia, secunda, et subacta esse. At vero non est proletarium, læta eadem significari. Juvencus libr. 1: Quod si pratorum, fruticumque virentia læta — Ipsè Deus vestit, Et in talibus tales scriptores non sunt aspernandi, quos vulgus nulla ratione contemnit: essent autem majoris auctoritatis, nisi per tot barbaras monachorum manus ad nos pervenissent. Rogarem a Barthio, per quas alias doctiores manus ad nos pervenire potuissent hæc carmina? Aut quo pacto nos ea nunc haberemus, nisi per monachorum manus ad nos tandem essent delata? Neque vero probo, quod ait Barthius, læta poetis esse loca fertilia ex hoc loco Juvenci: nam cum læta conjungatur cum virentia, hoc potius nomen absolute positum esse censendum est, ut l. ii, vers. 817: *Seminibusque illud minus omnibus esse virentum*. Columella libr. 1, cap. 5: *Armentis, et virentibus, eorumque fructibus*. Et l. iii, cap. 8: *Natura parem legem fecunditatis dixit virentibus, atque hominibus, cæterisque animalibus*.*

684. *Vestit*: de hac metaphora vide not. ad Dra-

PATROL. XIX.

Gentibus infidis terrenam linquite curam.

Vos potius digne cœlestia querite regna,

Justitiamque Dei: spontanea cætera current:

690 Crastina nec vobis curetur copia rerum.

152 Quisque dies sibimet satis est pro fraude
[diurna.

Judicium vestrum fugiat damnatio sequatur.

Nam Dominus juris vestri documenta sequetur.

Quæ vos in terris statuetis tempore capti,

695 Hæc eadem vobis Genitor servabit in æthra.

Mensuram tibi, quam ponis, portare necesse est.

B Juvencus l. ii, vers. 34.

679. Reg., Ott., Poelmann. pro d. s., Rom., *labores*. Ald., Had., Fabr. et alii, *ligones*. Conjiciat aliquis, *ligone*.

680. Ald., Fabr., Hadam., Poelmann. in textu, Daventr., et alii, *Nec Salomona gravem*. Reg., Ott., *Nec Salomona illum*. Rom., *Nec Salomon illum*. Ex vulgata lectione *Nec Salomona grave* conjici potest. *Nec Salomona tamen*. Poelm. pro d. s. posuit *Nec Salomona illum*, quod etiam amplexus est Omeisius. Vide lect. var. l. ii, vers. 712.

682. Abest hic versus ab editis, etiam ab editione Reuschiana. Sed cum adsit in nostris mss. Reg., Ott., Rom., cur eum diutius abesse patiemur?

685. Rom., *Cur vobis potior non est fiducia præsens?* Retine quod editum est.

689. Ald., Bas., *currunt?* alii, *current*.

695. Mss. nostri Reg., Ott., Rom., *juris vestri*. Editi, *vestri juris*.

694. Ott., Bas., Torn., Ald., Poelm. pro d. s., *Quæcumque in terris*. Reg., Rom. et alii, *Quæ vos in terris*. Ald., Bas., *tempora*; alii, *tempore*. Badius exhibet, et explicat *tempora*, hoc est temporalia judicia: *capti*, hoc est, illecebris, et divitis. Reuschius præfert *statuetis, tempore capti*, ubi tempus metonymice sumitur pro eo, quod male fit in tempore, ut in illo: *o tempora, o mores!*

696. Vulgo male hic versus interpungitur. Sensus enim est: necesse tibi esse portare mensuram quam ponis, scilicet aliis imponis.

NOTÆ.

cont. l. 1, vers. 184: *Nostris obnoxia flammis*, quia Evangelista Matthæus ait: *Si autem scenum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit*, etc. Nempe in furnum mittitur Clarius Itala vetus in ms. I Sangerm., *Et cras in ignem mittitur*.

D Badius de exustione solis verba Juvenci præpostere exponebat.

689. *Spontaneus*, Senecæ, et posteriorum verbum. A Cellario sæculo argenteo restituitur contra Vossium: sed locus Plinii, quem allegat ex Borrchio, incertæ lectionis est.

690. Prudentius Psych. v. 615: *Nec te sollicitet res crastina*. Columbanus: *Nec te sollicitet circumflua copia rerum*: quod ex cit. loco Prudentii sumptum, et ex alio Hamartig. v. 333: *Et nitidis fallens circumflua copia rebus*.

691. Evangelii textus est: *Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit enim dici malitia sua*. Græce pro malitia est *zaxia, afflictio, molestia*. Recte ergo Juvencus pro fraude: nam *fraus* damnum etiam significat. Confer not. ad Dracont. l. iii, v. 326.

692. CAPUT XL. *Non esse temere judicandum. Tum cernere nos festucam in alieno oculo, trabem vero in nostro non sentire. Item non jaciendas esse porcis margaritas*. Matth. vii, 1 seqq.; Lucæ vi, 37; Marc. iv, 24.

695. *Juris vestri documenta sequetur*: judicabit vos in judicio, quo vos judicaveritis. Par pari referet.

- Cernis adhærentem festucam in lumine fratris, A
Nec tamen in proprio tignum consistere sentis?
Atque oculum prius alterius purgare laboras?
700 Diripe sed proprio fallax de lumine tignum.
Tum minimam alterius curabis demere aristam.
Ne canibus sanctum dederitis, neve velitis
153 Turpiter immundis jactare monilia porcis.
Namque illa in cæno pedibus subjecta jacebunt,
705 Conversique sues vasto vos vulnere rumpent.
Poscenti dabitur, quærens inventa tenebit,
Pulsantique aditus foribus pandetur apertis.
Vos homines natis panem poscentibus omnes
Num lapidem dabitis, piscemve petentibus,
[anguem?
710 Vos, inquam, rigidi, quibus alte est insita cordi

- Durities, vestris dabitis semper bona natis.
Indulgens hominum Genitor bona mitia digne
Quam præstare magis gaudet poscentibus æquis!
Quæ cupitis vobis hominum benefacta venire,
715 154 Hæc eadem vestro cunctis præstate favore.
Hæc legis summa est, hoc jus dixere propheta.
Ite per angustam, justis, supra sidera portam.
Quam lata, et spatiosa via est, quæ limite lævo
Præruptum convolvit iter caligine mortis,
720 Innumeræque illam penetrant per prona ca-
[tervæ!
Vitalis vastis stipatur semita saxis,
Celsaque vix paucos ducit per scrupæa virtus.
At si quos nimium fallax, illexque malorum
Planities suasit deformi lubrica lapsa,

LECTIONES VARIANTES.

697. Ott. scribit *festucam*.
698. Badius legit *tignum*, sed conjiciebat *legendum tignum*, quod habent reliqui.
699. Rom., *labores*; alii, *laboras*. Poelm., et alii *laboras*? cum interrogationis nota, quæ in Evangelio etiam exstat. Nonnulli *laboras* sine interrogatione.
700. Poelm. pro d. s., *Eripe*; in textu, *Diripe*, cum plerisque. Ott., *Deripe*. Reg., Ott., Ald., Davenir., Bas., *lumine trabem*: quod mirum est, nam *a* in *trabem* corripitur. Rom., Had., Poelm., et alii recte, *tignum*.
702. Lupus abbas Ferrariensis legebat *Ne sanctum canibus*. In mss. nostris et editis invenio: *Ne canibus sanctum*.
703. Reg., et a sec. m. Ott. scribunt *munilia pro monilia*.
704. Hadam., *Namque illo in cæno*: lege cum aliis *illa*.
705. Bas., *conversique suos mendose*. Fabr., Torn., *conversique canes*. Poelm. pro d. s., *Conversæque sues*, in textu cum mss. et plerisque editis, *Conversique sues*.
707. Bas., *adytus*, quo fortasse respicit Rom., *adytis*. Sed *aditus* verum est. In Rom. est *aperte*, et supra tanquam diversa lectio *apertis*.

- B 709. Reg., Ott., Rom., *Non lapidem dabitis, piscemve petentibus, anguem*. Editi, *Num lapidem dabitis, piscemve petentibus, anguem?* Id magis accedit ad textum Evangelii: et SS. Patres etiam plerumque cum interrogatione hanc sententiam efferrunt.
711. Fabr., *dabitis dona optima natis*: nescio a quo id mutuatus fuerit; nam mss. et editi habent *dabitis semper bona natis*, quod probum est.
713. Fortasse, *poscentibus æquis*, vel *poscentibus aqua*.
714. Poelm. in textu *hominum* cum plerisque: pro d. s., *hominii*.
717. Reg., Ott., Rom., *supra sidera*. Editi, *super æthera*.
718. Poelm. in textu cum aliis *Quam*, pro d. s., *Quod*.
721. Reg., *strictis*, supra pro d. s., *vastis*, quod exstat in Ott., Rom. et editis.
722. Reg., Rom., et Ott. a s. m., *ducit*, quod editi Torn. alii plerique editi cum Ott. in textu *ducent*. Ott. et Rom. scribunt *scrupæa*.
723. In mss. Reg., Ott., Rom. scribitur *inlex* pro *illex*.

NOTÆ.

702. Audiendus hoc loco est Lupus abbas Ferrariensis epist. 8: *Servius ductor est, qui in eo versu, ubi Virgilius systolen fecit his verbis, Egerimus, nosti, et nuntium meminisse necesse est, Ri, inquit, metri necessitate corripuit. Item Juvencus: Ne sanctum canibus dederitis, neve velitis, licet quidem præteritum perfectum subjunctivi, et futurum differre scribant. Quidquid id est, grammatices tuta regula est, Ri subjunctivi poterit variare possis. Exempla in optimis quibusque poetis invenire licet.*
703. *Monilia*: hoc est, margaritas, quibus ornantur monilia.
705. *Rumpent*, lacerabunt. Ovidius in Ibin v. 603: *Quidque Lycurgiden lethavit et arbore natum, — Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.* Adde Martialem l. xii. epigr. 14.
706. CAPUT XLII. *Petendum, quærendum, et pulsandum esse.* Matth. vii, 7 seqq., xxi, 22; Marc. xi, 24; Luc. xi, 9; Joan. xiv, 13.
711. *Durities*, qui homines rigidi, et duri sunt, hoc est, ad benignitatem parum proclives.
713. *Quam magis gaudet*, hoc est, quanto magis: nam *quam* proprie significat *quantum*, *quantopere*. Pro bonis, justis attribetur *æquis*. Virgilius *Æneid.* lib. vi, 129: *Pauci, quos æquis, amavit — Jupiter.* Vide 125 h. l.
717. CAPUT XLIII. *Lata esse viam, quæ ducit ad perditionem, angustam vero, quæ ad salutem.* Matth. vii, 13 seqq.; Luc. xiii, 24.
718. *Quam lata*, forte valde lata, et spatiosa via

- est. Evangelista ait: *Intrate per angustam portam, quia lata porta, et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam.* At in versiculo seq. cum admiratione: *Quam angusta porta, et arcta via est, quæ ducit ad vitam; et pauci sunt, qui inveniunt eam!* Crediderim tamen, abesse posse etiam a textu sacro eam notam admirationis: nam rectus est hic sensus, Valde angusta porta, et arcta via est, eam enim vim habet particula *quam*. Hæc in hac ipsa sententia exprimenda eam particulam omittunt Hilarius, Ambrosius, Leo Magnus, et alii. Plerique mss. codices Græci apud Wetstenium, et Matthæum habent non $\epsilon\tau\iota$, sed $\tau\iota$. Hæc particula interrogationem, vel admirationem etiam in Juvenco arguere potest.
720. *Per prona*, per declive, quia *facilis descensus averni*. Silus libr. xv, 234: *Pugnabat natura soli, parvoque superne — Bellantum nisu, passim per prona voluti — Truncato instabiles fundebant corpore vitam.*
D Seneca epist. 123: *Qui per pronum eunt, resupinant corpora, qui in arduum, incumbunt.*
722. *Scrupus* est saxum asperum: hinc *scrupæus*, saxis asperis plenus, et *scrupæa* loca aditu difficilia vastis saxis horrida. *Celsa cum virtus* potius conjungendum, quam cum *scrupæa*.
723. *Illex* ab *illiciendo*: vide comment. ad Prudent v. 328 Psychom. Cum genitivo apud Apuleium in Apólogo: *Illex animi Venus*.
724. *Suasit* eum accusativo loco dativi. Sic etiam Apuleius, Tertullianus, et alii locuti sunt. Si sequa-

- 725 **155** Arripit hos, pronosque trahit, velut im- A 740 *Non ego palpantem verbis, et honore mo-*
 [petus amnis, [vebor,
 Aut alacer sonipes ruptis effrenus habenis,
 Aut rectoris egens ventosa per æquora puppis.
 Observate illos, falso qui nomine vobis
 Insidias faciunt, appellanturque prophetae.
 730 Hos ovium species vestit, sed sæva luporum
 Pectora fraude tegunt, lacerantque incauta
 [trahentes
 Agmina credentum, sævus quos decipit error.
 Fructibus e propriis noscuntur talia monstra :
 Quemque petat finem fallax doctrina, viden-
 [dum.
 735 Quapropter rerum molitio perspicitur.
 Nam neque de tribulis ficus, nec sentibus uvas
 Provenisse umquam ruris per terga notastis. B
 Utique arbor proprio vestitur germine pomii,
156 Sic dolus illorum fructu monstrante pa-
 [tescit.

LECTIONES VARIANTES.

726. Fabr. *effrenis* : mss. et alii editi *effrenus*, quod mutari non debuit.

732. In Ott. factum est *cedentum* fortasse ex *credentum* : nam aliquid est abrasum. Magis probe *credentum*.

734. Ott., *videndum sine est*, quod elegantiam præfert. Plerique tamen *videndum est*.

735. Hic versus *Quapropter* in Ott. virgula inclusus est, et circumscriptus. In aliis nostris mss. et editis sine ulla nota reperitur. Omeisius et Schœtgenus Fabricium et codd. Helmst. et Ca. secuti, illum commode abesse posse censuerunt. Reuschius, quamvis hæsitans, relinuit tamen, et sermonem esse ait de illis, qui vitam corruptam dissimulant : quos ut caveamus, non solum doctrina, sed et vita est inspicienda.

736. Fabr., *ficus, de sentibus*. Alii, *ficus, nec sentibus*.

738. Reg., *Utque arbor vestitur proprio*; emenda : *Utque arbor proprio vestitur*.

740. Sabitierus ad cap. vii Matth. edidit *Non ergo* : sed lex metri exigit *Non ego*.

741. Reg., Ott., Rom., Fabr., *perblanda*. Ald. et alii editi, *præblanda*, quam vocem novam esse ob-

servat Omeisius. Reg. scribit *adotatio* : et hæc scriptura magis congruit metro, quam *adulatio*, ut habent ceteri mss. et editi : nam secunda in *adulatio* est longa. A Juveneco per systolem corripi, Omeisius astruit. Rom., *quæ Dominum*, neque aliud fortasse voluit Aldus in nexu litterarum. Reg., a s. m. Rom., *dicet* : alii, *dicit*.

743. Poelm., in textu, *Olli* : plerique, *Illi*.

744. Codex Helmst., *volenter*, quo adverbio Apuleius etiam usus est.

745. Bas. *qua* : lege *quæ*. In Reg non satis exprimitur, an *sævera*, an *severa*, an aliud legendum sit.

748. Reg., Ott., Rom., Poelm. pro d. s. *quondam magnæ sub nomine nobis* — *Virtutes sanctis domuerunt omnia jussis*. Ald., Hadam., Fabr., et alii editi *quondam nobis sub nomine virtus* — *Exstitit, et nostris parebant omnia jussis*. Priorem lectionem tuetur Reuschius, qui ait, *nobis esse dativum personæ*, cui aliquid acquiritur. Notatur arrogantia istorum hominum, qui virtutes, quas per eos Deus operatus est, sibi transcribere non verentur : quo etiam v. seq. respiciunt verba *sanctis jussis*.

753. Rom; *genitis* : corrige *gestis*.

754. Reg., *meritis* : lege *monitis*.

NOTÆ.

tur infinitivus, tunc non ita raram est *suadeo eum accusativo personæ*, ut *Suadeo te quiescere*. Semper tamen melius est *Suadeo tibi*.

725. *Pronosque*, ut v. 720, *per prona*.

726. *Sonipes* poeticum pro equo. Hæc a Juveneco addita sunt, ut sententiam evangelicam confirmet. Quo loco satis ostendit, quam sublimi stylo canere potuisset, si liberius vagari voluisset.

727. Horatius, l. iii, od. 4, v. 45 : *Qui terram inertem, qui mare temperat* — *Ventosum*.

728. CAPUT XLIII. De pseudoprophetais et hypocritis. Matth. vii, 15 seq.; Luc. vi, 44. *Observare aliquem* interdum est venerari et colere : sed aliquando significat considerare, et speculari, ut ab ejus insidiis caveat is, qui observat.

735. *Molitio*, conatus : de re bona et mala promiscue adhibetur. Insidiantium non solum doctrina perspicienda est, sed etiam mores explorandi.

737. *Ituris per terga* : Vide not. ad v. 671.

740. CAPUT XLIV. *Non qui dicunt, Domine, Do-*

mine, intraturos in regnum cælorum, sed qui faciunt jussa Dei. Matth. vii, 21 seqq. Omeisius per hendyadyn exponit *verbis, et honore*, videlicet *verbis honorificis*.

742. *Spontanea* : vide not. ad v. 669.

745. Virgilius, libr. ii *Æneid*. v. 324 : *Venit summa dies, et ineluctabile tempus*.

749. *Virtutes* : hoc vocabulum in sacris litteris, et ab ecclesiasticis scriptoribus passim miraculis attribuitur.

753. *Res gesta et gesta* sunt insigniora quedam acta. Ideo Badius melius putaret *factis*, quia de privatis loquitur.

754. CAPUT XLV. *Domum supra petram ædificatam manere illam, supra arenam vero ruere*. Matth. vii, 24, seqq.; Luc. vi, 47 seqq. De vocabulo *quisque pro quisque* vide not. ad Dracont. libr. ii, 749, et comparent. ad Prudent. *hymn*. 7 *Cath*. v. 246.

755. *Fundamina* vox poetica Virgilii, Ovidii et aliorum.

Ponenti, librata super quæ mœnia surgent.
Illa domus pluviis, ventisque illæsa manebit,
Torrentumque minas firmato robore vincet:
Hærent immotæ quoniam fundamina petræ.

760 Qui vero auditu tantum mea jussa tenebit,
Diversisque procul factis per lubrica perget,
Hunc similem faciam volucris qui fulcit arena
Fundamenta domus, primo cui flamine venti,
Et pluvia effusis cœpit cum incumbere rivis,

765 Omnis subverso procumbit pondere moles,
158 Insequiturque gravi tectorum strage rui-
[na.

Talia dicentem magna admiratio plebis
Immensum stupuit, quoniam transcenderat

[alte
Doctrinam veterum Christo conce ssa potestas.

LECTIONES VARIANTES.

756. Bas., *ponente*, mendose. Rom., *super cui*, minus bene. Poelm., pro d. s., *surgunt*: alii, *surgunt*.

759. Ald., *immoto*. Torn., Bas., *imnota*. Plerique, *imnotæ*. Ald., *fundamine*: sic etiam Bas., et Torn. Alii, *fundamina*. Poelm. in textu *imnotæ q. fundamina*, pro d. s., *immoto q. fundamine*.

761. R-g., *pergit*: cæteri, *perget*.

762. Fabr. *Hanc*: emenda *Hanc*.

763. Ott., *primo cui flamine venit*, — *Et pluvia effusis cœpit cum incumbere rivis*. Reg. sic, sed *infusis pro effusis*, et glossa in *venti* — *cum cœperunt incumbere*. In Ott., a pr. m., forte fuit *flamina*, ex quo factum est *flamine*. Rom., *Fundamenta domus, cui flamine venti*, — *Et pluviam suscipit cum incumbere rivis*. Deest *primo*. In editis aliter id expressum est, nempe *Fundamenta domus; cui mox ut flamina venti*, — *Et pluvia effusis cœpere incumbere rivis*.

766. Reg., Ott., Rom., Ald., *gravi*. Fabr., Poelm., et nonnulli alii, *gravis*.

767. Reg.: *Talia dicente fixa admiratio; et glossa, dicente — Domino*.

768. Reg., Ott., Rom., *transcenderat*; editi, *transcenderet*.

775. Rom., *Et*, ad marg. *Ut*. Conjicere licet *Ut caream*. Matthæus enim ait: *Adorabat eum dicens: Domine, si vis, potes me mundare*. Simili modo Marcus et Lucas. Itaque conjecturam sequor, quam

A 770 Denique linquentem celsi fastigia montis
Stipabat gaudens populorum turba sequentum.
Ecce sed horrenda confixus viscera tabe,
Quem toto obsessum sædarat corpore lepra,
Procubuit venerans juvenis, Christumque pre-
[catur;

775 Ut caream tandem languoris pondere tanti,
Sufficiat voluisse tuum. Tum dextera Christi
Attactu solo purgavit lurida membra.

Incolumique dehinc, celaret gaudia, jussit,
159 Et legi parens offerret munera templo.

780 Inde recedenti supplex se protinus offert
Centurio, et precibus projectus talibus orat.
Impubis pueri cruciatur spiritus æger,
Cujus cuncta repens membrorum munia languor
Dissolvit, vitamque tenet jam pœna superstes.

B vis alii omnes habeant careat.

776. Poelm., pro d. s., *sufficiet*: plerique, *Sufficiat*.

778. Reg., Ott., a sec. m. scribunt *Incolomi*. Poelm., in textu, Torn., Hadam., *celare hæc gaudia jussit*, — *Et legi parens offerri munera templo*. Poelm., pro d. s., Fabr., *celaret gaudia... offerret*. Reg., a pr. m., *celare gaudia... offerret*. Reg., ex correctione, Ott., Davenr., Ald., Rom., Bas., *celare hæc... offerret*.

781. Ald., *projectis*.

783. Ald., Davenr., Had., Poelm., et plerique editi, *repens*. Fabricius edidit *repens*, fortasse pro *repente*, non a *repo*, quod extat etiam in Reg. et Ottobon. Consonat Rom., ubi mendum est *reperis pro repens*, et pro *Cujus* legitur *Ejus*. Duo etiam codices apud Oneisium exhibent *repens*. Reuschius edidit *tepens*, et explicat *remittens*: sed advertit, Prudentium corripuisse etiam primam in *repo*, hymn. 3 Perist. v. 161: *Emicat inde columba repens*. Mihi non satis id constat: nam eo in loco *repens* fortasse positum est pro *repente*: et Isonis vetus glossa explicat *repens—subita*. In not. ad Dracontium, libr. I v. 283: *Et maculosa repit squamis per viscera serpens*, ostendi nonnullam esse rationem, cur prima in *repo* corripui possit. *Repo* per metathesin a verbo græco ἔρω originem trahere confirmat Forcellinus.

NOTÆ.

756. *Librata*, quasi ad libram collocata, ad libram condita, ut nutare nequeant, libellæ instrumento æquata. *Surgunt*, ex Virgilio, l. I Æneid. v. 441: *O fortunati, quorum jam mœnia surgunt*.

761. *Diversis*: nempe oppositis, contrariis, nam hac etiam significatione nomen *diversus* gaudet, quod multis exemplis Lexicographi confirmant, *Lubricum* substantivi more dixerunt Plinius, Macrobius, Ulpianus et alii.

768. *Immensum* adverbii more efferunt Sallustius, Ovidius, Tacitus et alii. *Stupuit* de stupore ex admiratione orto cum accusativo iterum l. II, v. 297: *Stupere magistrum*.

769. Evangelista Matthæus ait: *Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, et non sicut scriba eorum, et pharisæi*. Intelligit ergo Juvencus veterum nomine scribas, et pharisæos, aut etiam seniores.

770. CAPUT XLVI. *Descendens Jesus de monte, leprosum curat*. Matth. VIII, 1. seqq., Marc. I, 40; Luc. V, 12.

774. *Juvenis*. immo *vir plenus lepra*, ut ait Lucas. Adisis not. ad l. II v. 332, 419, de hac voce *juvenis*.

776. *Voluisse tuum*, voluntas tua. Vide not. ad

Dracont. libr. I, v. 367.

777. Virgilius, libr. VII, v. 350: *Volvitur attactu nullo*. Varro etiam ablativo *attactu* usus est: ac negat Forcellinus, extra ablativum casum exempla reperiri... *Purgare* verbum est huic rei accommodatissimum, ut notavit Arnzenius, Observat. Spec. cap. 9. Cyprianus, de idol. Vanit., *Leprosos purgaret*.

780. CAPUT XLVII. *Puerum centurionis paralyticum curatum*. Matth. VIII, 5 seqq.; Lucæ VII, 1.

782. Quem Matthæus *puerum* semper, Lucas plerumque *servum*, aliquando *puerum* vocat. Romani servos suos etiam senes vocabant *pueros*. Confer comment. ad Prudent. hymn. 9 Cathem. v. 1. Non igitur video, cur Juvencus *impubem puerum* dicat centurionis *servum*. Sæpe *juvenem* vocat hominem adultum: at *puer impubes* ad veram pueritiam omnino referendum est.

784. *Dissolvit*: verbum proprium ad paralytin explicandam. Vide not. ad Dracont. l. II, v. 118: *Ossibus et nervis resoluta carne relectis*. Quod *pœna superstes* vitam teneret, ita intelligo, in membris paralyti resolutis et mortuis pœnam fuisse, quæ superstes erat vitæ aliorum membrorum. Confer not. ad v. 605 l. II.

- 785 Sed jussu miserere, precor: nam tecta subire **A** Dentibus horrendum stridens, stetumque fre-
Crimina nostra vetant vitæ, lucisque parentem. [quentans
Nunc verbo satis est jubeas remeare salutem. Perpetuis pœnam cruciatibus acta subibit.
Subjectos mihi sæpe viros sic nostra potestas
Officiis verbo jussis parere coegit.
- 790 Dixerat: ille viri motus precibusque, fideque, 800 At tibi jam juveni mentis virtute fidelis,
Talia conversus populo dat dicta sequenti. **161** Ut credis, veniet fructus cum luce salutis.
Haud umquam talem memini me gentis avitæ
Dixerat, et dicto citius cum voce loquentis
160 Invenisse fidem: sed veris discite dictis, Ad puerum celeris transcurrunt munera verbi.
Quod multos homines diversis partibus orbis Ingressusque donum miles prorante recurso
- 795 Progenies cœli regnum sublime vocabit 805 Prævenis-e Dei lætatur dona medentis.
Cum patribus nostris vitali accumbere mensæ: **A** Edes inde Petri sanctus penetrabat Iesus,
Progenies quorum cæcis demersa tenebris Cujus anhela socrus æstu, febrique jacebat.
Utque illi dextram tetigit Salvator Iesus,
809 Sana ministerium præbebat femina mensis.

LECTIONES VARIANTES.

794. Reg., Ott., Rom., Ald., Torn., Bas., *Quod B* *Act tibi.* Ald., Fabr., Rom., Torn., Bas., *juvenis.*
multos. Hadam., Fabr., Poelm., pro d. s., *Quam* *Alii, juveni.* In Reg. ex *fidelis* factum *fideli*, scilicet
multos. 796. Ald., *vestris*: alii, *nostris.* virtute. Reuschius, *At tibi jam juveni mentis virtute*
797. Torn., Fabr., scribunt *demersa*: plerique, *fidelis*, etc. Scilicet, Tibi, o centurio, fidei tuæ fruc-
dimersa. Bas., *diversa*, minus bene, quamvis bono tus veniet: juvenis, quem adeo fidelem tibi et obse-
aliquo sensu explicari id possit, nempe *opposita*, quentem prædicasti, accipiet lucem salutis, sive sa-
aut in parte contraria et *opposita*. Vide not. ad v. 761. nitate. Duo dativi eidem verbo adjunguntur in hac
798. Ott., a pr. m., *stetamque*. in Reg., a pr. m., Reuschii scriptura et expositione.
fortasse fuit *stetumque*. Scriptura communis, *stetumque*.
805. Ald., Bas., Poelm., pro d. s., *percurrunt*:
799. Reg., *pænæ*; reliqui, *pœnam.* alii, *transcurrunt.*
800. Reg., Ott., Rom., Ald., *At tibi.* Ita etiam 805. Rom., *Provenisse*: melius cæteri *Prævenisse.*
Torn., et Bas. Alii cum Hadam. Poelm., in textu, 808. Reg., *Servator*: reliqui, *Salvator.*
809. Post hunc v. Reg.: *Explicit liber I, Incipit liber II.*

NOTÆ.

791. *Dat dicta*: aliquando *dare verba* significat loqui, non fallere. Exempla protuli in not. ad Dracont. libr. III, v. 456.
792. *Memini me invenisse*: elegans esset cum infinitivo presentis, etiamsi de re præterita sermo sit. Verum etiam cum infinitivo præterito apud Cicero-nem, Virgilium aliosque probos scriptores reperitur.
795. *Cæli regnum sublime* figurate pro *regnator cæli sublimis*. Reuschius supplebat, *Vel cæli regnum tenens vocabit*, vel *Pater cælestis ad cæli regnum vocabit*. Notandum *vocabit* cum infinitivo *accumbere vitali mensæ*. Horatius, libr. II, od. 18, in fin., de Charonte: *Hic levare functum — Pauperem laboribus — Vocatus, atque non vocatus audit*. Nonnulli ita ordinem collocant: *Charon vocatus, atque non vocatus audit levare*, etc. Alii, melius: *Vocatus levare pauperem functum laboribus, atque non vocatus, audit*. Nimirum pauperem a laboribus sublevat, sive ad id vocetur, sive non vocetur. Notandum etiam verbum ipsum *vocabit*, quod absolute positum solemne est pro *invitare ad cœnam*. Hinc *vocator*, et *vocatio*. Exempla, qui voles, leges apud Forcellinum, aliosve lexicographos.
796. Virgilius, I Æn. v. 83: *Tu das epulis accumbere Divum*.
797. Matthæus hic, et cap. XXII, v. 13, vocat *tenebras exteriores*. Mazochius, ad Math. VIII, 12, tom. III Spicil., hanc appellationem desumit ex eo, quod locus carceris secretior, et obscurior erat veluti carcer extra carcerem. Acta S. Vincentii, sect. 8: *Quærite locum tenebrosam, et oppressum urgente tectura, ab omni publica luce sepositum, perpetuaque nocte damnatum, reatui ejus peculiarem, extra videlicet carceres carcerem*.
798. *Horrendum* adverbii more. Virgilius, lib. VI, 288: *Horrendum stridens*. Mitto alios.
799. *Acta, coacta, impulsæ, subacta*. Has enim significationes aliasque id verbum habet.
802. *Cum voce*: vide var. Lect. ad I. II, v. 597, *Cum dicto*.
804. *Recursum* proprie significat reditum, qui currendo fit. Matthæus in Vulgata solum habet: *Et dixit Jesus centurioni: Vade, et sicut credidisti, fiat tibi: et sanatus est puer in illa hora*. Itala in nonnullis mss., plerique Græci codices, Versio Æthiopica, et Syra altera, addunt: *Et conversus centurio in domum suam, eadem hora invenit puerum sanum*.
805. *Lætatur* cum infinitivo satis usitatum est.
806. CAPUT XLVIII. *Socrum Petri febricitantem tactu liberatam*. Matt. VIII, 14 seq.; Marc. I, 30 seq.; Luc. IV, 38.
807. Sedulius, libr. III v. 33: *Forte Petri validæ torreat lampadis æstu — Febris anhela socrum*. Proprie *anhela* est anhelans, ut *socrus anhela*. Sedulius febrim *anelam* vocat, quia *anelare* facit. Consule notas in editione Arntzenii. *Jacebat* apposite etiam dictum: nam hoc verbum sæpe adhibetur, cum de ægris sermo est.
808. *Salvator*: vox antiquioribus ignota, a christianis scriptoribus, Tertulliano, Lactantio, et aliis usurpari coepit: cujus proinde usum egregie vindicat Augustinus, serm. 299, sect. 6. Proferur etiam vetus inscriptio ex Grutero, pag. 15, num. 5: *Jovi custodi Quirino Salvatori pro salute Cæsaris Nervæ Trajani*, etc. Isidorus, I. VII Orig. cap. 2, cum S. Angustino idem verbum defendit. Annotator Isidori advertit, *sotera*, seu *salvatore* non satis exprimi *salvatoris* voce.
809. *Ministerium præbere* dixit Ulpianus, ut alii *ministerium præstare, facere*.

LIBER SECUNDUS.

162 Jamque dies prono decedens lumine, A
[pontum
Inciderat, furvamque supernox cœtula pallam
Sidereis pictam flammis per inane traherat :
Cum multos homines, mentis languore ruentes,
5 Devinctosque animam scelerata dæmonis arte,
163 Certatim populi cæca jam nocte ferebant.
Sed verbum Christi, tanto languore remoto,

Omnibus indulgens præbebat munera Poëta.
Ecce sed exortus major cum luce tumebus
10 Gratantis populi cum turbis : anxius ille
In mare velivolam celsam deducere jussit
Discipulis puppim. Precibus tuæ scriba profusis
Navigio Sancti pariter posebat abire.
Olli Christus ait : Quo me tu, scriba, sequeris ?
15 **164** Vulpibus in saltu rupes excisa latebram

LECTIONES VARIANTES.

2. Reg., Torn., *Contigerat*, et in Reg. supra tamquam glossa *Inciderat*, vel *intraverat*. Communis lectio *Inciderat* proba est. Apud Reuschium nonnulli eum Aldo *œmula* : sed *cæcata* epitheton nocti convenientissimum esse, ex Græcorum appellatione apposite notavit Kœnigius.

5. Reg., Ott., Rom., Poelm., pro d. s., *Devinctosque animam*, qui Græcismus est vulgo notus. Plerique editi *Devinctasque animas*. In Torn. mendu videtur *Devinctasque animas*.

7. Rom., *ferebant* — *Ad verbum Christi : tactu languore remoto*.

8. In Poelm. error videtur *munera* : in aliis est *munera*, et glossa in Reg. *sanitates*.

9. Ott., Rom., Torn., *exorta*. Reg. *extorta*, non bene. Aldus edidit *exortas* in Erratis correxit *exortus*, quod habent Hadam., Poelm. in textu, et alii.

10. Plerique sic interpungunt *Gratantis populi, cum turbis anxius ille* : quot sic exponendum est, eum ille anxius pro turbis. Distinguo, *Gratantis populi cum turbis : anxius ille*.

12. Plerique, *Discipulis*; nonnulli apud Omeisium, *Discipulos*. Utrumque rectum est. Rom., *profusus* : B rectius alii, *profusus*.

13. Omeisius testatur, nonneminem legere *malta sancto* pro *Sancti* : quo nomine Juvencus per antonomasiam Christum frequenter appellat. Et hæc est glossa Reg., *Sancti—Christi*.

14. Illic, et aliis in locis variant mss., et editi : modo *olli*, modo *illi* scribitur.

15. Reg., Ott. scribunt *rupis*. Observat Reuschius, in Fuldeusi non male legi *rupes excisa*, ut *excisum austrum* apud Senecam Tragicum, *excisa saxa* apud Senecam Philosophum.

NOTÆ.

1. CAPUT I. *Plurimos ægrotos curatos, ac verba Domini ad scribam, qui eum sequi volebat*. Matth. viii, 16, sequi; Marc. i, 32; Luc. ix, 58. Advertendum est, in ea distinctione capitum Evangelii Matthæi, qua nunc ultimur, librum secundum Juvenci inchoari v. 16 cap. viii. At olim alio modo capita indicabantur, ut videtur licet apud Martianum et Sabatierum. Juvencus igitur, Matthæum postissimum secutus, primum librum perduxit ad caput xx Matthæi juxta veterem capitum distinctionem : inde a cap. xxi exorsus est librum secundum sui carminis, quem perduxit ad caput usque xl. Librum iii a cap. xli ad caput lxxii continuavit. Postremus liber historię evangelicę reliqua Matthæi capita a c. lxxii ad caput ultimum lxxiv comprehendit. In primo hujus libri versu notandum est *prono lumine* : nam *prona dies, pronum sidus, prona lux* eleganter a poetis dicitur, cum ex prope occasum sunt. Badius ait : *Descriptio temporis vespertini, qua nihil elegantius*.

2. *Inciderat pontum* pro *Inciderat in pontum* : sic poeta, v. 591 : *Foveam si forte pecuscula vestra — Inciderint*. Prudentius, Psychom. v. 270 : *Hunc eques illa dolum, dum fertur præpete cursu, — Incidit*. Nephs in Aulico, cap. 10 : *Ne quod periculum incideret, quod noctu febat, præsidium ei misit*. Quædam alia Virgilia et Lucretii allegantur, sed dubiæ lectionis. Super videtur hic positum pro *desuper*. Nocti tribuitur *palla*, quæ est vestis muliebris. Vide not. ad Dracont. l. i. v. 521, et comment. ad Prudent. hymn. 5 Gethem. v. 27, 28, quo loco Prudentius Juvencum *visas est Giselmo imitari* : Absentemque diem lux agit *œmula*. Barthius, libr. x Adversus. cap. 20 : *Peplum illum (noctis) non inelegerat describi Juvencus initio l. ii : Ne quis in poeta Christum professo insolens hoc opinetur. Jamque, etc. Eleganter quidem; et non pauca in eo poeta, que pressisse ingenium in gratiam materiæ arguunt, ut docebimus aliquando prolixius, præcipue cum optimo exemplari membraneo sinus instructi, quo melius neminem hactenus contulisse, sed*

nec videre opinamur.

3. *Flamma, et ignis* ab antiquis, sed præsertim a poetis passim sideribus tribuitur. *Per inane* : id etiam poeticum est pro *per ærem*. Vide l. i, v. 596.

6. *Cæca nocte, obscura. Ferebant* : adverbium temporis cum indicativo jungitur, cum mentio temporis præcessit. Vide l. i vers. 517 sequi.

9. Libro i, vers. 80 : *Cum luce solutis*.

10. *Gratantis*, gratulantis, vel potius gratias agentis. Nam *grator* hanc etiam significationem habet, quamvis dubia nonnullis videatur lectio apud Ovidium l. iii Fast. vers. 418, qui pro *Gratore* legitur *Cratera*. *Anxius*, ut alii distinguunt, ponitur cum dativo. Ovidius Heroid. epist. 20, vers. 198, *Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ*, hoc est, pro tua vita.

11. *Mare velivolam*, ex Virgilio. Vide not. ad Dracont. l. ii vers. 185, *Deducere puppim*; phrasis nautica, cum naves ex navibus, seu portu in mare ducuntur. Loca similia scriptorum Lexicographi indicant. Evangelista panca ait : *Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit ire trans fretum*. Versio antiqua : *Jussit discipulos suos ire trans fretum*.

15. Navigium de quovis navis genere dicitur. Omeisius *navigio* pro navi more scriptorum sequioris fatimitatis positum ait.

14. Interpretatio verborum Matthæi : *Et accedens unus scriba, ait illi : Magister, sequar te quocumque iteris. Et dicit ei Jesus : Vulpes foveas habent, et volucres cœli nido : filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput*. Simili modo explicat Hieronymus, dum Jesum sic loquentem inducit : *Quid me propter divitias, et sæculi lucra sequi vis, cum nec hospitium habeam*. Juvencus autem potius notare videtur perfidiam Judæorum eum insectantium : ait enim vers. 18 : *Gentis sic sunt molimina vestræ*.

15. *Latebræ* in plurali magis usitatum : sed tot sunt exempla singularis *latebra* apud probatissimos scriptores, ut in controversiam id vocari non debeat.

- Præbet, et aeris avibus dat silva quietem, **A** Pontus, et immensis hinc inde tumescere
 Ast hominis nato nullis succedere tectis [ventis
 Est licitum : gentis sic sunt molimina vestræ. Instat, et ad cælum rabidos sustollere montes.
 Tunc e discipulis unus sic ore rogabat : **30** Et nunc mole ferit puppim, nunc turbine pro-
20 Ultima defuncto debentur munera patri. [ram,
 Hinc spatium tribuat nobis tua, Sancte, voluntas, Illis et super laterum tabulata receptant
 Ut liceat miseri genitoris condere corpus. Fluctus, disjectoque aperitur terra profundo.
 Christus ad hæc : Itiner potius comitabere nos- Interea in puppi somnum carpebat Iesus.
 Et sine defunctis defunctos condere terræ. [trum, Illum discipuli pariter, nautæque paventes
25 165 Conscendunt navem, ventoque inflata [tumescunt
 Vela suo, fluctuque volat stridente carina. **35** Evigilare rogant, pontique pericula monstrant.
 Postquam altum tenuit puppis, consurgere in Ille dehinc : Quam nulla subest fiducia vobis!
 [iras **166** Infidos animos timor irruit ! Inde procellis
 Imperat, et placidam sternit super æquora pa- [cem.

LECTIONES VARIANTES.

- 16.** Rom., *Æthereis avibus præbet ut silva quietem, non inepte, et fortasse legendum est ac silva. Prius fuit silvam. Alii aeriis, alii aereis scribunt.*
17. Bas., *secedere tectis* : melius cæteri, *succedere.*
18. Octob., Poelm. pro d. s., *gentis sic est intentio vestræ. Alii, gentis sic sunt molimina vestræ. Infra vers. 310, Ille sed internæ cernens molimina mentis. Alibi pariter eodem vocabulo utitur Juvencus.*
21. Rom., Ald., Bas., *Sed* : alii *Hinc.* Ott., Reg., Rom., Ald., Torn., Bas., *nobis tua.* Had., Fabr., Poelm., *tua nobis.* Plerique, *sancta* ; in Ott. videtur esse *Sancte*, quod, ut puto, a manu Juvenci est : nam solet ita Christum appellare : et infra vers. 181 simili modo ait : *Haud dubium est, quin larga Dei te, Sancte, voluntas, etc.* Consule, si placet, notam ad vers. 96 hymni 5 Cathemerinon Prudentii : *Nos igitur tua, Sancte, n anus.*
23. Octob. a pr. m., *itener*, correctum per *itiner*, quod habent plerique. Bas., Poelm. pro d. s., *callem.* Aldus, *calcem.* Fabricius legit *itiner*, et in comment. observat, pro *itineris* passim *iteris* apud Juvencum reposuisse Georgium Cassandrum : se autem ait in suo vetusto codice aliter invenisse : nimirum *vide*, aut aliquid aliud. Vide lect. var. ad vers. 325 l. 1. Rom. depravate. *Christus ad hæc : itinere melius contrahere naturam. Toru., itiner melius comitabere nostrum. Alii potius pro melius.*
24. Rom., Torn., Bas., Ald., *terræ.* Alii, *terra.* Vide l. III, vers. 69, ubi omnes legunt *Discipuli condunt terræ.*
25. Rom. scribit *navim.*
26. Ott. pro d. s., *statique volat.*
23. Reg., et *immissis hic* : Torn., et *immissis hinc* : alii, et *immensis hinc* : quod mavult Reuschius, ut repetitæ voculæ *tumescere* significatus augeatur. Citero dixit pariter *immensus aer*, Virgilius *immenseæ nubes.*
29. Reg., *Instat, et ad cælum rapidos sustollere.* Ald., Bas., Torn., *Cœpit, et ad cælum rapidos.* Rom., Ott., Had., Poelm. in textu, et alii, *Instat, et ad cælum rabidos.* Fabr., *Cœpit, et abruptos ad cælum tollere montes.* Poelm. pro d. s. tres versus apponit pro hoc solo, scilicet, *Ventorum rabies, mixtis hinc inde procellis.* — *Cœpit, et ad cælum rapidos sustollere montes* : — *Pontus ei abruptos tollit trans sidera montes.* Omeisius ait, verbum *sustollere* probum esse, quo et antiquiores usi, et Juvencus l. II, vers. 599, libr. III, vers. 336.
31. Poelm. pro d. s., *receptat* : melius *receptant*, neimpe tabulata super, vel desuper *receptant.* Id placebat etiam Reuschio, qui in nonnullis codic. ait legi *receptat.* Non autem absurdum censet, si *super* Græcorum more cum casu secundo *laterum* constructum. Vide Vossium de Construct. cap. 65, p. 585.
32. Poelm. pro d. s., Torn., *dissectoque* : alii, *disjectoque*, quod melius est.
33. Rom., *carpebat* : cæteri, *carpebat.*
36. Reg., Octob., Rom., Poelm. pro d. s., *quam nulla subest.* Ald., et plerique editi, *quam parva subest.* Nullus saepe est levis, exiguus, inanis. Terentius Hec. v, 5, 2 : *Ob rem nullam misit.*
37. Fabr., *timor arguit* : mss. et omnes alii editi, *timor irruit*, et in Reg. glossa, *Mvantis vox.* Fabricius fortasse ex Virgilio IV Æn. vers. 15 *arguit sompnis* : *Degeneres animos timor arguit.* Omeisius vulgatam lectionem, quæ codicum auctoritate nititur, præferendam recte existimat. Nonnulli cum interrogationis nota efferunt *Infidos animos timor irruit?*

NOTÆ.

- 17.** *Succedere*, subire, de eo, qui domum aliquam **D** subit, frequenter usurpatum. Cicero Pro domo sua cap. 44 : *Ut is, qui in Marsis, ubi natus est, lectum quo imbris vitandi causa succederet, nullum haberet, ædes in Palatio nobilissimas emisse se diceret.* Virgilius libr. I Æneid. vers. 634 : *Quare agite, o tectis, juvenes, succedite nostris.*
18. *Molimina* vide l. I vers. 557.
19. CAPUT II. *Jesus discipulo præcipit, ut sequatur, patre inhumato relicto.* Matth. viii, 21 seq. ; Luc. ix, 59 seq.
20. *Munera ultima*, sive officia suprema de funere scite dictum. Virgilius libr. vi vers. 213 : *Et cineri ingrato suprema ferebat. Munera.* Confer comment. ad Prud. hymn. 10 Cath. vers. 47, *Honor ultimus accipit artus.*
25. CAPUT III. *Jesus in navi dormientem excitant discipuli, quo tempestatem sedet.* Matth. viii, 23 seqq. ; Marc. iv, 35 seqq. ; Luc. viii, 22 seqq.
26. Verbis in re nautica maxime propriis nititur, *Conscendunt, volat, stridente, etc.*, quibus explicandis diutius immorari nos non licet.
27. Libr. I, vers. 535 : *Ne quis consurgere in iras — Audeat.*
31. *Tabulatum* est superficies, tabulis junctis constrata.
32. *Profundum* pro mari. Vide not. ad Bracont. l. I, vers. 394.
36. Evangelii hæc sunt verba, *Quid timidi estis, modicæ fidei?*
38. *Sternere æquora, undas* vulgo notum. *Sternit pacem*, id est, tranquillitatem inducit.

Illi inter sese timidis miracula miscent A
 40 Colloquiis : quæ tanta illi permissa potestas,
 Quodve sit imperium , cui sic freta concita
 [ventis,
 Erectæque minis submittant colla procellæ.
 Jam Gerasenorum steterat sub littore puppis;
 Ecce' sed egresso juvenis (mirabile dictu)
 45 Occurrit, miseram cui mentem spiritus ater
167 Immunda implebat lacerans virtute furoris.
 Illi grata domus tetris habitare sepulcris :
 Nec poterat rabidum quisquam retinere furorem.
 Fortia quin etiam rumpebat vincula ferri,
 50 Scindebatque graves, ut lanæ fila, catenas.

Et jam compedibus levis insultare solutis
 Ludus erat, saxisque ferum concidere pectus.
 Isque ubi pergentem Christum per littora vidit,
 Cum clamore ruit, longæque accurrit adorans :
 55 Regnantis semper Domini certissima proles,
 Oramus, ne nos solitæ regionis ab oris
 Executias, longe tormentis excruciatos.
168 Nam nomen Legio est nobis, multosque
 [sub uno
 Nomine consociat flatus vis sola nocendi.
 60 Cernis, ut immundi subigant hæc pascua porci?
 His saltem liceat rabiem satiare repulsam,
 Per Patris altithroni nomen sublimè rogamus.

LECTIONES VARIANTES.

59. Ott., *timidi*; alii, *timidis*.
 40. Ald., Had., Fabr., Poelm., et alii editi, *quæ tanta illi permissa*. Reg., *quæ tanta sibi est permissa*. Rom., *quæ tanta sibi permissa*. Ott., *quæ tanta sit ei permissa*, ut videtur. Aliud prius erat, sed abrasum est. In Reg., *sibi est pro ei*.
 42. Ald., Torn., Bas., *nimis*. Alii editi cum mss., *minia*.
 43. Reg. scribit, *Jerasenorum*.
 45. Reg. a pr. m., et Ott. a pr. m., *uisero cui*, uterque a sec. m., *miseram cui* cum Rom. et aliis. Ott., *acer pro ater*.
 46. Editi plerique, *Immunda implebat*, quod etiam in Rom. legitur. Poel. pro d. s., Reg., *Horrenda*, et in Reg. glossa *pavenda*. In Ott. forte fuit *Immundam*, nunc est *Immunda*.
 47. Aldus edidit *terris pro tetris*: in Erratis sic legit hunc versum *Illi grata domus habitare sepulcris*: desideratur *tetris*.
 48. Torn., Fabr. cum mss. Reg., et Ott., *rabidum*. Alii, *rapidum*. In Reg. videtur fuisse *poterant pro poterat*.

B 49. Sabatierius edidit *rumpebant*, quod mendosum est. Rom., Ott., Ald., Poelm. pro d. s., *Fortia*.... *ferri*. Reg. cum aliis, *Ferrea*.... *vincula membris*.
 50. Rom., Reg., Ott., Ald., *lanæ fila*. Hadam., Poelm., Fabr., *linea fila*.
 51. Mss. Torn. et Poelm. pro d. s., *solutis*. Plerique editi *soluto*.
 52. Ott., *Nudatis*: *saxisque*. Alii, *Ludus erat*, *saxisque*. Rom., *feris*.
 53. Poelm. pro d. s., *ibi*: alii, *ubi*. Libenter legem *Is ubi*.
 56. Hadam., Poelm., Fabr., *solitæ ne nos*. Aldus cum mss., *ne nos solitæ*.
 57. Reg., *Extrudas longe*. Ott., Rom., Hadam., *Executias longe*. Aldus, *Executias, valde*.
 60. Ald., Poelm., Had., Fabr., et alii editi, *subigunt*. Mss. Ottob., Reg., Rom., *subigant*. In Ott. prætermisus fuerat hic versus, sed adjectus est in principio paginæ. Interrogatio deest in aliis.
 61. Poelm. pro d. s., *saltem libeat*.
 62. In Reg. videtur fuisse *numen pro nomen*.

NOTÆ.

39. *Illi inter sese*: hemistichium Virgilianum libr. C
 111, vers. 452.

42. *Submittant colla*: desumptum ex more veteri triumphantium, quorum pedibus colla bello captorum protrebantur. Vide not. ad Dracontii Satisfact. v. 167.

45. CAPUT IV. *In terra Gerasenorum dæmonia ab homine expulsa, et in porcos missa*. Matth. viii, 28 seqq.; Marc. v, 11; Luc. viii, 32. Apud Juvencum, ejusque æquales *sæpe* redundat, aut ponitur pro *in*, ut *steterat sub littore puppis*.

44. *Juvenis*. Lucas ait *vir quidam*, neque aliunde constat fuisse juvenem. Sed Juvencus pro homine alibi etiam ponit *Juvenem*, ut paulo post v. 76, et l. I, vers. 774. Duos dæmoniacos tunc a Domino sanatos narrat Matthæus, unius tantum mentionem faciunt Lucas et Marcus, vel quia unus sævior, notiorque fuerat, vel quia satis esse duxerunt, si unum commemorassent. Fabricius in Comment. poet. Christ. verbo *Bustialis*, et in expositione ad hymn. 9 Cathem. Prudentii vers. 52 observavit, Sedulium cum Marco (corrige *cum Mathæo*) duos dæmoniacos posuisse, Prudentium, et Juvencum cum Luca et Mathæo (corrige *et Marco*) unum tantum. In expositione hymni 10 Peristeph. v. 37 recte ait, Prudentium, et Juvencum cum Marco de uno tantum dæmoniaci loqui.

45. *Spiritus ater* de dæmone. Sedulius l. iv, vers. 160: *Nec tantum hoc gaudete, viri, quod spiritus ater — Subjacet vobis*. Christiani dæmonem nigrum, atrum, aethiopem appellare solent.

46. *Virtus* in malam partem raro, aliquando

tamen accipitur. Statius libr. xi Theb. init.: *Postquam magnanimus furias virtutis iniquæ—Consumpsit Capaneus*.

51. Sacer textus apud Marcum: *Quoniam sæpe compedibus et catenis victus, dirupisset catenas, et compedes comminuisset, et nemo poterat eum domare*. Igitur illi homini de dæmone obsesso, solutis compedibus, levis ludus erat insultare eos qui eum domare vellent. *Insultare aliquem*, vel *in aliquem* est vexare, infestare.

52. *Ludus erat*: facile erat. Phrasis bene Latina. Cicero lib. I de Fin. cap. 8: *Cum præserim illa perdiscere ludus esset*. Silius libr. xvi, vers. 575, al. 566: *Cui ludus nullam cursu non tollere damam*. Virgilius l. ix, vers. 606: *Flectere ludus equos*.

56. *Regionis ab oris*: hendiadys, unum per duo. Vide not. ad Dracont. vers. 21, lib. III.

57. Marcus sic habet: *Adjuro te per Deum, ne me torqueas*. Sic etiam obsessi alii exorcismis se torqueri professi sunt. Vide comment. ad vers. 415 Apotheos. Prudentii.

59. *Multos flatus*, seu spiritus sub uno nomine consociat vis sola nocendi.

60. *Subigant pascua*, quia terram quasi aratro versant. Id enim significat *subigere arva*. Denotat etiam *subigo, in altum ugo*, quod huic loco congruere potest.

61. Glossa Reg., *His—porcis—repulsam—ab homine*.

62. *Altithroni*: vide not. ad l. I, vers. 32. Ratbertus carm. 2 editionis Rivini non solum hæc voce *altithronus*, sed etiam *celsithronus* usus est.

Imperat iis hominis mentem dimittere Christus, A
Porcorumque sinit gregibus finire furones.

65 Jamque hominis stupidum, decusso dæmone,
[pectus
Insperata suæ veneratur dona salutis.

Et jam præcipites scopulorum margine porci
In mare dejecti properant disperdere vitas.

At vero e speculis miracula tanta paventes

70 Diffugiunt, urbisque ruunt ad tecta subulci,
Et famam accendunt, populosque ad littora
[cogunt.

169 Insanum vero juvenem postquam respisse
Credere cernentum populorum turba coacta est,
Orabant pavidi, regionem linqueret illam.

75 Inde domum repedit terrarum lumen lesus.

Ecce revertenti juvenis torpentia membra,
Officium quorum morbus dissolverat acer,

Ante pedes Christi lecto posuere cubantem.

Quem miserans animo verbis compellat lesus :

80 Adsit certa tuæ, juvenis, constantia menti,
Nam tibi præteritus vitæ donabitur error.

170 Hoc dictum Scribæ mentis, per operta ma-
[lignæ

Carpébant, quod verba Dei virtute ferenda

Protulerat. Christus sed pectora talia cernens,

85 Hoc, inquit, verbum Scribarum dicta retractant.

Quod quanto levius fuerit dixisse, sequentis

Et dicti, et facti pariter virtute probabunt,

Et mihi concessum peccata remittere cernent.

LECTIONES VARIANTES.

65. Pro *decusso* Kœnigius suspicatur *discluso*. Sic I. III, vers. 193 legit, *Virginis et mentem, discluso aemone, virtus*. Alii, *discusso*. Pro *expellere* alibi etiam Juvencus usurpat *discludere*, ut I. III, vers. 162.

68. Reg., *In mare conjecti*. Ald., Poelm. pro d. s., *vitam*; alii, *vitas*.

69. Reg., *At vero ex scopulis*. Rom., *At vero scopulis*. Ott. cum editis, *At vero e speculis*.

71. Reg., Ott., Rom., Torn., *Et famam accendunt*. Plerique editi, *Et famam spargunt*. Poelm. pro d. s., *Et famam intendunt*, quod in Parisina repertum Omeisio non displicebat, ut apud Tacitum, *Intenditur socordia*, hoc est, augetur. Ita etiam edidit Reuschius. Verum *accendunt* eadem significatione elegantius videtur. Sic dicitur *accendere* ludicram, alacritatem, sitim, spem, curam, desiderium, vitia, preterium.

72. Ams. Reg., Ott., Rom. cum editis Bas., Ald., Poelm. pro d. s., *Insanum vero juvenem postquam respisse*. Hadamar., Torn., Fabr., Poelm. in textu, Reusch., *Insanum juvenem postquam respisse videbant*.

74. Rom., *regionem ut linqueret illam*.

77. Reg., *dissolverat æger*.

78. Reg., Ott., Rom. cum Poelmann. pro d. s., *Ante pedes Christi lecto posuere cubantem*. Ald. et fere omnes alii editi, *Ante pedes ponunt tepido recu-*

bantia lecto. Reuschius priorem lectionem genuinam esse Juvenci confirmat: qua synthesis generis elegantissima sit. Nimirum *juvenis torpentia membra* positum est pro *juvene habente torpentia membra*. De ejusmodi mutatione generis vide not. ad Dracont. vers. 153. Satisfact. Eadem figura alibi etiam occurrit apud Juvencum.

83. Sabatierius, nescio, unde profert *virtute ferenda*. Probum est *ferenda*, hoc est, proferenda.

84. Editi interpungunt, *Protulerat Christus: sed pectora*. Melius videtur cum Rom., *Protulerat. Christus sed pectora*.

85. Ald. cum nonnullis *retractant*; alii, *retractant*. Rom., *mendose, retractans*.

86. Ald., Poelm. pro d. s., Bas., *Quod quantum facile fuerit dixisse*. Rom., *Sed quanto levius fuerat, dixisse*. Ott., *Quod quanto levius dixisse*, supra insertum fuerit inter *levius*, et *dixisse*. Reg., Hadam., Poelm. in textu, Torn., *Quod quanto levius fuerit dixisse*.

87. Ald., Fabr., Had., Poelm. in textu, Torn., *probabo...* Poelm. pro d. s. cum mss. Rom., Reg., Ott., *probabunt*: glossa in Reg., *probabunt—Scribe*; in Ott. a pr. m. fuit *probabant*. Reuschius sustinet *probabunt*, tum quia sequitur *cernent*, tum quia Domini laudes populus celebrasse dicitur vers. 93 seq.

88. Ald., Fabr., *cernant*. Poelm., Hadam., *cer-*

NOTÆ.

65. *Hominis pectus* figurate pro *homo stupidus*. Virgilius I. XI, vers. 215: *Hic chara sororum—Pectora mærentum, puerique parentibus orbi*.

66. *Dona salutis*: scilicet datorem salutis.

68. *Vitas* in plurali rarum; sed ab A. Gellio non semel usurpatum, et in editis a Cornelio Nepote: nam codices mss. hujus *vitam* præferre, nonnulli testantur.

69. *E speculis*: vide vers. 715, l. IV.

72. *Respicere* est ad pristinum sensum statum redire. Præteritum verbi *respisco*, et *resipio* est *resipivi, resipii, resipui*; hinc per contractionem *resipisse*. Plautus Ml. IV, 8, 35: *Jam resipisti?* Syntaxis horum versuum est: *Postquam turba cernentum populorum coacta est credere, insanum juvenem resipisse, orabant pavidi, etc.*

75. CAPUT V. *Jesus paralytico sanato jussit abire, humeris imposito lecto*. Matth. IX, 1, etc.; Marc. II, 4, etc.; Luc. V, 17 seqq. *Jesus terrarum lumen* postea etiam dicitur vers. 735 h. I.

76. *Juvenis*, scilicet homo, qui erat paralyticus, ut ait Lucas. Confer not. ad vers. 44.

77. *Dissolverat*, pralysi conveniens verbum, ut dixi ad vers. 784 libr. I.

81. *Præteritus vitæ error*: figurate, et potuit quidem dixisse *præterite vitæ donabitur error*, sed alio

modo venustus est. *Donabitur error*, remittetur, ut I. III, vers. 436: *Sed decuplata super donentur vulnera fratri*. Alia indicat Arntzenius ad Sedulium I. II vers. 26. Similia exempla attuli ad Dracont I. II vers. 556, *Donatque reatum*, Adde nunc, ex hac significatione verbi *dono* natum, quod sequenti sæculo pro *veniam concedere* multi usurpaverint *perdonare*; de quo vide Ducangium. Vocabuli Hispanici *perdon*, et *perdonar* aliam originem incassum alii quæerunt.

82. *Opertum* substantivi more. Cicero Parad. IV sub fin., Prudentius hymn. 11 Perist. vers. 169. Vide comment. ad hunc locum Prudentii.

84. Mathæus ait: *Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, etc.* Nimirum pectore consilia, et cogitationes versari veteres, præsertim poetæ, dicebant. Quare pectus pro cogitatione, et consilio nonnumquam sumitur. Livius I. I, cap. 59: *Ibi oratio habita, nequaquam ejus pectoris, ingenique, quod simulatum ad eum diem fuerat*.

85. *Retractare* præter alias significationes denotat etiam improbare, reprehendere, reprobare. Gellius I. XIV, c. 3: *Eo facto, scriptoque ejus usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro mentione Cyri regis habita retractandi, levandique ejus operis gratia, etc.* Videlicet ut Cyropædiam Xenophonti, notaret, ac reprehenderet.

- Quapropter juvenis, firmato corporis usu, **A**
 90 Surgevigens, stratumque tuum sub tecta referto.
 Surrexit, lectumque humeris jam fortibus aptat,
171 Per mediumque vigens populi mirantis
 [abibat.
 Tunc timor, et laudes Domini per pectora plebis
 Concelebrata, simul miracula læta frequentant.
 95 Progrediens tunc inde ad vectigalia, vidit
 Consensu in medio Matthæum : protinus illi
 Discipulis hærerere jubet; nihil ille recusans
 Imperio Christi paret, gaudetque secutus.
 Inde iter ingrediens, simili sermone Philippum
 100 Hortatur, comitenque suis ascivit amicis.
 Ille abit cognovit Christi viresque, viamque,

- Ut primum justo concurrat Nathanaeli,
172 En nostris, inquit, concessum est visera
 [seclis,
 Quem voces veterum, et sancti cecinere pro-
 [pheta.
 105 Hunc genuit veniens Davidis origine Ioseph.
 Nazara cui felix patria est, et nomen Iesus.
 Ille refert : Genuit quidquam si Nazara, miror,
 Quod dignum tantis umquam virtutibus esset.
 Inde Philippus ait : Cernes, dubitare quiesce :
 110 Progrediensque vide; nam oculis spectare li-
 [cebit.
 Illum ubi tendentem longe respexit Iesus :
 Vir venit huc justus, cui pectora nescia falsi,

LECTIONES VARIANTES.

nent, sed Poelm. pro d. s., cernant, Mss. Rom., Reg., Ott. cernent, sed in Reg., et Ott. prius fuit cernunt. Qui legunt cernant, præmittunt Ut; qui cernent, præmittunt Et.

90. Poelm. pro d. s., Fabr., sub tecta reporta.

96. Mss. Reg., Ott., Rom. constanter scribunt Matthæum.

98. Reg. gaudet secutus : emenda gaudetque secutus, quod lex meiri postulat.

102. Ald., Had., Tum primum. Rom., Reg. cum aliis editis Ut primum, et glossa in Reg. postquam. Ott., Et primum. Poelm., in textu, Tum primum, pro d. s., Ut primum.

103. Reg., In nostris . . . surgere seclis. Ott., En nostris . . . visere, sed videtur prius fuisse, Et nostris. Rom., In nostris . . . visere. Editi plerique, En nostris . . . visere. Poelm., pro d. s., Et nostris . . . surgere.

101. Ottob., Quæ voces : melius, Quem voces.

103. Rom., Ott., Torn., Bas., Ald., Poelm., pro d. s., Hunc genuit veniens Davidis origine Ioseph. Sic Hadam., Fabr., Poelm. in textu, sed virgo pro Ioseph. Reg., Filius inventus Davidis origine Ioseph.

106. Rom., patria, et nomine Iesus non bene.

109. Rom., Unde : alii Inde. Rom., Reg., a pr. m., Fabr., Poelm., d. s., Torn., cernes, dubitare

B quiesce. Ott., Reg., a sec. m., Daventr., cernis : dubitare quiesce. Ald., Bas., cernens dubitare quiesce. Pro desine dubitare recte usurpatur dubitare quiesce. A. Gellius, l. ii, cap. 28 : Statuere, et edicere quiescebant. Sacer textus habet, Veni, et vide. Coniciebam cernens dubitare quiesces, omisso versu seq., qui inutilis est. Hadamar., Poel., in textu, cernes noli dubitare.

110. In mss. ita legitur hic versus : Progrediens vide, nam oculis tueri licebit : in Rom., Progrediensque, in Ott. factum tueri ex tueri. Editi omnes, Progrediensque vide, nam oculis spectare licebit. Fortasse totus hic versus glossa est, quæ ab aliquo in textum invecta fuerit.

112. Rom., Ott., Reg., Vir venit huc justus, cui nescia pectora falsi, subaudito ait, vel dixit. In Reg. videtur fuisse huic, aut hunc pro huc. Poelm., in textu, Hadam., Fabr., Vir venit hic justus., Poelm., pro d. s., Torn., Vere, ait, hic justus. Ald., Bas., Vir, ait, hic justus. Reuschius ait, ad scriptoris divini verba magis accedere Vere, ait, hic justus : sed veretur, ne Juvencus scripserit : Vir venit hic justus. Poelm., pro d. s., Parisina editio apud Reuschium, nescio fellis, quod haud ineptum est, ut Reuschio videtur. Lectio vulgata verior est ex sacro textu : In quo dolus non est.

NOTÆ.

90. Stratum proprie est id, quo lectus operitur : sed pro lecto ipso accipi solet.

91. Fortibus, bene valentibus, robustis : etsi enim fortis ad animum plerumque referatur, tamen de robore corporis interdum ab optimis scriptoribus usurpatur.

92. Quintilianus, libr. iv, cap. 2 : Nec liceat ire per medium.

95. CAPUT VI. Matthæus ad apostolatam vocatur. Matth. ix, 9, etc.; Marc. ii, 13, etc.; Luc. v, 27, seqq.

99. CAPUT VII. Philippus ad apostolatam vocatur : et verba Christi ad Nathanaelem. Joann. i, 43 seqq. Statim post vocationem Petri narrat Joannes vocationem Philippi : Intuitus autem eum Jesus, dixit : Tu es Simon filius Jona : tu vocaberis Cephas; quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galileam, et invenit Philippum. Et dicit ei Jesus : Sequere me, etc. Lamyus hunc ipsum ordinem tenet : etsi enim alii evangelistæ narrent, Jesum secessisse in Galileam, postquam audierat, Joannem carceri traditum esse, tamen id ita interpretatur, ut dicat, bis Joannem in carcerem fuisse conjectum, primum a proceribus synedrui Hierosolymitani, postea procedente tempore ab Herode. Alii, rejecta hac Lamyi opinione, censent, eadem die Christum et a Judæa in Galileam migrasse, et Philippum Apostolum vocasse, et ad nuptias invitatum miraculum illud mutatæ in vinum aquæ

fecisse, Juvencus vocationem Petri multo ante narravit; postea plura addidit miracula a Christo patrata : ac tandem vocationem Matthæi, Philippi et Nathanaelis recenset. Non igitur putabat, miraculum in Cana Galilæe, quo aquam in vinum convertit, fuisse primum eorum omnium, quæ palam fecit Jesus, sed primum eorum, quæ fecit in Cana Galilæe : nonnulli enim sic interpretantur Joannem. Plerique tamen intelligunt, revera conversionem aquæ in vinum in Cana Galilæe fuisse primum omnium miraculorum, quæ saltem publice fecit Jesus, ut se a Patre missum ostenderet.

101. Viam, rationem vitæ, aut etiam legem, aut mores : nam in sacris litteris via hæc aliasque similes habet significationes.

102. Concurrat Nathanaeli, convenit Nathanaelem. Terentius, Eunuch. ii, 2, 25 : Concurrant læti mihi, obviam cupidinarii.

103. Philippus dixit Nathanaeli : Invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth. Putabat tunc Philippus, Jesum a Josepho genitum. Hoc certe Juvencus Philippo tribuit.

107. Miror si Ciceroniam est.

111. Tendere pro iter facere, pergere, venire. Sæpe tamen hoc sensu accusativum aliquem habet, quem hic facile supplebis : illum ubi tendentem ad se e longinquo, etc.

- 173** Virtutem puram servans, sine fraude A
[maligna.
Ille sub hæc : Ubinam, vel quo me tempore
[nosti?
115 Cui Dominus dicta hæc divino pectore promit :
Cum te diffusæ tegerent umbracula ficus,
Ante etiam quam te vocitarent verba Philippi,
Vidit, et elegit comitem te spiritus auctor.
Talibus attoniti sequitur vox Nathanaelis :
120 Progenies veneranda Dei, rex inclyte gentis,
Tu populi, terræque salus, vitæque magister.

- Christus ad hæc : Facilis suasit tibi credere
[virtus,
Arborea quod te vidi recubare sub umbra.
174 Sed majora dehinc rerum miracula re-
[stant.
125 Cernētis, pariter totum se scindere cælum,
Atque Dei celeres athram penetrare ministros,
Inde hominis nato claram deferre coronam.
Interea thalamis connubia festa parabant
In regione Canan, ubi clari mater Iesu
130 Nato cum pariter convivia concelebrabat.

LECTIONES VARIANTES.

- 113.** Reg., Torn., *servans*, quod videtur fuisse in Ott., ubi nunc apparet *servans cum* Rom. et editis. Reg., *sine fraude nocendi*. Ott., Rom., *sine fraude maligna*. Poelm. pro *f. s., maligni vel veneni*. Editi plerique *maligna*. Reuschius edidit *maligni* cum Badio, qui diabolum inveni existimat : sed lectionem Parisiæ *veneni* non inconvenientem esse dicit.
115. Rom., *Cui Deus* : lege *Cui Dominus*.
116. Reg., Ott., *diffusa*, et glossa in Reg., *expansa*. Rom. cum editis *diffusa*, quod retineri potest.
121. Reg., Rom., Ald., Torn., Bas., *Tu populi*. Ott., cum aliis, *Tu populi*.
125. In Ott. ex *Cernētis* recte factum *Cernētis*.
126. Ottob. scribit *celeris* : clarius est *celeris*, nempe ministros.
129. Torn., Bas., Ald., Fabr. *mitis*. Mss. cum Had., Poelm., *clari* : quo epitheto usus etiam est Juvenus l. iii, vers. 3.
150. Rom., Ottob., *Nato cum pariter*. Reg., *Nato compariter*, et glossa, *nato—cum*. Editi, *Cum nato pariter*, sed in Ald. et Dav. mendose *concelebrabant*. C

B Versus hic si ita edatur *Cum nato pariter convivia concelebrabat* est fistularis : ita enim vocatur versus, in quo syllabarum numerus cum singulis verbis crecit ; quibus est apud Prudentium. Apoth. vers. 86 : *Nec cupit humanis angoribus excruciarī*. Existimo, Juvenum scripsisse *Nato cum pariter*, ut postponatur *ca n*, quia scilicet Cicero in Orat. cap. 45, et Quintilianus libr. viii, cap. 3, plaudentibus grammaticis, vetant, jungi *cum* vocibus ab *n* incipientibus, vel quia ob-cœniis concurrerent litteræ, ut ait Cicero, vel potius quia, ut ait Quintilianus, littera *n* labris cœnatis exprimi debet, adeoque nos intersistere cogit, si sequatur littera *n*, quæ labris apertis proferatur, aut in naturam hujus litteræ *n* corrumpitur. Observatum tamen est, a Cicrone cap. 9. Pro domo sua dictum : *Cum nominibus*. Alia exempla ex eodem Cicrone indicat Fursellinus Partic. cap. 40, num. 15. Pro domo sua ad Pontif., *Cum neque servus* ; Verr. ult., *Cum nihil* ; 3 leg., *Cum nullo magistratu*. Plura ex aliis facile esset proferre.

NOTÆ.

- 116.** Libr. iii, vers. 655 : *Tendentem diffusa umbracula ficum*. Macrobius, libr. vi Saturn. cap. 4 : *Visme, ea, quæ restant, in illis aliorum umbraculis prosequamur?* quæ verba ex Cicrone protulit, ut ostendat, non primum fuisse Virgilium, qui hoc vocabulo usus fuerit. Allegat etiam Varronem.
118. *Spiritus auctor*, spiritus divinus qui in me est. Vocationem Nathanaelis eisdem verbis Juvenus exponit, ac vocationem Philippi vers 100 h. l. : *Contempeque suis ascric amicis*. Joannes solum id refert : *Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, ridi te*. Fortasse Juvenus in ea erat opinione, hunc Nathanaelem distinctum non esse a Bartholomæo apostolo, cujus vocatio nullo alio Evangelii loco descripta est, cum aliorum omnium apostolorum vocatio distincte referatur. Ita quidem sentiant Rupertus, Abulensis, Jansenius, Cornelius a Lapide, et alii : quorum tamen sententiam Maldonatus cum S. Augustino rejicit.
120. *Genis* : antonomastice pro gente Israelitica : *Tu es filius Dei, tu es rex Israel*. Vide Dilherr. Farrag. rit. sacror., et arcul. l. ii cap. 6, et Dictionar. sacr. Script. Caroli Hure, verb. *gens*.
122. *Facilis virtus* : facile prodigium, facile, sive non arduum miraculum. *Virtus* pro miraculo sæpe in sacris literis, et ab ecclesiasticis scriptoribus usurpatur. Consule not. ad Dracont. l. iii vers. 211. Onesius explicabat : *Virtus mea ubique præsens, qua te sub ficu vidi, facile tibi persuasit, ut crederes*.
125. Joannes ita : *Quia dixi tibi : Vidi te sub ficu, credis. Majus his videbis*. Ambrosius libr. 2 de Cain cap. 8 : *Priusquam stares sub arbore fici, etc.* Fuit quidem Nathanael sub ficu, stans vero, an recubans,

non liquet.

125. *Se scindere cælum*. Virgilius 1 *Æn.* vers. 591 : *Scindit se nubes, et in æthera purgat apertum*.

127. Joannis verba sunt : *Videbitis cælum apertum, et angelos Dei ascendentes, et descendentes supra Filium hominis*. Notanda Juveni interpretatio : *Angeli in cælum ascendunt, et inde descendentes deferunt coronam Filio hominis*. Ita enim explicat verba *supra filium hominis*. Quo tempore id acciderit, incertum. Nonnulli putant, sermonem esse de ascensione Domini, et per angelos ascendentes, et descendentes significari ministerium angelorum Christo famulantium, ut Jacob videbat in scala angelos ascendentes et descendentes, videlicet ministrantes Deo. *Ascendere et descendere*, cum de angelis dicitur, significat ministerium ordinarium angelorum, ut *ingredi, et egredi* ministerium ordinarium hominum, quæ phrasis frequens est in sacra pagina. Alii Joannis hunc locum ad diem judicii extremi referunt, cum Christus cum angelis sibi ministrantibus venturus est, ut mundum judicet. Jansenius cum aliis existimat, hanc visionem Christo quidem in terris obtigisse, sed ab Evangelistis silentio fuisse prætermisam. Theophylactus ad h. l. : *Porro hæc in cruce, et ascensione evenerunt. Nam et ante tempus passionis angelus de cælo confortavit eum, et in sepulcro visi sunt angeli, et in assumptione, sicut Lucas prodit*.

128. CAPUT VIII. *Jesus cum discipulis vocatus ad nuptias, aquam in vinum convertit*. Joann. ii, 4, etc. Non adverterem, *festa* adjectivum esse, et *connubia* substantivum, nisi Onesius contra docuisset, *connubia* adjectivum esse, hæc est, *connubialia* : quod minime mihi probatur.

- 175** Vina sed interea convivis deficiebant. A Tunc mater Christum per talia dicta precatur : Cernis, lætitiæ jam defecisse liquorem ? Adsint, nate, bonis ex te data munera mensis.
- 135** Olli respondit terrarum gloria Christus : Festinas, genitrix ; nondum me talia cogit Ad victus hominum tempus concedere dona. B Mensarum tunc inde vocat lætata ministros Mater, et imperiis nati parere jubebat.
- 140** Sex illic fuerant saxis præpulchra cavatis **176** Vascula, quæ ternis aperirent ilia metris. Hæc jubet e fontis gremio complere mini- [stros.

LECTIONES VARIANTES.

- 131.** Deest hic versus in Reg., sed in fine paginæ suppletur. B Poelm., pro d. s., et Rom., ubi error est *labiis pro labiis*. Alii, *Completis lapidum labiis*.
- 135.** Alii, *Olli respondet* ; alii, *Olli respondit* ; alii, *Illi respondit*, vel *respondet*.
- 141.** Mss. cum editis, *aperirent illia metris*, et in Reg. glossa, *ilia — cavitatem sui quasi ventris. — metris — metretis, vel mensuris*. Fabricius edidit *aperirent ora metretis*, sed, ut opinor, ex conjectura, non ex fide codicum. Sic Arator, libr. II, v. 892 : *Sic etenim ternas capiunt sex vasa metretas*. Reuschius legit *ilia metretis*, ut *ilia* sit disyllabum per synæresin, nisi hic pro spondæo anapæstum agnosceret velhms. Ponitur *ilia* pro cavitare, seu ventre, quia hujusmodi vasis plura nomina ex humanis membris translata assignantur, ut v. 144 : *lapidum labiis*.

144. Reg., Ott., *Completis labiis lapidum cum*

NOTÆ.

- 132.** *Per talia dicta* : talibus dictis, sic enim usitatius dicitur. Sedulius, l. v vers. 217 : *Alter adorato per verba precantia Christo*.
- 133.** *Lætitiæ liquorem* : vinum cur ita dicatur, vide not. ad Dracont. l. I, v. 172 : *Munera lætitiæ*, etc.
- 134.** *Bonis mensis* : amicis mensis, lautis, lætis. Plautus, *Mænæchm.* II, 2, dixit *bonum prandium*.
- 136.** Joannes, loc. cit. : *Quid mihi, et tibi est, mulier ? Nondum venit hora mea*. Augustinus, libr. de ver. Relig. tom. I, col. 737 : *Recede a me, mulier ? mihi, et tibi quid est ? Nondum venit hora mea*. Juvenecus explicat : *Festinas, genitrix*, etc. Cur autem non retinuit *mulier* ? Potuit enim dicere *Festinas, mulier*. Fortasse innuere voluit interpretationem Theophylacti : *Dicit enim, Si non adest vinum, oportet illos ipsos, quibus deest, accedere, et rogare, et non te matrem. Nam quando hortantur domestici, scandalum fit videntibus : quando autem hi rogant, qui opus habent, suspitione res caret*.
- 138.** *Lætata* : etsi enim responsio filii reprehensionis quadam formula concepta esset, ut plerique interpretes docent, tamen intellexit Deipara, suis precibus filium fuisse permotum, ut vinum procuraret. Maldonatus versum hunc Juveneci hoc sensu accipit. *Lætata enim dicit Christi responso, quia cognovit, eum velle facere miraculum*. Ex quo colligit, Matrem a Christo non fuisse reprehensam.
- 140.** *Præpulchra*, ut vers. 463 libr. I, *Saxis cavatis* : hydrice, sive vasa aquaria fieri solebant e lapidibus excavatis, ut cernere adhuc licet in multis, quæ exstant. Confer Observationes Angeli M. Bandinii in antiquam tabulam eburneam, in qua hoc Christi miraculum exhibetur. Juvenecus Evangelii verba expressit : *Erant autem illic lapideæ hydrice sex*. Ad hanc regulam judicandum est de vasis, quæ inter cimelia sacra in nonnullis ecclesiis ostenduntur, tamquam ea fuerint, quæ in Cana Galilææ miraculo inservierunt. In picturis et monumentis antiquis hoc miraculum sæpe reperitur expressum, ut cernere licet in opere : *Sculpture e pitture sagre es-*
- 141.** De sex hydriarum capacitate scripsit Mathæus Hostus. Joannes Tabingius, De hydris in Cana Galilæe in Novo Thes. Theol. Phil.
- 142.** *Fontis gremio*, quasi sinu. Confer not. ad l. I, v. 212, et Gifanii indicem in Lucret., verbo *gremium terræ*.
- 143.** Ex Virgilio, l. I Æneid. v. 728, *Crateras magnos statuunt, et vina coronant*, hoc est, usque ad marginem implent. Alia est interpretatio, Serto, aut corona cingunt pocula. Juvenecus priori adhæsit. Lucretius, l. III v. 923 : *Hoc etiam faciunt, ubi discubere, tenentque — Pocula sæpe homines, et innumbrant ora coronis*, secundam potius rationem coronandi respicit.
- 145.** *Commixtas undis auras* : physica hæc est ratio, cur spuma fiat, quia auræ undis commiscuntur, Descriptione ergo utitur, ut spumam indicet.
- 146.** *Summo ministro* : arch. triclino, ut ait Joannes. Nonnulli intelligunt, esse eum, qui curator, seu magister erat convivii, et cibos ac vina prægustabat. Pignorius, de Servis pag. 54, docet, plures fuisse servos tricliniarum, quorum aliqui aquam in manus infundebant, aliqui terculo inferebant, *infertores* appellati, etc. Servus triclinio præfectus in veteri epigrammate nominatur *tricliniarcha*. Hic ergo a Juveneco dicitur *summus minister*. Alius erat rex convivii.
- 150.** *Pulchra vina* : bona. Accipitur enim aliquando *pulchrum* pro bono in quocumque genere. Horatius, libr. I epist. 15, v. 41 : *Cum sit obeso — Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla*. Cato, De Re rust. cap. 104 : *Acetum acerrimum et pulcherrimum erit*. Iulfr., v. 305 : *pulchri cibi*, et v. 517 : *pulcher labor*.
- 151.** *Per mensas* : hoc ipsum dixit *mensatim*, l. III, v. 214. Frequens hæc est adverbii circumlocutio tam apud Græcos, quam apud Latinos.
- 154.** CAPUT IX. *Jesus ementes et vendentes ejecit de templo*. Joannis II, 13, etc.; Math. XXI, 12;

- 155 Ad Solymos direxit iter, temploque subibat. A
Repperit hic populum venalia multa locantem :
Pars vendebat oves, pars corpora magna ju-
[vencum,
178 Pars inhians nummis artem numerare
[vacabat.
Restibus hic Christus connectit verbera flagri,
160 Et tales populos sancta proturbat ab æde,
Et mensas vertens, æris profundit acervos,
Et superincreditas : Procul hæc auferre, pro-
[fani,

Ut meus hic Genitor, non sordida lucra, co-
[latur.

- Tunc poscens signum plebes Judæa fremebat,
165 Quo fidens animos in talia facta levaret.
Ventura obscuris tunc Christus talia miscet :
Solvite pollutis manibus venerabile templum
179 Hoc : ego restituum cum tertia lumina solis
Incipient rutilam terris infundere lucem.
170 Illi inter sese tractantes murmure cæco,
Hoc, aiunt, vix sex et quadraginta per annos
Constructum veteris regni molimine templum

LECTIONES VARIANTES.

155. Reg., Ott., *deflexit* : in Ott., supra, *direxit*, cum Rom et editis. Reg., Ott. cum aliis, *temploque*. Rom. cum reliquis, *templumque*. Utrolibet modo recte dicitur.

158. Reg., Ott., *Pars inhians nummis artem numerare vacabat*. Cohæret Rom., ubi est *arte* pro *artem*. In Reg., glossa est *artem—pretii, vel quæstus conquirendi*. Editi omnes : *Pars inhians nummis mensas oneraverat ære*. Reuschius vulgatam hanc scripturam edidit, sed non dissimulat, priorem, quam, ut opinor, in mss. invenit, doctiorem videri. Intelligit, *artem* per metalepsin denotare pecuniam, dolo et fraude partam. Vide, num liceat rescribere *arti numerare*, scilicet *vacabat arti numerandi*.

160. Rom., Torn., *proturbat* : alii, *perturbat*. Illud magis placet.

161. Rom., Ott., *Ac pro Et*. Ott., *mensas*, correctum per *mensas*. Reg., *æres* correctum per *æris*. Reg., Ott., Fabr., *profundit*. Rom., Had., Poelm., *profudit*. Ald., Torn., Bas., *ærisque profudit*. A Lucilio quidem et aliis prima in *profudit* corripitur, sed producit a Catullo aliisque multis. Melius ergo est *Et mensas vertens æris profundit acervos*.

162. Ott., *Tum super increpitans*.

163. In Ott., *colatur*, factum ex *colantur*. Rom., unice, *colatur*. Scilicet, *Ut meus hic Genitor, non sordida lucra, colatur*. Plerique *colantur*.

164. Bas., Ald., *Nunc poscens* : lege *Tunc*.

166. Reg., *tunc Christus tempora miscet*, et glossa in *obscuris—temporibus*.

163. Poelm. distinguit *templum* — *Hoc, ego restituum*. Aldus et alii, *templum* : — *Hoc ego restituum*. Distinctionem Poelmanni præfert Kœnigius, qui putat Christum id dixisse digitis corpus suum monstrando. Joannes ait : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud*.

169. Mss., Poelm., in textu, et alii editi, *rutilam terris infundere lucem*. Aldus, cum cæteris, *rutilum terris infundere lumen*. Sed v. prox. jam præcessit *lumina*.

170. Westhemerus, in textu, et Poel., pro d. s., *Hoc inter*. Communis scriptura, ut supra, v. 39 : *Illi inter sese*, quam habet Westh. ad marg.

171. Ald., Westh., in textu, Bas., *Illud aiunt*. Westh., ad marg., cum plerisque, *Hoc aiunt*, quod lex metri exigit. Rom., *Hæc aiunt* : *Vix sex*, etc.

NOTÆ.

Marc. xi, 15; Luc. xix, 45. Juvencus pergit narrationem contexere ex Joanne, qui post nuptias in Cana celebratas Jesum in urbem Capharnaum cum matre et discipulis suis descendisse refert. *Et ibi, ait, manserunt non multis diebus. Et prope erat pascha Judeorum, et ascendit Jesus Hierosolymam*, etc. Nonnulli ea verba, *Et prope erat pascha* ita interpretantur, ut sensus sit, *Et quando prope fuit pascha*. Alii aiunt, evangelistas sæpe res dissitas continua narratione conjungere, cum de tempore, quod intercessit, mentionem non facere decreverunt. Sic opinatur Lamyus, qui inter nuptias Cana, et adventum hunc Christi in urbem Hierusalem multum temporis, ac plura gesta Christi intercessisse statuit. Theophylactus duo facta distinguit, alterum quod narrat Joannes in initio signorum, alterum quod Matthæus commemorat prope tempus passionis. Ita etiam existimat Tolletus ad cap. ii Joannis.

156. *Locantem, collocantem, vel addicentem* iis, qui pretio dato emerent.

157. *Corpora juvenum* : hoc est, corpora juvenorum. Idem autem est corpora magna juvenorum, ac juveni magnis corporibus. Sic *corpora germana septem* pro septem Germani h. l. vers. 731. Virgilius, l. ii Æneid. v. 18 : *Huc delecta virum sortiti corpora*. Sic *corpus Turni* apud eundem Virgilium, l. vii, v. 650, *corpus Divum* apud Lucretium, v. 1014 l. i. Interdum *corpora* pro animalibus simpliciter ponuntur. Græci etiam dicunt *corpus fluvii, corpus venti*.

159. *Verbera flagri* : hendiadys, ut vulgo vocant, unum per duo.

161. Joannes, loc. cit. : *Et nummulariorum effudit æs, et mensas subvertit*. Nummularii, sive trapezitæ, sic dicti a mensis, acervos pecuniæ minutæ, sive

C æris, in mensis habebant, quibus quæstum facerent pecuniis permutandis.

162. *Superincreditas*, formatum ex analogia cum aliis similibus verbis, *superincumbo, superingero, superimpono*. Ii, qui a sacris removebantur, *profani* vocari solebant : *Procul, o procul este profani*. Virgilius vi, 258.

164. CAPUT X. *Judæi a Jesu signum petunt*. Joan. ii, 18 seq.; Matth. xxvi, 61; xxvii, 40; Marc. xiv, 58; xv, 29. *Plebes* pro *plebs*, ut sæpe alias.

165. *In talia facta levaret* : excitaret. Reuschius interpretatur *talibus factis*. Vide not. ad v. 225 h. l. Malim, Excitaret ad exsequenda facta, quæ Jesus præscribebat.

167. *Venerabile templum*. Badius advertit, in Evangelio templum non dici venerabile, ne de se Christus arroganter, aut de templo jactanter loqui videatur.

168. *Tertia lumina solis* pro tertia die, vel sole tertio die resurgente. Lucretius, l. vi vers. 4195 : *Octavoque fere cædenti lumine solis, — Aut etiam nona reddebat lampade vitam*.

169. Videtur astruere, Christum e mortuis surrexisse sub solis, aut saltem sub auroræ ortum. Tenebræ quidem erant, cum surrexit, ut ex sacris litteris constat. Id autem tunc ipsum accidisse, cum lucifer splendescere cœperat, inter tenebras scilicet, et lucem, probabilis est opinio, quam confirmavi in not. ad Dracont. vers. 542 lib. ii.

170. *Murmure cæco*, quod audiri non poterat, ut interpretatur Schoetgenius, vel inconsulto.

171. *Quadraginta* : postremam esse communem certis exemplis probatur. Badius licenter a Juvenco corripit, nulla ratione ductus, affirmavit.

172. Quæri potest, de quo veteri regno Juvencus

180 Tu poteris tribus in spatiis renovare die-
[rum? A

Hoc verbum quondam post tempora debita digni

175 Cognovere viri, proprio de corpore Chri-
[stum

Delubrum dixisse Dei : sed signa videntes

Tunc multi cepere fidem, Sanctumque secuti:

Nocte sub obscura celso sublatus honore

Primorum procerum Judæi nominis unus

180 Venit, et ad Christum summissa voce profa-
[tur :

Haud dubium est, quin larga Dei te, Sancte,
[voluntas

Humanis lucem concessit surgere rebus,

Nec quisquam tantis tribuit miracula signis,

181 Ni comitata Dei jubeat splendescere
[virtus.

185 Christus ad hæc : Iteris justi si culmina quæris,
Nullus ad excelsum poterit conscendere regnum,
Reddita ni penetret nascendi exordia rursus,
Atque novam capiat divino munere vitam.

Ille autem tantis stupractus corda loquelis,

190 Hoc, inquit, nostræ non est comprehendere
[mentis.

Quis poterit ceptæ revocare exordia vitæ?

An rursus senior matris correplet in alvum,

Ut novus in lucem veniat, vitamque resumat?

Ille sub hæc : Liquido si quis de fonte renatus,

LECTIONES VARIANTES.

175. Reg., Oit., Rom., Ald., Daventr., Westh., B in textu, *Tu poteris tribus in spatiis renovare dierum?* Hadam., Poelm., in textu, et alii : *Tu poterisne trium spatio renovare dierum?* Reuschius hanc constructionem sine præpositione in usitatorem esse animadvertit, sed priorem scripturam edidit.

176. In Reg. et Oit. prius erat verbo, postea factum verbum.

176. Oit., sed tanta videntes.

177. Reg., Oit., Ald., scribunt *cepere*, at *cepere* verum est.

178. Oit.: *Nocte sed obscura, sed forte fuit sub pro sed*, et sensus potius postulat *sub*.

180. Rom. *prostratur* : corrige *profatur*.

181. Oit., Reg., Rom., Ald., te, Sancte, voluntas. Hadam. et alii editi, te sancta voluntas. In Daventr., te, Sancte, et manu glossatoris factum te sancta. Ald., Bas., Torn., quin; alii, quod, male, ut ait Reuschius. Concessit dicitur pro concesserit archaismo notissimo. Neque poetis inusitatum indicativum pro

conjunctivo ponere. Confer Vossium, in de Analog. c. 45, et Freinslemium, ad Phædrum, l. 1 fab. 14.

183. In Reg. et Oit. videtur fuisse, a pr. m., *tribuat*.

184. Ald., diu : corrige *Dei*.

185. Mss. Reg., Oit., Rom., *iteris* : editi *calis*.

192. Fabr., Poelm., pro d. s., *correpet*. Mss. et plerique editi, *correplet* : Reg. scribit *correpletæ*, Torn. *correpiet*, ut videtur.

193. Reg., *vitamque resumat*, supra glossa, vel diversa lectio, *resumat*. Rom., mendose, *vitæque resumat*. Reuschius testatur plures editiones legere *vitæque revolvat*, quod ad Parcarum fabulam alludere videtur. Tuetur verò *vitamque resumat*, quia scriptores sacri crebrius *vitam sumere*, et *vitam ponere* dixerunt, ut Prudentius, hymn. 5 Perist. circa lin.; Sedulius, libr. iv initio; Juvencus sæpe.

NOTÆ.

loquatur. Joannes tantum ait : *Quadragesima et sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud?* Existimo, Juvencum hæc verba intellexisse de templo, quod Zorobabel sub Cyro inchoavit, et sexto anno Darii post annos sex et quadragesima absolvit : ea scilicet ratione, quam exponit Sigonius, de Republ. Hebraeor. l. ii cap. 5. *Judæi cum redarguere Christum vellent, et scirent, templum primum a Salomone conditum spatio septem annorum, secundum a Zorobabele quadragesima sex, tertium ab Herode unius anni, et paulo amplius, neque primum, neque tertium nominarunt, ut ea, quæ parum causæ suæ faverent, sed secundum : multo enim longius absunt tres dies a quadragesima sex annis, quam ab uno.* Nonnulli putant, Herodem templum vetus amplificasse, non autem novum condidisse, vetere destructo, ut narrat Josephus. Alii, ne Josephum in re tam insigni mendacii arguant, ac Judæos tam ineptos fingant, ut de templi Zorobabelis ædificatione locuti fuerint, cum sermo esset de templo tunc presenti, contendunt probare, ab anno quo Herodes cepit templum reficere, usque ad annum quo Christo hæc Judæi objiciebant, quadragesima sex annos effluxisse : quo toto tempore semper aliquid templo additum fuit, neque perfectum illud est, nisi sub Agrippa juniore. Hæc autem opinio verbis Juvenci parum congruit : non enim tunc dixisset, *Veteris regni molimine*.

177. Sanctum, Christum : sic enim Christum vocare solet Juvencus.

178. CAPUT XI. *Jesus Nicodemum alloquitur de baptismo et aliis multis.* Joann. iii, v 25-34.

179. *Unus primorum procerum Judæi nominis.* Ut Latinum nomen de Latinis, sive gente Latina, sic

C *Judæum nomen de gente Judæa usurpatur. Unus pro aliquis, quidam.*

182. *Surgere pro oriri, nasci, existere obvium est.* Concessit Dei voluntas, te, tamquam lucem, surgere humanis rebus. Jo. Vorstius, de Lat. merito suspecta c. 20 p. 180, 181 : *Latini, inquit, non dicunt, Surrexit malus logicus, sed Exstitit, exortus est malus logicus.* Sed Juvencus, ut a nobis exponitur, reprehensione hac vacat.

183. Joannes, loc. cit. : *Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* *Miracula tantis signis videtur esse hendiadys. Tribuit hic est facit, præstat, distribuit, impendit, exhibet.* Infra, vers. 641 : *Et potiora dehinc tribuet miracula rerum.*

187. *Reddita rursus*, pleonasmus frequens, de quo in not. ad Dracont. l. i vers. 111.

189. *Stupractus corda* : Græcismus Juvenco familiaris.

D 192. *Correpto* est irrepto, occulte intro : *correpto* eadem significatione, quod a Forcellino rejectum est ad barbara. Ut a *repto* formatur *repto*, sic *correpto* a *correpto* : sed *repto* honorum scripturarum auctoritate se tuetur, et eleganter adhibetur, cum de infantibus, sed jam natis, est sermo. Juvencus fortasse huc respexit. *In alvum*, in uterum. Cicero, l. i de Divin. c. 20 : *Cum prægnans hunc ipsum Dionysium alvo contineret.* Adde Plantum, et alios, qui *alvum* pro muliebri utero accipiunt.

194. Phrasis est ecclesiastica *De fonte renasci*, pro aquis lustralibus abui. *Baptisterii* nomen maxime notum in ecclesia est *fontis baptismalis*. Vide disser. tat. Antonii M. Lupi de sacris baptisteriis.

- 195 Et flatu sancto, rudibus consistere membris **A**
 Cœperit, ætheream liber conscendet in aulam.
 Terrenum corpus terreno corpore natum est.
 Spiritus haud aliter similem generat sibi flatum,
182 Spiritus hic Deus est, cui parent omnia
 [mundi.
200 Hic, ubi vult, quocumque volat, vocemque per
 [auras
 Jactat, sed nescis, quæ sint exordia vocis,
 Quamque petant ejus currentia flamina partem.
 Quisque igitur justæ repetit primordia vitæ,
 Hunc similem sancti flatus revigescere certum
 [est.
205 Et Judæus ad hæc: Nihil horum cernere possum.
 Talia tum Christus: Solymorum magne magister,
183 Israelitarum sublimis gloria gentis,

LECTIONES VARIANTES.

196. Bas., Ald., *conscendit*. Ott., *conscenderet*, vel **B** *conscendere*.
 197. Plerique *natum est*. Foelm., pro d. s., *notum*, sine est.
 199. Rom., *cui parent*: lege, *parent*, ad regulas metri. Ott., *mundi*, cum reliquis, sed pro d. s., vel glossa, *rerum*: quam lectionem apud alios etiam invenit Kœnigius, qui eam non improbat.
 200. Poelm., pro d. s., *Hic, cum vult, quocumque volat*. Eadem significationem habere potest. *Hic, ubi vult, quocumque volat*.
 201. Ald. Bas., *quæ sunt exordia*: plerique *quæ sint*.
 202. Reg., *ejus concurrentia*, sed non satis clarum est, an *ejus*, an *ei* sit scriptum.
 204. Oitob., Rom. Ald., *reviviscere*. Reg. *revivescere*, ex quo factum *reviviscere*, et glossa *renasci*. Verum cum metro non stat *reviviscere*, aut *revivescere*, immo nec *reviviscere*, nisi contra suam naturam secunda corripitur. Hinc est, quod Hadam. et plerique editi habent *revigescere*. Omnesis id volebat, quamvis apud antiquiorem Juvencum scripturam eam vocem non legisset: sed Nonius, cap. 9, n. 12, apud Ciceronem, l. 1 Tuscul. cap. 16, legebat *reviguit*, pro quo alii habent *sic viguit*. Reuschio ex conjectura magis placebat *revivescere*, quod certe verbum et metro congruit, et a multis usurpatur pro *renasci*, *renovari*, *reviviscere*.
 205. Rom., *possim*: lege *possum*.
 206. In Reg., hic et sequens versus manu glossatoris videntur additi.
 209. Bas., Westhem. in textu, Ald., *Demerges*.
- Tunc etiam mentem vitæ de lumine raptam
 Demergis præceps furvis miserande tenebris,
210 Nec potes obtuso comprehendere talia sensu?
 Ecce fides nulla est, tantum terrestria dixi.
 Quid, si cælestis vires conscendere sermo
 Cœperit, et superas rerum comprehendere for-
 [mas?
 Quis vestrum duram poterit mihi pandere men-
 [tem?
215 Accipite ergo, novis quæ sit sententia rebus.
 Sidereum nullus poterit conscendere cælum,
 Ni solus, cæli venit qui missus ab aula,
 Idem hominis natus, cæli qui in sede moratur.
 Ut serpens olim regionibus in desertis
220 **184** Mosei manibus summo sublatus honore
 [lesi,

Westh. ad marg. cum mss. et aliis editis, *Demergis*, in Ald. *miserandæ*, et in Rom. *miseram de emenda per miserande*.

210. Reg., Ott., obtuso Rom. cum editis, *obtuso*. Apud alios pariter scriptores nonnulli ex mss. legunt *obtuso*: sed plerique *obtuso*.

212. Rom. *Quod si cælestes vires descendere sermo. Non male esset quod: sed in aliis melius est cælestis, et conscendere. Reuschio non displicet cælestes hoc sensu: si sermo meus ad virtutes cælestes enarrandas ascenderit. Textus sacer: Quomodo, si dixeris vobis cælestia, credetis?*

215. Ott., Torn., *Accipe*: legendum *Accipite*, ut versus constet. Omnesis, Kœnigius, et Reuschius hinc admittunt *Accipe ergo*, cujus apud solum Virgilium 43 exempla Nic. Erythraeus observavit. Sed cum præcedat *Quis vestrum*, sensus ipse exigere videtur *Accipite*.

217. Ott., Reg., *Nisi solus*: correctum utrobique per *Ni solus*. Ald., *cæli qui missus venit*: plerique, *cæli venit qui missus*.

219. Plerique editi, *Ut serpens olim vastæ regionis in oris*: ubi est hendiadys, sive una res per duo nomina *regionis* et *oris*. Poelm., pro d. s., *Ut serpens in desertis regionibus olim*. Torn., Ott., Reg., Kum., venusto versus spondaico. *Ut serpens olim regionibus in desertis*: sed Rom., *mentose, inque pro in*.

220. In editis fere omnibus, *Moseis*. Poelm., pro d. s., *Moysei*, ut *Ulysses*, *Ulyssi*, vel *Ulyssis*, Reg., Ott., *Mosei*, in Ott., supra, factum est *Moysei*. Græcitus bis usus est *Moseo* in casu dandi et auferendi, sicut lib. 11, v. 462, et in eleg. vers 17.

NOTÆ.

195. *Rudibus*, novis, recentibus. Confer comment. ad Psych. Prudentii vers. 240.

199. Joann. 14, 6: *Quod natum est ex carne, caro est, et quod natum est ex spiritu, spiritus est*. In codice Vercellensi additur, *Quod natum est de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est, et ex Deo natus est*. Sic legunt Juvencus, et Hilarius l. vii de Trinit., et codex Carthagensis. Vide Ivonem, epist. 4, et Iricium, in præfat. et not. ad codicem Vercellensem. Eadem lectionem tuetur Ambrosius, l. 11 de Spiritu sancto c. 7, et l. 11, c. 10: *Ipse Dominus dicit in Evangelio: Quoniam Deus spiritus est. Quem locum ita expresse, Ariani, testificamini esse de Spiritu, ut cum de vestris codicibus auferatis: atque unam de vestris, et non etiam de Ecclesiæ codicibus tolleretis... Et fortasse hoc etiam in Oriente fecistis*.

200. Sacer textus: *Spiritus, ubi vult, spirat, et vocem ejus audis*, etc. Tribuitur vox spiritui, quia vox pro quovis sono accipitur. Virgilius, in Æneid.

vers. 669, conjunxit: *Ad sonitum vocis*.

205. *Quisque*, quicumque, ut alibi dictum.

205. *Cernere*, intelligere. Cerno pro videre sæpe ad animum transfertur. Cicero, lib. 11 de Orat. cap. 31: *Neque tanta tamen (est) in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit*. Interdum additur *animo cernere*.

207. Lib. 1 vers 242: *Israelitarum cumulate gloria plebis*.

208. *Raptam*, abreptam, excæcatam Omnesis suspicatur Juvencum respexisse ad originem animæ cum allusione ad fabulam Promethei.

215. *Novis rebus*, hoc est, de novis rebus. De enim aliquando abundat, aliquando subauditur. Vel intellige potius: *Accipite, quæ subsit sententia rebus novis hactenus dictis*.

220. *Summo sublatus honore*: hemistichium repetitum ex vers. 178.

Sic hominis natum tolli in sublime necesse est, A
 Ut quicumque fidem mentis penetralibus altis
 Illius ad numen statuit, sub turbine seclī
 Proculcet pedibus lethum, et trans sidera sur-
 [gens
 225 Sublimis capiat donum inviolabile vitæ.
 Namque Deus mundum tanto dilexit amore,
 Ejus ut in terras descenderet unica proles,
 Credentes Domino vitæ junctura perenni.
 Nec Deus hunc natum disquirere jure severo,
 230 Judiciove cruci terras expendere misit :
185 Mitia sed populis veniant ut munera vitæ.
 Namque ubi certa fides fuerit complexa salutem,
 Non erit ulla illic anceps agitatio juris.
 Ast ubi dona procul fuerint exclusa medelæ,
 235 Jam propria ipsorum mentem damnatio torquet. B
 Unica nam Domini fuit his incognita proles.
 Adventum lucis miseri fugere superbi,

LECTIONES VARIANTES.

222. Ott., *penetrabilibus* : ita fuit etiam in Reg., sed recte postea correctum per *penetralibus*.
 223. Reg., Torn., Bas., Ald., Rom., *statuet* : Ott., cum aliis editis, *statuit* : quod magis congruit textui evangelico : *Ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Cyprianus tamen, libr. II Testim. : *Ut omnis qui crediderit in Filium, habeat vitam æternam*.
 224. Ald., Poelm., pro d. s., *Conculcet* : alii, *Proculcet.*, Rom., depravate, *Propulcher*. Reg., *lethum trans*, et scribit *lætum*.
 225. Ald., *capiet* : retine *capiat*.
 226. Ottob., *Nam Dominus mundum*. Reg., Rom. cum editis, *Namque Deus*.
 228. Ott., *Credentes Dominum*. Melius *Domino*. Reuschius post *Domino* posituram, seu virgulam collocavit ex præcepto, ut ait, grammaticorum, ne quis *Domino perenni*, aut *Domino vitæ* conjungeret. Ex sacræ Scripturæ stylo dicendum esset *credentes in Dominum*.
 231. Rom., *Diva sed populis*, et forte fuit *Divæ*, vel *Diæ*, quod minus ineptum est.
 233. Ald., *ulla anceps illic*.
 234. Rom., *excussa* : alii, *exclusa*.
 236. Mss. et nonnulli editi, *fuit his* : in aliis *fuit iis*.
 237. Mss. Reg., Ott., Rom., Poelm., pro d. s., *superbi*. Ald. et alii editi *supernæ*. Kœnigius conjicit *superbe* adverbialiter. Reuschius hanc conjecturam non spernendam ait, sed præfert *supernæ*, et per lucem supernam intelligit Christum, vel Evangelium, quod e cælo demissum omnia collustrat.

222. Statius libr. III, silv. ult. vers. 56 : *Animi D penetrabilibus imis*.
 223. *Statuere fidem ad numen*, pro credere nove dictum. Reuschius sic accipiebat versum 165 h. l. *Animos in talia facta levaret*.
 224. *Proculcet pedibus* : triumphantium ritu, de quo ad vers. 42 h. l.
 229. *Disquirere terras* : in disquisitionem vocare. Eo verbo usus est Horatius.
 230. Exponit verba Joannis : *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum*. Græcæ est *iva xpian*, ut damnet mundum, pœnas ab eo exigit. Primus Christi adventus fuit, ut salvaret mundum : secundus erit, ut judicet mundum. *Expendere* est quasi pendendo examinare. Vide comment. ad Prudentium hymn. 4 Peristeph. vers. 11 : *Gentibus justam positurus æquo — Pondere libram*.
 233. *Agitatio*, commotio : recte de jure *anceps*

Et magis amplexi cæcas tenere latebras.
 Sic quicumque malis mentem maculaverit actis,
 240 Ad tenebras pavidus refugit, ne lumine claro
 Sordida pollutæ pateant contagia mentis.
 At quicumque piæ tenuit vestigia vitæ,
 Ad medium properat, lucemque nitescere gau-
 [det,
 Splendeat ut claris virtutis gloria factis.
 245 Inde Galilæam repetit Salvator Iesus :
186 Præteriens sed forte venit Samaritida
 [Sichem.
 Illic fundus erat, Jacob de nomine pollens,
 Et puteus gelido demersus in abdita fonte.
 Sederat hic rapido Servator anhelus in æstu :
 250 Discipulique escas mercantes mœnibus urbis
 Passim dispersi, solum liquere magistrum.
 Mœnibus egrediens Samaritis femina venit,
 Hauritura cavis putei penetralibus undas.

LECTIONES VARIANTES.

238. Rom., *tenebras* : alii, *latebras*.
 240. Rom., *e lumine* : lege *ne lumine*.
 243. Poelm., pro d. s., *In medium* : in textu cum aliis, *Ad medium*.
 244. Ott., *caris*, a pr. m., ex quo factum *claris*.
 245. Reg., *petiit servator*, sed ex *petiit* factum *repetit*.
 246. Reg., *Sichæ*, Ott., *Sicæm*, supra *Sichem* : alii, *Sichem* : sic appellabant Samaritani ; Judæi vero *Sichar* per ludibrium, quasi urbem ebriorum.
 247. Reg., Ott., Rom., Ald., Fabr. Torn., *Jacob de nomine pollens*. Poelm., in textu, hadam. *Jacob cognomine pollens*. In Ott., a pr. m., fuerat *Jacobi de nomine pollens* : quod non est absolum, et exstat in codice Cantuariensi. Sic Fortunatus duas priores corripuit in *Jacobus*, l. IV de Judicio extremo : *Dirigit et Jacobos terra beata sacros*. Reuschius præfert *Jacobi nomine pollens*, ut l. III vers. 258 : *Clara Philippæo quæ pollent nomine rura*.
 248. Variant mss. et editi : nam alii habent *dimersus*, alii melius *demersus*.
 249. Arntzenius ad *Sedulium*, libr. II vers. 58, emendari jubet hoc loco *rabido* pro *rapido* : cui tamen morem non geram. Rom., *Salvator* : alii, *Servator*, quod habet etiam Rom. ad marg.
 253. Ald., Poelm., pro d. s., *Extractura*. Mss. et plerique editi, *Hauritura*. Præteritum *haurivi* et supinum *hauritum* minus sunt in usu ; sed tamen non est, cur rejiciamus scripturam codicum *Hauritura*, cum apud bonos auctores id reperiat. In Rom., male, est *cavis puteis* ; et in Ott., *penetrabilibus*.

NOTÆ.

agitatio, ut agitationes fluctuum, et similia. Perinde est, ac si dicat, *Non condemnabitur*. Joannes ait : *Qui credit in eum, non judicatur : qui autem non credit, jam judicatus est*.
 237. *Miseri superbi*, peccatores superbi. Rursus h. l. v. 663 : *Judicioque gravi miseros exurgere pravos*. Stylo ecclesiastico veteri peccatores vocari *miseros* ostendi ad Dracont. l. I vers. 11, et l. II vers. 150.
 238. *Amplexi tenere* energice dictam : ac notandum, eundem casum accusandi regi a duobus verbis ; quod apud Juvencum non semel occurrit.
 243. *Ad medium*, ad lucem publicam. Cicero, Famil. xv, ep. 2 : *Se tamen ante illud tempus eam rem nunquam in medium propter periculum metum protulisse*. Eodem pertinet *ponere in medio, sumere de medio*, etc.
 245. CAPUT XII. *Jesus cum muliere Samaritana loquitur*. Joann. IV, 1 seqq.

- Olli Christus ait : Laticis da, femina, potum. A
 255 Respondens mulier: Mirum mihi præcipis, inquit,
 Ut tibi Judæo mulier Samaritica potum,
 Dispennens veterum Samaritum jussa, mini-
 [strem.
187 Tum Servator ait: Domini si munera nosces,
 Et quis te sitiens putealia pocula poscat,
 260 Tu potius peteres, vivam tibi traderet undam.
 Illa sub hæc: Puteus gremium sinuatur in altum,
 Urceus est nullus, nec sunt tibi vincula funis.
 Unde igitur poteris undam mihi tradere vivam?
 Num tu major eris nostri virtute parentis?
 265 Hunc Jacob etenim puteum cum prole bibebat,
 Et proprios huc sæpe greges ad pocula duxit.
 Olli respondit mundi regnator Iesus:

- 188** Ex ista plene nullus satiabitur unda,
 Nam rursus sitiet: sed nostri dona liquoris
 270 Ardorem excludent æterna in secla bibendi.
 Dulcia provenient nostri cui pocula fontis,
 Largior inde fluet vitalis gratia fluctus.
 Sed desiderium nostræ si te capit undæ,
 Excitus veniat tecum mox urbe maritus.
 275 Conjugio sese mulier negat esse revinctam.
 Tum sic prosequitur mentis perspector Iesus:
 Femina, veridicis loqueris de conjugio verbis.
 Nam tu connubiis nexa es jam quinque virorum,
 Nunc aliena super thalamorum vincula tollis.
 280 Tum mulier: Sanctum te certum esse pro-
 [phetam.
 Sed nostri istius venerandum montis in arce

LECTIONES VARIANTES.

254. Ald., Poelm., in textu; Bas., *Olli Christus ait: Laticis da, femina, potum.* Had. *Olli Christus ait laticis: Da, femina, potum,* quod mendosum est. Rom. *Sic olim Christus: Laticis da, femina potum.* Westhem., in textu, *ait laticis da:* ad marg. *ait latus da,* quod nullum rectum sensum habet. Poelm. pro d. s., Torn., *Illam deposcit potum sibi tradere Christus.* Reg., et Ott. utrumque versum conjungunt: *Illam deposcit potum sibi tradere Christus — Illi Christus ait: Laticis da, femina potum.* Reuschius posteriorem omittit, priorem præfert, quia Juvencus sæpius ita loqui amat, ut l. II, vers. 259, 336, 450. Aliud teneo.
 256. Poelm. in textu, Reg., Hadam., Fabr., *Judæo mulier Samaritica potum.* Ald., Bas., *Judæo Samaritici femina potum.* Poelm., pro d. s., Ott., *mulier Samaritida potum,* quod nullo modo est admittendum. In Rom. ita leguntur hi duo versus: *Ut tibi nunc tribuam mulier Samaritida potum — Disperdens veterum Samaritum jussa ministrum.*
 258. Reg., Ott., Rom., in textu; Ald., Bas., *Servator.* Poelm. et alii editi, *Salvator,* quod exstat etiam in Rom. ad marg. Pro *nosces,* Rom. et Torn., *nosces.*
 260. In Reg. et Ott. ex *traderet* factum recte *traderet.* Rom., *Vivam ut tibi traderet undam.*
 265. Ott., Rom., Ald., Bas., *Hunc Jacob etenim puteum.* Poelm., in textu; Hadam., Reg., Westh., ad marg., *Hoc etenim Jacob puteum.* Poelm., pro d. s.,

- B Torn., Fabr., *Hoc etenim Jacob puteo.* Westh., in textu, *Hoc Jacob enim puteo,* productis duabus primis in *Jacob,* et correpta postrema. Reuschius mavult *puteum,* quam *puteo,* ut *bibere aquam, pocula,* et similia. Omeisius retinet *Hoc etenim Jacob puteum* ex Varrone, qui neutro genere *puteum* dixit.
 267. Bas., *summi regnator olympi.* Ald., *Illi respondit summi regnator olympi.* Plerique, *Olli respondit mundi regnator Iesus.*
 268. Reg. *plane;* et glossa, *certe: alii plene.* Ald., *corrupte, plenæ.*
 270. Ott., *libendi:* corrige *bibendi.*
 272. Ald., Torn., Bas., *unde.* Mss. et alii editi, *inde.* Rom., *luet;* emenda *fluet.*
 276. Torn. *prospector:* quæ vox occurrit apud Apuleium, et Tertullianum. Omeisius cum melioribus mavult *perspector,* quod apud antiquiorem Juvenco non legitur.
 278. Reg. *virorum:* corrige *virorum.*
 281. In Reg. glossa est *præceptum venerandum — adorandi:* ex quo conjicio, legendum *venerandi,* scilicet liquere nobis præceptum venerandi, seu adorandi in arce nostri istius montis. Infra, vers. 286: *Omnibus et Solymis aperit veneratio longe. Venerari pro colere, orare usitatum est a probis latinitatis auctioribus.* In lectione vulgata sensus est, *Liquere præceptum, venerandum esse, etc.,* ut vers. 283, *Orandum dicitis.* Nonnulli Plauto attribuunt *venero* activum.

NOTÆ.

257. *Dispennens:* participio *dispretus* usus est Gellius l. VII, cap. 18, ubi alii legunt *discerpti,* non *dispreti.* Ambrosius, serm. 27, al. 18, inter sermones ipsi adscriptos in Append. edit. Maur.: *Præcepta ejus minime dispennamus. Samaritum* vel est contractum pro *Samaritarum* a *Samarita,* aut *Samarites,* vel est a *Samarites* in plurali, ut *Curetes, Curetum.* Rursus vers. 324: *Ecce Samaritum populi,* ubi secunda producit, cum alibi corripitur. Vide var. lect., ad vers. 436.
 259. *Posco* cum duobus accusativis. Vide var. lect., ad vers. 254 h. l.
 261. *Gremium* de puteo, ut supra, vers 142, *fontis gremio.*
 265. Buthius, libr. xxxv Advers. cap. 16, pag. 1616; vivus, ait, *apud Christianos poetas, imitatione cæterorum, ingenuum, florentem suis opibus, rividumque denotat.* Allegatque Paulinum, Marium Victorem, Tertullianum, ac Juvencum hoc loco. At Juvencus Evangelium potius sequitur: *Et dedisset tibi aquam vivam.* Dicitur autem *aqua viva,* ut fontes perennes fontes viri.
 264. *Nostri virtute parentis,* hoc est, nostro parente Jacob, cujus virtus tantopere celebratur. Horatius, libr. II, sat. 1: *Quin ubi se a vulgo et scena in secreta remorant — Virtus Scipiadæ, et mihi sapientia Læli.*

266. *Pocula,* potus. Virgilius, eclog. 8, vers. 27: *Cum canibus timidus venient ad pocula damæ.*
 268. *Ex* abundat, ut sæpe *de.*
 272. Omittitur pronomen *ei:* videlicet *Largior gratia fluet ei, cui provenient, etc.*
 274. *Excitus:* secunda producta ab *excicio;* quæ corripitur, cum est ab *excicio.*
 277. *Veridicis:* proba vox, qua Cicero etiam utitur. Catullus, carm. 63, de Nupt. Pel. et Thet. dixit, *Oraculum veridicum.*
 278. *Nexa* ut supra *revinctam,* matrimonii vinculum denotat, et significantius est, quam si dixisset, *juncta es.*
 279. Conferenda sunt cum Juvenco verba Evangelii: *Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, et nunc quem habes, non est tuus vir.* Nimirum is, quo libidinis explendæ causa uteris, non est tuus vir, sed concubinariis. Ita ergo Juvencum intelligo: Nunc super te tollis, seu fers aliena vincula thalamorum. Ac fortasse inquit, virum, quo Samaritana abutebatur, fuisse maritum alterius. Sic exponunt Schoettgenius et Reuschius, qui Samaritanam causam fuisse, cur scortator ejus uxorem legitime ductam dimisisset, arbitrantur. *Super* est *insuper.*
 281. *In arce,* in vertice. A poetis præsertim *arx*

189 Præceptum nobis quondam liquere paren- A
[tes.

At vos in Solymis orandum dicitis oris.

Talia dicenti mox talia reddit Iesus :

285 En aderit tempus, montis cum vertice vestri,
Omnibus et Solymis aberit veneratio longe.

Sed nunc certa salus Judæis surgit ab oris.

Et nunc instantis cursus jam temporis urget,

Cum veri sanctum Genitorem, errore remoto,

290 Cultores, justis armati legibus, orent.

Spiritus his, ac plena fides erit, et Pater altus

Talia conquirat cultorum pectora terris.

Illa dehinc : Scimus, quod Christus nuntius
[orbi

190 Adventu proprio vitalia secula pandet.

295 Et tunc peccantum largus miserator Iesus

Se lumen terris Christum venisse fatetur.

Et jam discipuli reduces stupere magistrum,
Quod secreta illius poteretur femina verbis.

At properans urnam mulier pro fonte reliquit,

300 Et populum totis eduxit mœnibus urbis.

Omnia nam memorat sibimet sermone prophetæ.

Gesserat ipsa prius quæcumque, ex ordine dicta.

Tum prope Christum fusæ pet'eret catervæ.

Discipuli interea rogabant sumeret escas.

305 Ille satis sibi pulcherrum superesse ciborum

Respondit. Sed tum mirantium discipulorum

Inter se occultis currebat sermo loquens :

191 Forte aliquis prior hic epulas dedit ante
[magistro,

Nostras ut merito satiatus respuat escas.

310 Ille sed internæ cernens molimina mentis :

Hæ mihi sunt epulæ, pectus satiabitur istud,

Si faciam magni Genitoris jussa per orbem.

LECTIONES VARIANTES.

285. Rom., *Et vos : alii, At vos.*

286. Rom., *reddidit Iesus*, quasi dissyllabum sit *Iesus*, ut sæpe apud Prudentium. Juvencus trisyllabum solet efferre *Iesus*.

287. Reg., *venit ab oris.*

291. Ott., *Christus his*, correctum *Spiritus his*. Pro *his* alii habent *iis*.

292. Ott., Rom., Ald., Torn., Bas., *conquiret*; Reg., et alii, *conquirat*.

297. Rom., *At*; alii, *Et*.

298. Ott., *illius*, sed factum *illis*. In Reg., *illis* et glossa, pro *illius*. Rom., *illis* cum multis editis. Ald. cum aliis, *piis*. Reuschius omnino legendum censet *illius*, ex mss. Cant.; ne tamen aliquem offendat erasis *illius*, in textu ponendum curavit *ejus*, ex cod. Un. Ex glossa Reg., supra *secreta*, nempe *sola*, conjici posset *Quod sola illius*. Mss. Reg., Rom., Ott. cum multis editis, *potiretur*. Sed metrum exigit *poteretur* cum Hadam. et aliis, a *potior* poteris teritiæ conjugationis, non a *potior* *potiris*. Pro *secreta*

bene esset *secrete*, vel *secreto*.

299. Rom., *mulier cum fonte reliquit*. Reg., *mulier prope fonte reliquit*. Ott., *mulier pro fonte reliquit*, quam lectionem exhibuit Reuschius ex cod. Helmslæd. Eadem scriptura probatur etiam Gallandio; sic infra, vers. 586 : *Pro limine cernit*, et vers. 728 : *Pro foribus mater cum fratribus astitit illic*. Cicero, pro Milone, initio : *Illa præsidia, quæ pro tempore omnibus cernitis*. In editionibus veteribus legitur *fontem prope liquit*.

304. Mss. Reg., Rom., Ottobon., Ald., Bas., *rogitabant sumeret escas*. Hadam. et alii, *rogitant ut sumeret escas* : quæ lectio, ait Reuschius, ut ut cum regulis grammaticorum pugnare videatur, contra auctoritatem veterum non est.

309. Reg. *sociatus*, ex quo factum *sociatus*. Ott. prius *sociatus*, tum *satiatus*. Idem Ott., *respuit*, supra, *respuat*. Lege *satiatus respuat*.

311. In Reg. ex *sociabitur* factum *satiabitur*.

NOTÆ.

de cacumine montis sæpe dicitur. Virgilius, de septem collibus Romæ, libr. ii Georg. vers. 535 : *septemque una sibi muro circumdedit arces*.

285. *Orandum*, simpliciter de oratione, seu precibus ad Deum factis. Vide not. ad l. i, vers. 48. Reuschius exponit *adorandum*.

288. *Nunc jam* pleonasmus, qui alibi etiam occurrit.

289. Duriuscula syntaxis : intelligitur enim, quod veri cultores, errore remoto, orent sanctum Genitorem.

290. Leges muniunt, ac defendunt. Vide Comment. ad Prudent. l. ii, contra Symm. vers. 179, ubi præter alia in hæc sententiam referuntur verba Trebellii Pollionis : *Imperatorem majestatem non solum armis decoratam, sed et legibus oportet esse armatam*. Illud autem querendum, cur veros Dei cultores Juvencus dicat *justis armatos legibus*? Sacer textus ita habet : *Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales querit, qui adorent eum*. Spiritus est Deus : et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Juvencus in veritate exponit *errore remoto* : superest ergo, ut *justis armati legibus* sit interpretatio horum verborum in spiritu : quasi spiritus ac religio christiana id jubeat, qua veri cultores armati intrepide Deum ubique adorabunt. Huc etiam revocari potest, quod *Pater altus talia conquirat cultorum pectora terris*.

292. *Conquirat*, requirit. *Talia cultorum pectora*,

cultores tali pectore, vel talem constantiam in cultoribus. Vide vers. 84 h. l. : *Sed talia pectora cernens*, et not. ad vers. 65 h. l.

295. *Miserator* : ante Juvencum usus hoc vocabulo est Tertullianus, libr. v contra Marcion. cap. 11.

297. *Stupeo*, pro valde admirari, regit accusativum apud poetas, quod exemplis confirmare supervacaneum esset.

300. *Figurate populum totis eduxit mœnibus*, pro *populum totum*, etc.

303. *Fusæ*, hoc est, effusæ, multæ. Cicero, l. ii de Orat. cap. 58 : *Genus sermonis offert non liquidum, non fuscum, ac profuens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum*.

305. *Pulchrorum ciborum* : vide notam ad vers. 150.

307. *Inter se* reciprocum pro relativo *inter illos*, quod aliquando in urpat, frustra repugnante Valla. **308.** *Prior ante*, pleonasmus, ut apud Virgilium, l. iv Æneid. vers. 24 : *Vel tellus, optem, prius ima dehiscat... Ante pudor, quam te violo*.

309. *Respuit*, repudiet, non admittat ; hæc enim significationem præter alias habet *respono*. Neque assentior Reuschio, qui annotat : *Durior vox, quam castigatores veterum aures rix ferrent*.

310. *Molimina mentis*, vide vers. 18.

311. *Pectus istud* ; præstitisset dicere *pectus hoc* ; nam de se loquitur Christus. Verum est nihilominus interdum a Cicerone et aliis *iste* pro *hic* poni, et contra *hic* pro *iste*.

- Quatuor hinc menses lætæ ad primordia messis A
Frugiferæ ætatis certe superesse putatis.
- 315 Erigite ergo oculos, albentes cernite campos,
192 Cunctaque maturam jam rura exposcere
[messem],
Nunc quicumque metet, pulchri mercede la-
[boris],
Vitalique dehinc gaudebit fruge redundans,
Et sator accipiet messorum gaudia lætus.
- 320 Vos ego nunc misî gravidam succidere messem,
Quæ non est vestro sulcis inserta labore.
Vos aliena bonæ ditabant munera frugis.
Talibus alloquitur comitum dum pectora complet,
Ecce Samaritum populi venere rogantes.
- 325 Exorantque illic geminos impendere soles.
Jamque fides multos plebis fundaverat alta,

LECTIONES VARIANTES.

313. Ott., hic Reg., Rom., editi, hinc.
314. Reg., Rom., Ott., ætatis : videlicet primordia messis ætatis frugiferæ, vel sunt duo genitivi, qui conjunguntur cum primordia. Vide not. ad l. 1 vers. 193. Editi plerique ætati, hoc est, usque ad ætatem.
319. Ald., excipiet, pro accipiet.
320. Mss. cum plerisque editis, Vos ego. Poelin., Fabr., Hos ego. Rom., supra, ergo pro ego repugnante metro.
322. Reg., a pr. m, bona : forte legendum : Vos aliena bona ditabant munera fruge, nempe fruge bona.
325. Mss. Reg., Rom., Ott., impendere soles, quod melius est pro insumere, quam expendere, quod editi exhibent. Suetonius, in August. cap. 98 : Caprearum recessus quadrimum impendit. Reuschius, ex Fuld., impendere ; et quadam editione illis conjiciebat cum Zehnoro, illis geminos impendere soles.

- Nec jam femineis tantum concredere verbis
Ipso; sed coram virtus manifesta docebat,
Venisset seclî quod jam Servator Iesus.
- 330 Jamque Galilæam remeaverat in regionem,
193 Quondam ubi fontanas vino mutaverat un-
[das].
Regius hic juvenis, cui natum morbus anhe-
lo
Ardore extremis vitæ torrebatur in oris,
Compegit ut Christum certo remeasse recursu,
335 Advolat, et precibus sobolis pro sorte profusus
Orabat, celeris deposcens dona salutis,
Ne pius ad lethum natus traheretur acerbum.
Christus ad hæc : Signis nisi suadeat omnia
[virtus],
Non erit ulla fides : sed perge, et sospite vita
340 Ædibus in vestris dulcem complectere natum.

- B 327. Ald. distinguit verbis, — Ipsos sed.
329. Reg., Rom., Ott., Servator. Editi, Salvator.
330. Reg., Jamque iterum terram remeaverat in Galilæam. Ott., Rom. cum editis, Jamque Galilæam remeaverat in regionem.
331. Rom., vinum : forte, fontanam in vinum mutaverat undam, vel vinum in Rom. est nominativus. Nihil tamen mutò.
332. In Ottob. ex morbis recte factum morbus.
333. Duo codd. apud Reuschium, horis, sed oris magis poeticum est ; et in mss. aspirans littera sæpe vocalibus adjungitur, sæpe detrahitur, veluti harundo, ymnus. Postea vers. 344. Luminis oras.
337. Rom., Ne prius : alii, Ne pius. Apud Virgilium et alios, pius et prius inter se permutata sunt. Reuschius eligit prius ex codice sacro, Priusquam moriatur. Aliud malo.
339. Ald., Non erat ulla fides : alii, erit.
340. Rom., Sedibus : alii, Ædibus.

NOTÆ.

313. Joann. loc. cit : Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis : Levate oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. Ita etiam Itala vetus. Explicat id Juvenius, post quatuor menses futura primordia messis. Lamys, in Harmonia Evang., ex græco textu, τετραμήνον, quadrimestre spatium, sic explicat : Proverbialis est sermo : quasi dixerit Christus : Inter vos tritum est sermo : Adhuc quadrimestre est spatium, per quod messis colligi potest ; messis venit, sed non præterit : ita nunc celeritate opus non est. Mazochius, ad h. l. quatuor non amplius menses in Judæa sementem inter æt messem intercessisse putat, atque ita exponit : Vos, semente facta, tritum illud usurpatis : Quæ sulcis mandavimus, ex its post quatuor menses fructum demetemus : at sationis spiritualis fructus longe præcocior ; jam enim regiones flavescunt ad messem. Præcesserat Maldonatus, qui simile proverbium Latium profert : Adhuc seges in herba est.
315. Albentes messes, flavescentes. Utitur verbo Evangelii albæ. Hieronymus, comment. in Mich. vii : Videte regiones, quia jam candidæ sunt ad metendum. Mazochius, ad h. l., observat, genus tritici in regno Neapolitano esse, quod album vulgo appellant : cujus seges dum messem expectat, albicat, non flavescit. Non tamen inde colligam, ejus generis fuisse triticum judaicum.
317. Pulchri laboris, ut pulchra libertas apud Virgilium, et similia, de quibus ad vers. 150.
319. Joannes ait : Ut et qui seminatur, simul gaudeat, et qui meretur. Illi satores sunt prophetae, qui olim prima semina verbi divini jecerant.
320. Virgilius, l. 1 Georg. vers. 297 : At rubicunda Ceres medio succiditur æstu, hoc est, metitur medio

- C die, et æstu. Silius, l. xv vers. 536 : Immatura seges rapido succiditur ense.
324. Supra non semel duas primas in Samaritum, et Samaritis corripuit. Confer var. lect. ad vers. 436.
325. Exorant, obtinent, orando impetrant. Joannes, loc. cit : Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum, ut ibi maneret, et mansit duos dies.
226. Notanda phrasim multos plebis, pro multis e plebe.
330. CAPUT XIII. Filium Reguli a morte liberatum. Joann. iv, 46 seqq.
332. Evangelii verba sunt : Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur, etc. Græce pro Regulus βασιλικός, al. βασιλικός. Juvenius regulum vocat regium juvenem, videlicet vitum ex aula regia, fortasse Herodis. Sæpe Juvenius juvenem pro homine, seu viro, ponit, ut dixi ad vers. 44 h. l. Cicero, in Famil., ad Curionem jam 54 annos natum, ut observat Gothofredus : Ut ætas nostra ingravescent in adolescentia tua conquiescat. Confer etiam not. ad l. iii vers. 55.
333. Ovidius. Heroid. epist. ult. vers. 169 : At mihi (væ miseræ!) torrentur febribus artus. Sic æstus febris, l. 1, vers. 799.
335. Pro sorte, pro statu, pro salute. Fortasse eo respexit Juvenius, quod soboles sors patris dicebatur. Ovidius, l. vi Fast. vers. 29 : Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem — Feci : Saturni sors ego prima fui.
337. Lethum acerbum, funus immaturum : elegantia nota.
340. Ædibus in vestris, pro tuis, ea loquendi ratione, quæ cadente latinitate, invalescere cœpit. Vel intellige tuis, et tuorum.

Illis verbis fructum mox perceptura salutis
Pulchra fides animum lætanti in pectore firmat.
Jamque iter ingresso properantibus obvia servis
194 Nuntia fama venit, pueroque in luminis

A 355 195 Ille sed inspiciens, quid pectora sæva te-
nerent.

Non, inquit, medicis opusest, ubi fortia membra
Intemerata salus vegetat virtutis honore.

Ægris sed merito miserans adhibenda medela est.
Discite nunc saltem, jubeant quid verba prophetæ:

360 Non ego sacra magis, quam mitia pectora quæro.
Haud etenim justos veni ad directa viantes,
Sed revocare malos peccantium a limine gressus.

Ecce sed e numero mirantum munera Christi
Unus Joannis quærebat discipulorum,

365 Cur ipsi legis jejunia crebra tenerent,
Nullaque sub Christo plebes jejunia ferret.
Christus ad hæc contra placido sic ore profatur:
Qui sponsi lætis comitantur vota choreis,
196 Non, præsentem illo, jejunia tristitia portant.

345 Limine de mortis subitam remeasse salutem.

Ille ubi cognovit, certum concurrere tempus
Sanantis Christi verbis, seseque domumque
Mancipat, amplexus fidei venerabile donum.

Forte dies epulis multos sociaverat una,

350 Publica conductis qui vectigalia lucris
Professi, rapiunt alieno nomine prædam.
Hos cum discipulis simul accipiebat Iesus.
Ecce Pharisæi occulto reprehendere nisu,
Quod legis doctor convivium talia iniret.

LECTIONES VARIANTES.

341. Rom., fratrem : lege fructum.

342. Rom., male, animi, pro animum. Ott., lætanti pectore, sine in.

344. Ald., Bas., Poelm., pro d. s., puero resonante jacenti. Reg., Octob. cum aliis editis, pueroque in luminis oras : Rom., perperam, puerumque. Non male esset puero sub luminis oras, etc. In lectione communiori subintelligi potest refert, vel narrat remeasse salutem.

347. Reg., Sanati. In Ott. videtur fuisse Sanatis. Rom., Sunantis, cum editis.

349. Reg., Rom., Ott., Torn., Poelm., pro d. s., una : alii, unus. Mss. cum plerisque editis, sociaverat. Ald., Torn., Bas., satiaverat. In Daventr., sociaverat unus ; sed glossa mss. repleverat videtur facta pro satiaverat, quod minus probo.

353. Mss. et editi constanter, occulto reprehendere risu. Sed quid rogo, est occultus hic risus ? Nullus dubito, quin legere oporteat occulto reprehendere nisu, scilicet occulta molitione et conatu. **Supra vers. 18 :** Centis sic sunt molimina vestræ, et vers. 310 : Ille sed internæ molimina mentis. Lib. III vers. 152 seq., pariter legam, Quod verba loquentis — Occulto carpant scribarum pectora risu.

354. Reg., Ott., vellet : in Ott., supra, iniret, quod habent plerique editi. Poelm. pro d. s., Fabr.,

B adiret.

355. Ald., Fabric., Bas., Poelm., pro d. s., clausa. Mss. cum aliis editis, sæva : quod præfero, quamvis non displiceat clausa, hoc est, tecta et ficta.

356. Un. apud Reuschium, per interrogationem : Numquid, ait, medicis opus est, etc.

357. Rom., Reg., Octob., Poelm., pro d. s., vegetat virtutis honore. In Ottob., pro d. s., vegetat viresque ministrat, quod reperitur in plerisque editis. Reuschius amplexus est virtutis honore, hoc est, virtute et viribus. Similis locutio apud Ovidium, II Metam. vers. 285, al. 285.

358. Wopkensis, ad Sedulium, l. I vers. 22, concipiebat miseris pro miserans.

359. Reg. scribit salim.

364. In Ott. ex Joannes recte factum Joannis.

366. Reg., Ott., Torn., Fabr., ferret. Rom. cum Ald., et aliis editis ferrent, quod fortasse fuit in Ott., a pr. m. Sed, ut opinor, ferrent a librariis scriptum, qui plebes in nominativo plurali esse putaverint. Haud equidem negaverim, eleganter cum plebes seu populus in singulari posse conjungi verbum ferrent in plurali. Sed cum de hac elegantia non constat, ægre eam admittam in poetis christianis. Etsi autem plebes in plurali aliquando dictum fuerit, tamen longe usitatius est in singulari.

NOTÆ.

342. Pulchra fides ea significatione, quæ vers. 150, et 317 explicata est.

346. Concurrere, congruere, convenire. Vide l. I vers. 448, et h. l. II vers. 831.

348. Glossa in cod. Reg., Mancipat-subdit Christo.

349. CAPUT XIV. Jesus pharisæis murmurantibus de convivio publicanorum dicit, non opus esse sanis medico. Matth. ix, 10, etc. ; Marc. II, 15, etc.

350. Pulchra descriptio publicanorum, qui professi publica vectigalia conductis lucris, rapiunt sibi prædam nomine fisci. Jansenius Gandavensis hoc ipsum tenet, Judæis publicanos invisos, quod vi, et rapinis grassarentur.

351. Quæstus publicanorum recte prædam vocat. Cicero v in Verr., al. I in cap. 50 : Maximos quæstus, prædasque fecisse. Vide not. ad Dracont. l. II vers. 769.

352. Videtur hypallage, quasi velit Juvencus dicere : Hi accipiebant convivio Jesum cum discipulis. Sed potius Juvencus verba Evangelii exprimere voluerit. Matthæus : Et factum est, discumbente eo in domo, multi publicani et peccatores venerunt, et recumbebant cum Jesu, et cum discipulis ejus. Marcus audit : Erant enim multi, qui et sequebantur eum.

360. Rursus vers. 581 : Quod non sacra Deus, sed mallet mitia corda.

363. CAPUT XV. Discipulis Joannis interrogantibus, quare non jejunarent discipuli ejus, parabola proponitur panni scissuræ, et utris. Matth. ix, 14 seq. ; Marc. II, 18 seq. ; Luc. v, 33 seq.

368. Sponsi vota : sic nuptiæ appellantur in cod. Theodos. l. III, tit. 5, leg. 7. Apuleius, l. IV Metam., post med. : Votis nuptialibus pacto jugali pridem destinatus. Matthæus et Lucas comites sponsi, qui eum lætis choreis comitabantur et ad thalamum deducebant, vocant filios sponsi, Marcus vero filios nuptiarum. De hoc ritu deducendi et comitandi sponsum cum lampadibus, seu facibus, choreis et canticis, consulte Martinum Roa, l. II Singular. c. 21.

369. Vulgata Evangelii Matthæi : Et ait illis Jesus : Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponus ? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt. Italica vetus : Numquid possunt filii sponsi jejunare. Hilarius ad hunc locum : Præsentem sponso, jejunandi necessitatem discipulis non esse respondet.... Ablato autem se, jejunatuos esse dicit.

370 Jamque dies aderit, cum sponsus turbine sæcli A
E medio comitum rapietur : tristibus illi
Languida concipient animis jejunia flentes.
Quam stultum est rudibus veteres subtexere
[pannis,
Vestibus ut turpis pejus scissura patescat ?
375 Aut utribus calidum tritis committere mustum,
197 Queis ruptis totum sequitur disperdere
[vinum ?
Sed rudibus rectum est utribus spumantia musta
Condere : sic vinum conservant fortia vasa.

Talia tractanti percussus pectora luctu
380 Ecce sacerdotum princeps procumbit adorans ;
Et sibi defunctam, funus miserabile , natam
Implorat lacrymans, certamque venire salutem
Defunctis etiam posebat munera Christi.
Haud mora, consurgens graditur Servator Iesus.
385 Progressi mulier sequitur vestigia servans ,
198 Quam languore gravi bis sex labentibus
[annis
Carpebat fluxus, lacerans sine fine, cruoris,
Viribus absumptis , et toto corpore fessam.

LECTIONES VARIANTES.

371. Poelm. in textu, Dauventr., Hadam., Ald., B
Fabr., *Tristibus illi—Tuncque dabunt animos lacrymis
horrore ciborum. — Languida concipient animis jejunia
flentes. — Quam stultum.* In Rom., et Poelm., a
sec. m., *Spondebunt pro Tuncque dabunt.* In Ott.
etiam, *Spondebunt*, sed deest versus *Languida*. In
Reg. pariter, *Spondebunt*, sed prius ponitur versus
Languida; tum alius *Spondebunt*. Sane alteruter su-
perfluous est : sed magis spurcius mihi videtur *Spon-
debant animos lacrymis horrore ciborum*. Kœnigius con-
jiciebat *Sponte dabunt animos*. In cod. Ca. scriptum
erat *Languida concipient*.

373. Reg., a sec. m., Ott., *pannis. — Vestibus ut
turpis pejus scissura patescat* : quæ videtur proba
lectio, et distinctio. Alii *pannos — Vestibus, ut*.

374. Rom., Torn., *Vestibus, ut turpis pejus scissura
patescat.* Codex Fuld., *ut pejus turpis.* Codex Cant.,
ut ruptis pejus. Poelm. in textu, Hadam., *ut veteris
pejus scissura patescat*, quod exponit Reuschius,
nova scissura pejus veteri scissura, per constructio-
nem comparativi cum genitivo. Ald., Poelm., pro d.
script., *ut turpis pejus scissura noletur*. Teneo scriptu-
ram, quam ex mss. Reg. et Ott. vers. præc. indicavit.

375. Mss. Rom., Reg., Ott., *Aut utribus calidum.*
Ediit, *Utribus aut calidum*. Fortasse id factum ab
editoribus, quia putabant, primam in *utribus* neces-
sario esse longam : quod tamen fundamento caret,
quamvis in antiquioribus exemplum non occurrat,
ex quo liqueat, corripì eam posse.

377. Ott., Rom., *Sed rudibus rectum est utribus
spumantia musta.* Ita Reg. sed sine est, et cum
glossa *rudibus — novis*. Ediit, *Utribus est rectum ru-
dibus spumantia musta*, ne scilicet prima in *utribus*

B corripatur, ut nuper aiebam.

380. In Ottob. videtur factum *ad oras pro adorans*.

381. Rom. *Ut sibi defunctam.* Bas., *Et sibi de-
functum.* Lege *Et sibi defunctam*.

382. Kœnigius conjicit, *Complorat lacrymis*.

385. In Rom. deest hic versus. Reg., Ottob., *De-
functis etiam posebat munera Christi*, quod edidit
Poelm. pro d. s. Plerique editi, *Defunctæ vita pose-
bat munera Christi*. Hadam., *Defuncto vita, posebat
munera Christi*.

384. Rom. a pr. m., Ald., Dauventr., Reg., Ott.,
Bas., *Servator* : alii, *Salvator*.

385. Mss. et plerique editi, *Progressi*. Hadamar.,
Poelm., in textu, *Progressos*; quam lectionem tole-
rari posse ait Reuschius : sed aliam præfert hac
syntaxi : *Progressi Salvatoris vestigia servans mulier
sequitur*, ut absorbeat alter eundem casus, qui
facile suppleri potest. Vel dic eumdem accusativum
vestigia regi a duobus verbis.

C 387. Reg., Rom., Fabr., *Carpebat fluxus lacerans
sine fine cruoris.* Ald., Bas., *Torquebat fluxus mace-
rans sine fine cruoris.* Rom., Hadamar., Poelm.,
Carpebat fluxus lacerans sine fine cruoris. In *macerò*,
a productur : hac ratione rejeci etiam hymn. 8 Ca-
them. Prudentii vers. 22 : *Sordidus cultu macerare
frontem*, ut legit Nebrissensis : pro quo alii, melius,
Sordidus cultu lacerare frontem. Kœnigius suspica-
tur : *manans sine fine*. Post hunc versum in Poelm.,
Hadam., Torn., inseritur alius, scilicet : *Torquebat
solvens morbus pallore virentem* : sed Torn. et, pro
d. s., Poelm. legit *Torquebutque gravi morbus*. In
plerisque deest hic versus.

388. Ald., Torn., Bas., Rom., *fessa — Pectoris*

NOTÆ.

370. Turbine sæcli, ut ut vers. 225 h. l.

372. Ferre jejunia, portare, concipere pro jejunare.

375. Matthæus : *Nemo autem immittit commissu-
ram panni rudis in vestimentum vetus : tollit enim ple-
nitudinem ejus a vestimento, et pejus scissura fit.* Hæc
sententia melius fortasse exprimeretur sic : *Quam
stultum est rudes pannos veteribus subtexere? Pan-
nus novus assutus panno veteri eam panni veteris
partem auferre solet, cui per suturam adhæret. Id
autem accidit, sive ex duplici panno veteri, et novo
vestis fiat, sive panno vestis jam tritæ novus, et
rudis pannus assuatur. Juvencus igitur subtexere
usurpat pro contexere : et utroque modo rectum
est, sive rudes pannos veteribus contexere, sive ve-
teres pannos novis. Reuschius existimat, non tam
scitum fuisse veterum suendi modum, quam quidem
apud nos est, sed crassius fuisse τὸ πλῆρωμα, quod
inserendum erat vestimento veteri, adeo ut proinde
extantius esset, et vestem citius detereret.*

375. Pro *calidum mustum* in sacro textu est *vinum
novum*.

376. *Disperdere pro disperdi* per enallagen, ut ait
Reuschius.

379. CAPUT XVI. *Inter eundem ad suscitandam*

*filiam principis sacerdotum, mulierem a profusio
sanguinis sanat Jesus.* Matth. ix, 18 seq. ; Marc. v,
22 seq. ; Luc. viii, 41 seq. De verbo *tracto* stylo ec-
clesiastico pro *dissero* vide comment. ad Prudent.
hymn. 15 Perist. vers. 401.

D 380. Ab Evangelistis dicitur archisynagogus, sive
princeps synagogæ, qui scilicet caput erat synago-
gæ, cujus jussu res in synagoga fieri solitæ decer-
nebantur.

382. *Implorat lacrymans* est pleonasmus : nam in
implorat jam lacrymæ intelliguntur. Notanda vero
hoc loco significatio non obvia verbi *imploro* : idem
est enim *implorat natam*, ac nominat, appellat cum
lacrymis natam, et nomen ejus repetit. Cicero,
Verr. vii, al. libr. v cap. 49 : *Me suam salutem appel-
lans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans*.
Reuschius explicat, *Implorat lacrymans*, h. e.,
lacrymis et suspiriis confirmat verum esse id quod
de morte filia dicat. Sedulius Juvencum imitatur,
l. iii, vers. 298, *Imploratque gemens* : quem ad locum
videndus Wopkensius.

385. *Vestigia servans*, observans.

387. *Sine fine* : phrasid ecclesiasticis scriptoribus
familiaris. Vide not. ad Draconem, vers. 21 libr. 1.

- Pectoris hæc tacitam volvebat credula mentem A
 390 Arcano, secumque fide jam certa tenebat,
 Actutum fesso fugeret quod corpore tabes,
 Extremam Christi posset si tangere vestem.
 Hæc ubi per populum summi pendentia pepili
 Fila manu trepida tractavit, protinus ille,
 395 **199** Et causas morbi et credentia pectora
 [cernens,
 Concessit celerem tali cum voce salutem :
 Accipe, quod meruit fidei constantia, munus,
 Et mox restricto vigerunt sanguine venæ. [gens
 Postquam perventum est, ubi funera virginis in-
 400 Plangentis populi fremitus, clangorque tubarum

LECTIONES VARIANTES.

- hæc, etc. Alti, fessam. — Pectoris. Reuschius, fessa. B*
— Pectoris, in sexto casu fessa, ut subintelligatur
muliere : quod non probat.
 389. Ott., *hic, recte factum hæc.*
 390. Reg., Daventr., Torn., Bas., Poelm., pro d.
 s.; Ald., Fabr., *Arcana, secumque fide.* In Ott., *Arcano,*
secumque fide, et forte luit fidem. In Rom.,
Arcanum secumque fides. Hadam., Poelm. in textu,
Arcanaque fide secum. Conjiciat aliquis *Arcana secu-*
ra fide. Cæterum scriptura Ott. cæteris melior videtur.
Arcano adverbium est a Plauto, Cæsare, et Cicerone
usurpatum : quamquam apud hunc incerta
est lectio. Potest autem interpungi vel mentem —
Arcano; vel mentem, — Arcano.
 392. Rom., *si posset : alii, posset si.*
 393. Reg., *causam, sed videtur fuisse causas.*
 398. Mss. nostri, et alii *restricto.* Ald., et non-
 nulli editi, *constricto; alii, constrictæ.* Fabr. pro *ri-*
gauerunt habet *riguerunt, nescio an ex conjectura,*
an ex fide alicujus codicis. Hanc scripturam confirmat
Reuschius, quamvis alium ipse teneat, ex Lucano
l. iv: Sicca rigens astrinxit vulnera sanguis. In Westh.
ad marg. pro constricto in textu legitur constantiæ,
quod videtur mendum.
 399. Forte *funere.* Reg. cum Ald., et aliis distin-
 guit *funera virginis, ingens.* Sed cum postea vers.
 401 *recurrat funera pompæ, videtur hoc loco inter-*

- Ultima supremæ celebrabant innumera pompæ :
 Abcedant, inquit, tectis hæc tristia vestris.
 Namque puella jacet placido demersa sopore,
200 Defunctam retur silentum quam nescia
 [plebes.
 403 Talia dicentem ridentem turba reliquit,
 Quod morte abreptam dixit dormire puellam.
 Sed Christus lethi victor, vitæque ropestor
 Frigentis dextram dignatus prendere dextra,
 Surgere mox ju-sit miranda ad gaudia patris.
 410 Inde revertenti clamor se protinus offert
 Cæcorum pariter gressu labente duorum.
 Illis Christus ait : Si credunt pectora vestra ;

pungendum ubi funera virginis, ingens, scilicet ubi
erant funera virginis. Melius vero legetur vers. 401,
munera pompæ.

401. In Reg., et Ott. factum est *celebrabat ex*
celebrabant. Editi, et mss., *funera : sed libenter le-*
gam munera. Quid enim sunt *ultima funera supremæ*
pompæ ? At munera ultima scite positum est ex dic-
tis ad vers. 20 hujus libri : Ultima defuncto debentur
munera patri. Est autem *munera* accusativus apposi-
 tus ; et sensus est : Postquam perventum est, ubi
 fremitus, clangorque celebrabant funera virginis,
 ultima munera, etc. Porro hanc conjecturam, quæ
 olim Rivini etiam fuit, Codd. Cantabrigienses ful-
 ciunt, et secutus est Reuschius.

403. Lege potius *demersa* cum mss. nostris, quam
dimersa, quod habent Ald., et alii.

404. Poelm. pro d. s., *fertur : sed sensus exigit*
retur.

405. Rom., *relinquit, quod etiam videtur a pr. m.*
fuisse in Ott. pro reliquit.

411. Mss. nostri, et Poelm. pro d. s., *Cæcorum*
pariter gressu. Editi plerique, *Lumine captorum gres-*
su. Juvencus fortasse scripsit *gressu labante, pro-*
ducta prima in labante, ut l. h. vers. 457, et l. iii,
vers. 575, Labat quia pectore vestro — Instabilis
fidei nutans per lubrica gressus.

412. Fabr., Westh. in textu, *Atque iis Christus*

NOTÆ.

389. *Pectoris mentem, cogitationem. Hendiadys,*
 unum per duo, ut sæpe alibi occurrit, nisi malis *pec-*
toris arcano.

391. Fabricius in Comment., verbo *Actutum,* ait
 dictionem hanc esse comicam, qua etiam usus est
 Alcimus libr. 1 : *Actutum suavi producens omnia sæ-*
tu. Verum eandem vocem usurparunt Cicero, Li-
 vivius, Virgilius, alique non comici.

393. *Per populum :* Marcus ait : *Venit in turba re-*
tro, et tetigit vestimentum ejus. Peplum quodvis ami-
 culum dici, ex hoc versu probat Barthius l. xxxiv
 Advers. cap. 4, col. 1552. Fabricius, in comment.,
 verbo *Peplum,* ait esse vestem fluxam et talarem,
 siue manicis, vels feminisque communem. Univer-
 sim sumitur *peplum* pro quacumque veste laxa.

394. Descriptio fimbriæ : *Fila pendentia summi*
pepli. Nam extremâ vestium, præsertim si incisuras
 habeant, *fimbria* dicuntur. *Tractavit,* tetigit : eadem
 significatione l. 1, vers. 354 : *Corporeisque oculis Tu-*
men tractare serenum.

395. *Causæ* aliquando pro morbis simpliciter po-
 nuntur, ut confirmavi ad Prudent. hymn. 1 Peri-
 steph. vers. 20 : *Supplicum causas petitis quæ medelis*
irrigant.

396. *Tali cum voce,* ut libr. h. v. 597, *Cum dicto.*

400. Musicam funebrem tubarum sono exornatam
 fuisse, ex hoc loco arguit Barthius l. xxxiv, cap. 5.
 Sed quamvis usus tibiæ in funeribus frequentior fue-
 rit, atque adeo mentiæ tibicinum fiat apud evange-

listam Matthæum in Vulgata, tamen multis ex locis
 constat, adhibitam quoque fuisse tubam. Virgilius
 l. xi, vers. 92, de funere Pallantis : *It cælo clamor-*
que virum clangorque tubarum. Adde Ovidium, Ho-
 ratium, Persium, et alios. Notat vero Gellius l. xx,
 c. 2, eos, qui *apud sitos* canere soliti essent, hoc
 est, vita functos, et sepultos, *siticines* dictos, diver-
 sumque a cæteris tubæ genus habuisse. Iricius in
 codice Vercellensi Versionis Italæ apud Matthæum
 invenit *tubicines,* sed præferendum ait *tibicines* cum
 Vulgata, quia minoris ætatis funera ad tibiam, ma-
 joris ad tubam proferebantur ex Servio ad v. *Æn.*
D *Laudumque arrecta cupido.* Sed, ut verum sit hoc
 discrimen, ex Vulgata non constat, puellam, de qua
 agimus, in minori ætate fuisse constitutam. Favet
 tamen textus græcus *puellula, filiola ;* at Marcus
 aperio ait eam fuisse annorum duodecim. Servius
 autem per minorem ætatem intelligere videtur in-
 fantes. Vide Berald ad Stat. vi Theb. 121.

407. Ut diabolus *mortis repertor,* sic contra Chris-
 tus *lethi victor, vitæque repertor* dicitur. Vide quæ in
 hanc rem dixi comment. ad Prudent. hymn. 4 Cath.
 v. 9.

408. *Frigentis, h. e. mortuæ.* Virgilius libr. vi
 vers. 219 : *Corpusque lavant frigentis, et unguunt.*
 Hinc *frigida mors* ab effectu.

410. CAPUT XVII. *Duo cæci liberantur.* Matth. ix,
 27, etc.

411. *Gressu labente :* occur ita? An claudi etiam

Nunc virtute mea se reddet lumen ademptum. A 425 Illi firmato se credere corde fatentur.

415 Tum Christus fatur : Credentes cernite lucem ,
201 Nec cuiquam nostrum post hæc edicite
[nomen.

Dixit : sed major per gaudia tanta videntum
Ardor inexpletus famam per cuncta ferebat.

Offerturque dehiuc juvenis, cui rapta sonoræ

420 Dæmonis incurso fuerat substantia vocis.

Ast ubi propulsus fugit de pectore dæmon,
Confestim sanæ redierunt munera linguæ.

Talia mirantis populi stipante tumultu

Vallatur : cernens sed millia tanta virorum,

LECTIONES VARIANTES.

ait ; ad marg., *Ollis Christus ait.* Ald., Bas., *Isis* ; alii, *Illis*, vel *Ollis*. In Reg., et Torn. eleganter cum interrogatione : *Quid credunt pectora vestra ? — Num virtute mea se reddet lumen ademptum ?* Ita a pr. m. fuit, ut videtur, in Ott. Plerique sine interrogatione : *Si credunt pectora vestra, — Nunc virtute mea se reddet lumen ademptum.* Matthæus ait : *Creditis, quia hoc possum facere vobis ?* Nihilominus Reuschius mavult sine interrogatione. Alii, etiamsi scribatur *si credunt*, interrogationem apponunt, quia *si* accipiunt pro *num*, ut l. iv, vers. 555.

414. Alii, *Olli* ; alii, *Illi*.

415. Ott., Torn., Bas., Ald., et alii, *lucem*. Reg., Rom., Had., et alii, *lumen*.

416. Rom., *Nec cuiquam vestrum videtur mendum pro nostrum.* Ottob., *post hæc vos dicite.*

417. Reg., Torn., Rom., Bas., Ald., *sed propere.* Ott. cum aliis editis, *sed major*.

418. Rom., *per cuncta ferebat* ; ad marg. diversa lectio, vel correctio *ferebat*.

419. Ald., Poelm. pro d. s., *Afferturque* ; plerique, *Offerturque.* Ald., *sonore*, corrigi *sonoræ*.

421. Reg., Rom., Ott., Ald., Torn., Bas., *Ast ubi propulsus.* Poelm. in textu, Fabr., *Atque ubi propulsus.* Hadam., Poelm. pro d. s., *Atque propulsus ubi.* Lex metri utrumque patitur.

425. In Ott. ex *Ingemuit* recte factum *Ingemit*.

427. Rom., Ald., et alii, *tulia dicta*.

428. Ald., Bas., *Quam late segetes ruris per terga latefcunt.* Torn., *En late segetes ruris per terga patefcunt*, quod habet etiam Poelm. pro d. s. Plerique editi cum mss. nostris, *Quam læta segetes ruris per terga patefcunt !*

431. Reg., *numeros* ; sed videtur correctum per *numero* cum glossa *de numero*. In Ott., ex *colentem*

425 *Ingemit*, ut ruris Dominus, cui pascua læta
Innumeræ tondent pecudes, rectoris egentes.
Tunc ad discipulos depromit talia verba :
Quam læta segetes ruris per terga patefcunt !
202 Sed rarus messor frugis superatur acervo.

430 Jam superest dominum segetis deposcere tantæ,
Ut sua rura velit numero complere colentum.

Ilæc fatus, populo ex omni delecta seorsum
Fortia conglomerat biseno pectora cætu.

Hos ubi delegit, præceptis talibus implet :

435 Devitate itiner, quod gentes perfidiosæ,
Et Samaritarum fraudis vestigia calcant.
Pergite, qua patrii pecoris custodia labat.

B factum colentum. Plerique, numero complere colentum.

432. In Ott. ex *dilecta* factum *delecta*. Ibidem mendose *seorum* pro *seorsum*. Non ineptum esset *suorum*. Matthæus : *Et convocatis duodecim discipulis suis*, etc.

435. Editi, et mss. plerique, *Fortia conglomerat biseno pectora cætu*, — *Bis sex consociat fidorum corda virorum*. — *Hos ubi*, etc. Ott. prius habet versus *Bis sex*, tum *Fortia*. In Torn. deest hic versus *Fortia*, qui etiam omisus est a Fabricio, neque est certe valde necessarius. Potest etiam hic retineri, et omitti versus *Bis sex*, etc. Id igitur sequor.

434. Ott., *dilegit*, a Sec. m., *delegit*.

435. Mss., et plerique editi, *Devitate itiner, quod.* Ald., Fabr., *Devitate viam, quam*.

436. Reg., Ott., *Et Samaritum*, sed in Reg. forte fuit *Et Samaritarum*. Rom., Ald., Bas., *Et Samaritarum*. Had., Poelm., in textu, *Atque Samaritum*, ut supra vers. 524, *Ecce Samaritum*, nisi eo loco legere malis *En Samaritarum*. Juvencus sæpius duas primas corripit. Alii alio modo. In Ott., *fraudes* ; in Torn., *fraudibus*, pro *fraudis*, quod retinendum est.

437. Mss. nostri Reg., Rom., Ottob. cum Daventr., Westh. in textu, Ald., *labat*, cum glossa in Reg., *deficit* : sed in hoc eodem Reg. forte fuit *balat*, quod existit in Hadam., Poelm., et aliis editis. Videtur præferendum *labat* ex textu Evangelii Matth. x, 6 : *Sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israel.* Obstat prima in *labat*, quæ brevis est. Sed quid est *balat custodia* ? Mihi enim dubium non est, quin *custodia* significet custodes. Teneo igitur *labat*, producta prima contra antiquiorum usum. Kænigius retinet *custodia balat*, et custodiam accipit passive pro re custodita. Verum etiam sic Evangelii sententia non

NOTÆ.

erant ? Silet Evangelista. Labebatur ergo, sive lababat, aut nutabat gressus eorum, quia, cum cæci essent, non ita expedite ambulare poterant.

418. *Per cuncta*, per omnia, ubique. Dixi de hac loquendi ratione ad Dracont. lib. i, vers. 292.

419. CAPUT XVIII. *Dæmonium mutum ejectum, et turbam ad Jesum confuisse.* Matth. ix, 32 seqq. ; Luc. xi, 14, etc. Juvencus *jurènem* vocat hominem mutum, dæmonium habentem, ut ait Matthæus. Vide not. ad l. i vers. 774, et h. l. vers. 532.

420. *Substantia vocis, vox, ut substantia salis* libr. i vers. 510. Vide notam ad vers. 631 libr. i.

425. *Tumultus* hoc loco significat turbam, et multitudinem discursantium, et strepentium ob admirationem. Lucanus l. iii, vers. 402 : *Non fictas læto voces simulare tumultu.*

428. *Tanta pro tot* : vide not. ad Dracont. l. iii, vers. 554, ubi occurrit *quanti pro quot*.

425. *Pascua læta*, ut Virgilius libr. i Georg. vers. 1 : *Quid faciat lætas segetes*, etc.

426. *Tondent*, carpunt, pascuntur : quæ hujus verbi significatio poetis familiaris est. Vide Virgi-

linm i Georg. 15.

428. *Lætæ segetes*, ut dixi ad v. 425, *Ruris per terga*, ut l. i vers. 671.

D 430. Sacer textus ait : *Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Usus verbi *deposcere* exigeret a domino *messis*. Orare utrumque admittit, *rogare* petit accusativum.

431. *Numerus* pro multitudine, et copia sæpe ponitur, ut *numerus frumenti, numerus vini*.

432. CAPUT XIX. *Quid facturi sint, præcipit discipulis.* Matth. x, 1, etc. ; Marc. iii, 17, vi, 8 ; Luc. vi, 13, ix, 1.

435. *Conglomerat* : hoc verbo usi sunt Lucretius, et Ennius, *conglomeratus Celsus, conglomeratio* Codex Justinianæus. Juvencus hoc l. vers. 579 : *Vestraglomeratio turbæ*, et alibi sæpe *glomerandi* verbum usurpat.

436. *Samaritarum fraudis vestigia*, videlicet fraudulenta vestigia Samaritanorum, vel vestigia fraudis Samaritanorum. Videntur esse duo genitivi, qui ab eodem nomine reguntur. Vide supra v. 513.

- 203** Pergentes vero similem mihi sumite A
[mentem,
Ut vobis subigat virtutes dæmonis atri
440 Sancta fides, curamque piam languoribus aptet.
Hæ vires nulla vobis mercede dabuntur.
Et vos haud aliter gratis impendite dona.
Non auri, argentine domet possessio mentem,
Nec vos nummorum subigat scelerata cupido :
445 Nec geminas vestes, nec plantis tegmina bina
Virtutis nudæ cupiat servare minister.
Ingressi muros urbis, perquirite semper,
Hospitio quorum par sit succedere justis.
Ingressique dehinc pacem sub tecta vocate :
450 Si tranquilla domus fuerit, pax illa manebit.
204 Sin erit indignis habitantum moribus hor-
[rens,

- Diffugiet, vestrumque abutum pax vestra se-
[quetur.
Excludet quicumque ferus vos limine tecti,
Auribus aut duris spernet vitalia verba :
455 Excutite egressi domibus vestigia vestra,
Hæreat injuste ne vobis portio vitæ.
Illos deterior Sodomorum pœna manebit
Supplicii, veniet mundo cum terminus omni.
Pergitis en, ut oves, sævorum præda luporum :
460 Sed vos arguto serpentum corde vigete,
205 Simplicitate tamen dulces superate co-
[lumbas.
Nam sæpe incumbet vobis injuria præceps,
Conciliisque hominum statuentur corpora vestra.
Vos flagris, vinclisque feris, durisque tyrannis
465 Frenuens urgebit pro me violentia sæcli.

LECTIONES VARIANTES.

satis exprimitur. Posset ex conjectura restitui *custodia lapsat* : sed hoc verbum minus significat, quam *labat*. Libr. iv, vers. 504, mss. nostri æque referunt *sed corpus debile labat*, pro quo nonnulli editi habent *lapsat*. Confer etiam vers. 373 l. iii. ●

439. Poelm., pro d. s., *virtutem* : in textu, cum aliis, *virtutes*.

441. Torn., *vocis* : lege *vobis*.

442. Ott., *gravita pendite*, correctum per *gratuita pendite*. Reg., *gratuita impendite*; sed pro tribus extremis litteris in *impendite* aliud fuisse videtur. Rom., *gratis impendite*. Editi omnes, quos vidi, *cunctis impendite*. Præferendum, opinor cum Rom., *gratis impendite*, ex Matth. x, 8: *Gratis accepistis, gratis date*.

445. Ald., *Non geminas*. Ald., Poelm. pro d. s. cum mss. Ott., Rom., *tegmina bina*— *Virtutis nudæ cupiat servare minister*. Sic Reg., sed *portare* pro *servare*. Hadam., aliique editi *tegmina bina*, — *Virtuti nudæ cupiat servire minister*.

452. Rom., Ott., Reg. scribunt *habitum*, et in Reg. glossa apponitur *sancitatis*. Ex editis etiam Ald., Daventr., Vesth. in textu præferunt *habitum*. Hadam., Poelm., et alii, *abutum*. Hæc scriptura proba est, et Evangelii verbis consonans. Matth. x, 15 : *Et siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam : si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos*. Apud Hilarium in hunc locum : *Quæ si digna est, et pacis communiōe sit digna : si indigna, pax invicem revertetur*.

453. Reg., Rom., Ott., Poelm. pro d. s., *ferus*; alii, *ferox*. Rom., *de limine* : melius, cum reliquis, *vos limine*.

454. Reg., Ott., Rom., Ald., Daventr., *spernet*. Hadam., Poelm. in textu, et nonnulli alii, *penetret*. Post hunc versum in editis Daventr., Poelm., et aliis inseruntur duo alii versus ejusdem sententiæ, videlicet, *Sive aversa Dei famulos succedere tectis*,

B — *Hospitiique focos miscere gravata vetabit*. Absunt ab Aldo, et a nostris mss. Rom., Reg., Ott., et ab aliis præstantissimis codicibus mss. ex fide Reuschii : itaque eos loco hoc expellere oportet, ut pote spurios, præsertim cum Evangelii sententia sine eis egregie sit explicata a Juvenco. Matth. x, 14 : *Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros : exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris*; et simili modo Marc. vi, 11 : *Et quicumque non receperint vos, neque audierint vos, exeuntes inde, excutite pulverem de pedibus vestris*, etc. In priori versu e duobus, quos rejicio, Poelm. notat diversam lectionem, *Sive adversa pro Sive aversa*.

455. Poelm. pro d. s., *egressu*; in textu cum reliquis, *egressi*.

456. Ott., *vobis ne*. Reg., Rom. cum editis, *ne vobis*.

457. Apud Kœnigium alii *Illos*, alii *Illis*. Rom. *horridior, ceteri deterior*.

C 458. Sabatierius legit *omnis*, quod fortasse casu illi excidit : nam alii habent *omni*.

459. Rom., Ald., Bas., *Pergite nunc, ut oves*. Alii, *Pergitis en, ut oves*, quod magis accedit ad verba Evangelii Matth. x, 16 : *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum*; et Lucæ x, 3 : *Ite; ecce ego mitto vos, quemadmodum agnos in medio luporum*. In hoc eodem versu Rom., Reg., cum multis editis, habent *sævorum*; Ott., cum aliis, *durorum*.

461. Reg., Ott. cum Poelm. in textu, Hadam., *dulces*; Rom. *dulci*, scilicet simplicitate. Ald., cum aliis editis, *puras*; ita etiam edidit Fabricius ex manuscripto, ut ait : qui etiam observat, non aliter legisse Ravisium.

463. Poelm. pro d. s., *consistent*; in textu cum aliis, *statuuntur*.

464. Ott., *dirisque*, sed videtur fuisse *durisque*.

NOTÆ.

439. *Dæmonis atri* : supra vers. 45, *Spiritus ater*; et infra v. 616, *Si dæmone pellitur atro*.

445. *Tegmina bina* : sic exponit Matthæum, *Neque duas tunicas, neque calceamenta*. Nam Marcus c. vi ait : *Sed calceatos sandaliis*. Non ergo vetantur calceamenta discipulis, sed bina calceamenta, ut binæ tunicæ. Hujus opinionis duces Juvencom sequuntur S. Thomas, Cajetanus, et Maldonatus, ut notavit Julius Nigronus de Caligæ cap. 2, num. 32.

446. *Virtus nuda*, simplex. Lactantius init. libr. i Institut. : *Ut solam, nudamque virtutem nudi, expeditique sequerentur* : alii *veritatem* pro *virtutem*.

448. *Hospitio succedere*. Confer not. ad vers. 47,

D *Succedere tectis*.

450. Intelligi potest, *Pax manebit illa tecta*.

456. Reddit rationem, cur discipuli excutere pulverem e pedibus jubeantur.

461. Cur simplicitas columbæ laudetur, lege Barthium l. xxxiii Adv. cap. 11.

462. *Incumbet* : Scaliger l. iv, c. 16 Poetic. notat, hoc verbum, quo sæpius Maro utitur, grave, et sonorum esse. Eodem Juvenco pariter delectatur.

463. *Statuuntur corpora vestra* : statuimini. Sæpe Juvenco *corpora* ponit pro hominibus, aut suppositis, quæ corpore, et anima constant. *Statuuntur* : pro *sistere* ponitur *statuo* : nam *sistere* verbum juris est.

Cum vos prodiderint, verborum ponite curam: **A**
Sponte fluens dabitur sermonis gratia vobis.
Spiritus in vobis pro vobis digna loquetur.
Prodet enim fratrem scelerata insania fratris,
470 Ad lethumque dabunt genitorum corpora nati.
Vos odia urgebunt semper pro nomine nostro,
Sed finem fidei comitatur gloria vitæ.
Profugite ex tectis, quæ vos sectabitur, urbis:
206 Inde aliam, mox inde aliam conquirite se-
[dem.
475 Nam vobis urbes semper superesse necesse est,
Israelitarum quæ dent sub nomine plebem.
Discipulus numquam transcendit celsa magistri
Culmina, nec Dominum tentet præcellere ser-
[vus.

Discipulo satis est vires æquare magistri,
480 Vel domini similem virtutem prendere servo.
Pectoribus vestris semper timor omnis aberret:
Nam nudata suis promuntur cuncta latebris.
In tenebris tacite vobis quæcumque jubentur,
207 Dicite præclaro nitidi sub lumine solis.
485 Auribus et vestris dicam quæcumque susur-
[rans,
Excelso in populos spargantur culmine tecti.
Despicite illorum rabiem, qui corpora vestra
Prosternunt ferro: non est his ulla potestas
Vivacem letho pariter demittere mentem:
490 Illum sed potius cordis secreta pavescant,
Corporis est, animæque simul cui cuncta po-
[testas.

LECTIONES VARIANTES.

466. Ald., cum nonnullis, *tradiderint*: Mss. nostri, **B** et meliores apud Reuschium cum plerisque editis, *prodiderint*.

469. Poelm. pro d. s., *Fratrem autem tradet*: in textu cum cæteris, *Prodet enim fratrem*.

470. In Aldo mendum puto *genitorem pro genitorum*.

471. Ald., Bas., Poelm. pro d. s., *odio*; alii editi cum mss., *odiu*, quod majorem emphasin habet.

473. Editi, *e tectis*; mss. Reg., Rom., Ott., *ex tectis*.

477. Rom., *transcendit*; alii mss. et editi, *transcendat*: ut vers. seq., *tentet*. Mihi tamen non displicet hoc vers. *transcendit*, et vers. seq. *tentet*: nam *transcendit* positum videtur pro *est super* apud Matth. x, 24: *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum*. Aliud est de verbo *tentat*: non enim recte dicitur, servus non tentat præcellere dominum suum, ut significetur id, *Servus non est super dominum suum*.

482. Rom., *Jam*; alii, *Nam*. Ott., Reg., Rom., *promuntur*. Editi omnes, *promentur*. Hæc lectio magis congruit Vulgatæ Matth. x, 26: *Nihil enim est opertum quod non revelabitur, et occultum, quod non scietur*. Retineo tamen scripturam codicum nostrorum mss., quæ magis consentanea est versioni Italicæ ex ms. Colbert. apud Sabatierium hoc loco: *Nihil*

enim opertum est, quod non reveletur, et occultum, quod non sciatur; et ex mss. Corb., Nihil est enim opertum, quod non reveletur: et occultum, quod non manifestetur. Consonat etiam auctor operis imperf. in Matth. hom. 25: *Nihil opertum, quod non reveletur; et occultum, quod non sciatur*. Nec dissimili modo hæc exponuntur Marc. iv, 22, et Luc. viii, 17, xii, 2. Poelm. in textu habet *cuncta* cum aliis; pro d. s. *lata*, quod minus placet. Suspicio autem, irrepsisse errorem typographi, quo diversa lectio *lata* pro *cuncta* huic versui alligatur, cum ea magis propria sit versus 491, *Corporis*, etc.

484. Rom., *sub nomine*; codd. nonnulli apud Reuschium, *sub limine*; lege *sub lumine*.

486. Ald., Bas., *spargentur*: quo spectat Rom., quamvis depravate scribat *populo spergentur*. Reliqui, *spargantur*.

488. Reg., Rom., *Prosternunt*. Ottob., cum editis, *Prosternent*. In Vulgata est, *Occidunt corpus*. Patres alii ita, alii; *Qui possunt occidere corpus*; nonnulli, *Qui corpus occidunt*. Reg., et Ott., *non his est ulla*. Rom., cum editis, *non est his, vel iis*.

489. Rom., *dimittere*: melius alii, *demittere*.

491. Reg. a pr. m., iteque Ottobon. a pr. m., *animique pro animæque*. Ald., Bas., *lata pro cuncta*. Confer. lectionem variam ad v. 482.

NOTÆ.

466. *Ponite*, deponite. *Ponere curas* dixit Livius l. i., c. 19. Alii, *ponere metum, moras, arma*, etc.

469. *Insania fratris*, insanus frater.

470. *Genitorum corpora*, genitores, ut paulo ante v.

463. *Corpora vestra*. Notanda etiam phrasis, *Ad lethum dabunt, ut neci, letho demittere*.

472. Hunc verborum ordinem statuo: Gloria fidei comitatur finem vitæ. Matthæus habet: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*.

473. *Sectari* vel pro *assectari*, et *comitari*, vel pro *insectari*, et *urgere accipitur*. Utraque significatio proba est: secunda hoc loco obtinet.

474. Accipe verba Evangelii Matthæi: *Cum autem persequerentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Juvenicus veterem Italiam legerat, qualis in ms. Corb. reperitur: Cum autem persequerentur vos in civitate ista, fugite in aliam: quod si in aliam persequerentur vos, fugite in alteram*. Concipiunt in re ipsa duo mss. Sangerm., Claromont., S. Gat., et Maj. Mon., versio Anglo-Saxonica, ms. Cantabr., textus Græcus in pluribus mss., Hilaricus, Ambrosius, etc.

475. Pergit Matthæus: *Amen dico vobis: Non consummabitur civitates Israel, donec veniat filius hominis. Quæ verba eleganter, ait Schoettgenus, explicat Juvenicus. Semper vobis usque ad diem novissimum erunt urbes, et populi, qui in Judæorum populū*

succedent.

480. *Vel pro et*. Vide not. ad Dracont. l. i, vers. 266: *Virtutem similem Domini*, videlicet similem virtuti Domini. Non dissimile est, quod vers. 458 dixit: *Similem mihi sumite mentem*.

486. *Culmine tecti*: sacer textus, *super tecta*. Codex Cantabr., *in tectis*. Audiendus Hieronymus ep. 106, al. 403, num. 65, ad Sun. et Fretell., post medium: *In Ægypto, et Palæstina... non habent in tectis culmina, sed domata quæ Romæ vel solaria, vel mentiana vocant, id est, plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur. Hinc in Evangelio: Quæ auditis in aure, dicetis super domata*. Græce est ἐπι τῶν δωμάτων. Nihilominus Juvenicus culmen tecti nominat, quia re vera *culmen* accipi solet pro altiore domus parte, et pro quocumque tecto. Juvenicus ergo eamdem interpretationem tenet, ac Hieronymus. In tectis domorum soliti erant Judæi confabulari; sed cum facile a vicinis audiri possent, minime secreta erant, de quibus ibi sermonem habebant.

489. *Letho demittere*. Virgilius ii, Æn. 85, *demisere neci*. Similia alii poetæ passim.

490. *Cordis secreta*. Libr. i, vers. 339, et l. iii, vers.

146. *Cordis secreta*. Lib. i, vers. 498, *Mentis secreta*. Lib. iii, vers. 169, *Secreto cordis*.

- Passeribus pretium, dummi vix portio parva A
 Proveniet : non est tamen unum credere di-
 | guum,
 Ni jussu Domini, laqueos incurrere vestros.
- 495 **208** Quis dubitet sapiens Domini sub pe-
 | ctore multis
 Credere pennatis hominem pro milibus unum ?
 Qui me confessus fuerit sub iudice terræ,
 Hunc ego non aliter coram Genitore fatebor.
 Sic iidem coram Genitore negabo negantem.
- 500 Non ego nunc pacem terris immittere veni,
 Sed gladium, patrio dirimat qui pectore natum,
 Et dulcem natam dirimat qui pectore matris.
 Si quis amore meo genitorem pluris habebit,
 Vel matri, sobolive meum postponet amorem,
 505 Sentiet horribilem nostra de sede repulsam. B
- Contemhet quicumque animam pro nomine
 Inveniet læta florentem fruge salutis. [nostro,
209 Qui vos suscipiet, me suscepisse benignis
 Obsequiis, idem me pro Genitore supremo
 510 Suscepisse sibi gaudebit perpete vita.
 Talia discipulis bis sex cum jussa dedisset,
 Justus Joannes cæci de carceris umbris
 Sectantum e numero delectos talia dicta
 Ad Christum portare jubet, verumque referre :
 515 Tune piis animis requies, quam regia cæli
 Pollicita est terris, nostro sub tempore fulges ?
 An aliam superest posthac sperare salutem ?
 Talibus hæc Christus dictis mandata remittit.
 Cæcorum tenebras mutantur lumine lucis,
 520 Debiliisque vigent firmato robore membra.
 Lurida discutitur squamoso corpore lepra,

LECTIONES VARIANTES.

494. Mss. Rom., Reg., cum plerisque editis. *Ni jussu*; et glossa in Reg., *nisi cum jussione*. In Ott., apparet *jussu*, et abrasum est *ni*, aut aliud. Ald., Bas., *Injussu*, quod præfert, et optimum dicit Gallandius, elegans Reuschius, ut *Injussu populi*. Verum verba Evangelii æque bene explicantur, sive *Injussu*, sive *Ni jussu* legamus. Matth. x, 29 : *Nonne duo passeressæ venenuit : et unus ex illis non cadit super terram sine voluntate Patris vestri ?*
495. Schoettgenius ad verba, *Quis dubitet*, sit, nullam plane in hoc versu esse difficultatem, si legamus vel *judicet*, vel *dicat* : sed si vers. seq. legatur *Credere*, sic bene est *dubitet*, pro quo metrum non patitur *judicet*. Rom., *multos* : corrige *multis*.
496. Gallandius rectius ait esse *Cedere* cum Omeisio, quam *Credere*. Equidem *credere* in ms. Rom. invenio, in editis *cedere*. Ott. male scribit *cædere*. In Reg. glossa est, *cedere—autecedere*. Item Gallandius ex editione Parisiensi allegat *præ milibus* : plerique habent *pro milibus*. Reg., Ott., Daventr., Ald., Torn., *hominem*, quod magis placet, quam *hominum* in Rom., Poelm., et aliis.
502. Rom., Daventr., Hadam., Poelm., *Et dulcem natam dirimat qui pectore matris*. Sic Reg., et Otto- bon., sed *dulci* pro *dulcem*. Ald., Torn., Bas., *Et dulcem matris dirimat qui pectore natam*.
504. Rom., *Vel matris, sobolisve meum* : clarius est *Vel matri, sobolive*. Idem Rom. *postponit*, pro quo melius alii *postponet*.
507. Rom., Ald., *florentem fruge salutem*. Reg., Ott. cum plerisque editis *florentem fruge salutis*, et explicat glossa in Reg., *florentem—animam vel vitam*. In Ott. prius forte fuit *salutem*.
509. Rom., *itidem*, pro *idem*.
512. Ott., Rom., Ald., Bas., *cæcis*. Reg., Had., Poelm., *cæci*, quod prætulit Reuschius.
516. Daventr., Torn., *Largitur terris*. Mss. et plerique editi, *Pollicita est terris*. Reg., Ott., *fulgens* ; alii, *fulges*.
517. Hadam., Poelm., Fabr., *An superest aliam posthac*. Reg., Daventr., *An aliam superest posthac*. Ott., Ald., Bas., *Anne aliam superest post hæc sperare*. Sic Torn., et Rom., sed *posthac* pro *post hæc*. Mihi placet lectio Reg., *An aliam superest posthac*. Neque obstat, quod *an* corripi solet : nam et quædam exempla sunt, quibus producit, licet nonnulli in scriptura variant, legentes *anne*, et mihi valde probabile est, hujusmodi mono-yllaba, quæ brevis a plerisque dicuntur, communi gaudere intervallo quantitatis, ut dixi ad Dracontium, vers. 357 libr. I Carminis de Deo. Juvencus alibi etiam producit *an*, ut vers. 326, 682, l. III, et 529 l. IV.

NOTÆ.

492. *Passeribus pretium*, etc. Manilius de pauperibus aviculas venales circumferentibus lib. v, vers. 380 : *Totamque per urbem—Qui gestant caveis volucres ad jussa paratas,—Quorum omnis parvo consistit passere census*.
496. Similis versus his, quos Ovidius profert lib. I Met. v. 525 : *Et superesse videt de tot modo milibus unum,—Et superesse videt de tot modo milibus unam*.
502. *Dulcis* epitheton filiis maxime conveniens : quo alibi etiam utitur Juvencus.
503. Matthæus : *Qui amat patrem, aut matrem, plusquam me, non est me dignus*, etc. Juvencus ergo sic fere : *Si quis pluris habebit genitorem, quam amare me, etc., Amor meus potest esse vel amor quo ego amo, vel amor quo alius me amat*. Hoc secundo sensu Deus ait : *Si quis amore meo genitorem pluris habebit*.
507. *Invenio* pro *acquirere*, *adipisci*, ut *nomen invenit* etc., et similia nonnulla.
510. *Sibi gaudebit*, suo bono gaudebit. *Sibi* ita sæpe abundat, sed eleganter tan en adhibetur ut *quid sibi vult? quid sibi quærit?* Poetæ christiani sæpe *perpes* pro *perpetuo* usurpant. Vide Indicem verborum Dracontii.
511. CAPUT XX. *Joannes ad Jesum discipulos mittit, et Jesus de Joanne ad turbas loquitur*. Matth. xi, 7, etc.; Luc. vii, 24, etc.
514. *Portare*, ferre, ut *portare preces, salutem*, etc. Virgilius, l. ix, vers. 312 : *Multa patri portanda dabat mandata*.
516. *Sub* vel *superfluum* est, vel ponitur pro *in*. Dracontius, l. I, vers. 230 : *Sub tempore primo*; l. II, vers. 356 : *Sub tempore parvo*.
517. Virgilius, l. II Æneid. vers. 354 : *Una salus victis nullam sperare salutem*.
519. *Lumine lucis*, hendiadys.
521. Latini antiquiores in plurali numero semper *lepras* proferebant. Scribonius Largus, compos. 250, in singulari *lepram* dixit. Juvencus et alii christiani scriptores plerumque ita efferunt. Dicitur autem lepra a *λεπρος*, vel *λεπρίς*, *squama*, quia lepræ sæpe cutem asperam et squamosam reddunt : ex quo scite Juvencus, *squamoso corpore*. In hanc sententiam diserit Guillelmus Ader, de *Ægrotis et Morbis in Evangelio*, part. III, enarrat. 1, pag. 267.

- 210** Aeris vocis penetrat surdas sonus aures. **A**
 Redditur amissæ lethi post funera vitæ
 Depositum repetens animæ substantia corpus,
525 Pauperibusque suis non dedignata patescit
 Fulgentis splendens adventus gloria nostri.
 Ille beatus erit, quem non deceperit error.
 Talia discipuli referunt mandata magistro.
 Hoc super ad populum depromit talia Christus:
530 Cur in deserto voluistis visere nuper
211 Stramen arundineum vento vibrante moveri?

- Cur etiam molli vestitura veste videre?
 In domibus regum molli cum veste tenentur.
 Ille prophetarum solus transcendere vires
535 Iudicio veteris scripti promittitur olim.
 Hunc etenim memorat venerandæ lectio vocis:
 En ego mitto meum stratas aptare ministrem
 Ante tuos vultus: genuit nec femina quemquam,
 Major Joannis nostri qui viribus esset.
540 **212** Sed minor hoc cæli fiet sublimior aula.
 Hujus ab exortu vim cæli regia sentit,

LECTIONES VARIANTES.

523. Reg., Rom., *amissæ lethi post funera vitæ*, quod teneo, et Davisius ex quodam ms. reposuerat ad cap. 70 § 6 Cæsaris, de Bell. Alexandr. Vido Arntzenium, ad Sedulium, libr. iv, vers. 157: Alii *amissa lethi post funera vita*. Post hunc versum in Reg. et Rom. legitur: *Depositum repetens animæ substantia corpus, Ad corpus remeans animæ jam libera virtus*. In Poelm., Hadam., Daventr. et aliis, iidem sunt versus, sed inverso ordine, prius *Ad corpus*, tum *Depositum*. Ott., Ald., Bas., Fabr., omnino omittunt versum *Depositum*, et solum referunt versum *Ad corpus*; quæ scriptura retineri posset. Sed versus *Depositum*, etc. magis redolet antiquitatem, et Juvenci stylum: alter versus *Ad corpus* glossinæ sapit. Christiani antiqui corpus defunctorum *depositum* scilicet ad diem iudicii sæpe dicebant. Consule not. ad Dracont. l. i vers. 681: *Animæ substantia a Juvenco dicitur, ut vers. 420 l. i., substantia vocis; libr. i vers. 510. substantia salis, etc.* Reuschius cum aliis versum *Ad corpus* relinquit, alterum *Depositum* repetens rejectit.

526. Mss. Reg., Rom., Ott., Poelm., pro d. s., *nostri*. Ald. et plerique editi, *terris*, quod melius putat Reuschius.

529. Rom. cum plerisque editis *Hæc super*. Reg., Ott., *Hoc super*, quod Omeisio et Gallandio placuit; et Gallandius ait, id esse ex contextu Evangelii. Matth. xi, 7. in versione Itala: *Abscumbis autem illis, cœpit Jesus dicere de Joanne Baptista: Quid existis in desertum videre, etc.* Hilarius in hunc locum: *Abscumbis illis, ad turbas de eo locutus est: Quid existis in desertum videre, etc.* Itaque *hoc super* idem est ac *de hoc magistro*, scilicet Joanne Baptista.

530. Mss. Reg., Ott., Rom., *deserto*, quod edidit etiam Ald. Latinius quidem est *desertis*, ut habent Hadam., Poelm., in textu, et alii: sed præferendum est *deserto*, quo verbo utitur etiam Hilarius; et versio antiqua sacræ Scripturæ quæ tempore Juvenci videtur fuisse in usu, apud Sabatierium: *Quid existis in desertum videre?*

531. Rom., *stramen*: in Ott. etiam, *stramen* factum ex *stramen*. Eadem lectio exstabat in codice Barthii, quam is approbare videtur, quando in margine apposuit *Optime*, ut refert Koenigius. Reg. cum editis, *stramen*. Verba versionis Italicæ sunt, *Arundinem a vento agitari*; Vulgatæ, *Arundinem vento agitatum*. Hieronymus, in Ezechiel. xl: *Calamum vento agitari*. Auctor operis imperfecti, in Matth., hom. 27: *Calamum a vento moveri*. Alii plerique Patres *arundinem*

distincte nominant. Juvencus utrumque videtur exprimitur voluisse. *Stramen* est stipula, culmus, et alia similia, quæ lecto rustico sterno deservire soleant. *Stamen* per metaphoram dicuntur fibræ in ligno, et fila in herbis, et floribus recto ordine in longum protensa: adeoque aliquo pacto posset etiam sustineri *Stamen arundineum*.

532. In Ott. prius fuit *videri*, recte emendatum per *videre*.

534. Ald., Bas., Poelm., pro d. s., *Fatidicis longe præponitur ille prophetis, — Ut veteris quondam cecinerit oracula scripti*. Mss. et plerique editi, *Ille prophetarum solus transcendere vires — Iudicio veteris scripti promittitur olim*. Reuschius pro *solis* alicubi invenit *socius*, quod rejicit. Hoc ipsum advertit Sigebertus Flavercampus, Ind. crit. in Sallustium, verb. *indicare*; qui ex optimis membranis reponit *solis*. Torn., *viris*, male, pro *vires*. Reg., et Rom., *Judicio veteris*, quod non displicet. *Iudicium* et *iudicium* in veteribus exemplaribus sæpe confundi, observatum ab aliis, observatum etiam a me est in not. ad Dracontium, vers. 560 libr. ii Carm. de Deo. Hoc autem loco præferam *Iudicio*.

536. Ott., a pr. m., *Hinc*; a sec. m., cum aliis mss. et plerisque editis, *Hunc*. Poelm., pro d. s., *Nunc*.

537. Ald., Rom., Bas., *mitto illum*: alii, *mitto meum*, quod magis verbis Evangelii consentaneum est. Matth. x, 40: *Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, etc.*

539. Poelm., pro d. s., *Qui major nostris Joanne hoc viribus esset*; in textu cum reliquis, *Major Joannis nostri qui viribus esset*.

540. Poelm., pro d. s., Fabr., *Sed minimus cæli qui in regno est, major habetur*. Mss. et plerique editi, *Sed minor hoc cæli fiet sublimior aula*. In Rom. et Ald., pro hoc est *hæc*, et in Rom. ad marg. *fecit pro fet*. Syntaxis implexa est, ita explicanda: *Sed minor (in) cæli aula fiet sublimior hoc, Joanne scilicet*. In Græco est *minor*, non *minimus*. Reuschius sic ordinem collocat: *Qui minor est hoc Joanne in aula cæli fiet, existet, erit in illa beatitudo sublimior, augustior, beatior. Quæ explicatio vix clarior est ipso Juvenci versu.*

541. Rom., *Cujus*: alii, *Hujus*. Mss. Rom., Reg., Ott., *sensit*. Editi *sensit*. Melius est *sentit*. Sic Matth. xi, 12: *A diebus autem Joannis Baptistæ usque nunc regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud*.

NOTÆ.

522. *Vox aeris a causa, vel a natura ipsa*. Seneca, libr. ii Nat. Quæst. cap. 29: *Cum vox nihil aliud sit, quam ictus aeris*.

523. Sedulius, l. iv, vers. 157: *Et licet amissæ passus discrimina vitæ. Lethi post funera*: Reuschius *lethi abstractum* accipit pro concreto *lethalia*.

535. Matthæus: *Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt*. Apud Juvencum igitur *molli cum veste* idem est ac si qui molli veste utuntur: *tenentur, sunt, existunt, degunt*. Animadvertendæ enim sunt istiusmodi significationes minus obviæ.

539. *Joannis viribus*, pro Joanne, ut alibi *virtus animæ, scribarum pectora, vis vulneris, robur saxi*.

541. Matthæi Evangelium: *A diebus autem Joannis Baptistæ usque nunc regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud*. Versio antiqua codicis Colbert., *Regnum cælorum cogitur, et cogentes diripiunt illud*. Sic multi alii, et constanter Ambrosius multis in locis. Omeisius *vim sensit* exponit: *Homines magno numero, et quasi violenti, in cælum irrumpunt*. Maldonatius interpretatur, *regnum cælorum omnibus expositum esse, ut quicumque velit, irrumpat in illud*.

Et cœli regnum violentia diripit atrox.

Lex omnis summam Baptistæ a tempore cepit,

Atque prophetarum finis concluditur idem.

515 Si vultis volucris penetralia noscere sæcli,

Corpus Joannis felix habitabile sumpsit

213 Elias, quondam quem turbine jussa corusco

Flammipedum rapuit simulatio quadrijugorum.

Audiat hæc dictis pandens vitalibus aures.

550 Nunc tibi confiteor, Genitor, cui gloria servit

Fulgentis cœli, et terrarum frugiferentum,

A 214 Celasti nunc quod sapientibus ista superbis,
Parvulaque infantum vis hæc comprehendere corda.

Jam mihi regnantis sunt omnia tradita Patris,

555 Nec quisquam Domini poterit cognoscere Natum,

Ni solus Genitor; Genitorem mente videbit

Filius, aut idem pandet cui talia Natus.

Iluc omnes veniant, oneris quos sarcina vasti

Comprimit, is poterit virtus mea munere Patris

560 Antiquas vires hilari reparare quiete.

Sumite forte jugum, levis est mea sarcina justis,

LECTIONES VARIANTES.

543. Reg., Ott., Ald., Bas., *Lex omnis summam, Baptistæ a tempore cepit.* Hadam., Poelm. in textu, Westh. ad marg., ad tempora. Torn., a tempore cepit. Poelm., pro d. s., in tempore. Bas., *Lex omni.* Rom., *Vox omnis summa Baptistæ a tempore cepit.*

544. Ald., Bas., *conclusus eodem.* Cæteri, *concluditur idem.*

545. In Reg. hic versus et seqq., usque ad versum *Quanto igitur nobis*, desunt, et in folio annexo suppletum sunt recentiori manu.

546. Post vers. *Si vultis*, Had., Poelm., *Ipse est Elias felix venturus in ævum*, — *Corpus Joannis felix habitabile sumpsit* — *Elias quondam.* Sic Daventr., sed *Ipse est Joannes*, pro *Ipse est Elias.* Rom., Reg., *Corpus Joannes felix habitabile sumpsit*, — *Ipse est Joannes felix venturus in ævum* — *Elias quondam.* Ott., et Ald., post vers. *Si vultis*, omisso omnino versu *Ipse est*, statim legunt: *Corpus Joannis felix habitabile sumpsit* — *Elias, quondam.* Id magis videtur esse ex textu Matth. xi, 14: *Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.* Reuschius putat, poetam per hypallagen inverso ordine dictum Christi de Elia novi Fœderis testimonium enuntiare: quod artificium, addit, glossatori displicuit, qui ideo verba textus accuratius exprimere satagens, hunc versum obrusit: *Ipse est Elias, felix venturus in ævum.* Suspiciamus: *Si vultis volucris penetralia noscere sæcli*, — *Ipse est Joannes felix venturus in ævum* — *Elias quondam quem*, etc.

547. Rom., Ott., *missa*, quod in Ott. factum est ex *misso*. Reg. cum plerisque editis, *jussa*: quo verbo delectatur Juvencus. Aptum quidem hoc est ad simulationem quadrijugorum exprimentam, quæ jussu divino peracta est. Aldus vero edidit *missa*.

548. Rom. *quadrijugorum.* Alii *quadrijugorum*, quod melius cohæret cum *Flammipedum*.

551. Hadam., Poelm., Fabr., et alii *frugiferarum.* Mss. omnes nostri cum Ald. et Daventr., *frugiferentum*, quod arridebat etiam Gallandio, quia hæc vox Lucretii est libr. i vers. 3: *Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes.*

552. Torn., Poelm., pro d. s., *Namque abscondisti.* Westh., in textu, ita; ad marg., *Cælesti nunc quod*, mendose, pro *Celasti nunc quod*, quod exhibent mss. et plerique editi. In Ott., post hunc versum, inseritur hic alius: *Oculis hæc quondam parve sapientibus orsa*, — *Parvulaque*, etc. Fortasse, *prave sapientibus*.

553. Reg. *Parvula qui infantum*, quod subobscurè indicatur in Rom., ubi mendum est *vix* pro *vis*.

554. Coniiciet aliquis ex textu Evangelii, *Jani mihi regnanti sunt omnia tradita Patri*, pro *a regnante Patre*. Solet enim Juvencus his dativis pro ablativis uti. In re præsentii nimis implexa sic evaderet syntaxis, et parum clara sententia.

559. Poelm., Ott., a pr. m., *munera*, ex quo in Ott. recte factum *munere*, consentientibus aliis mss. et editis.

561. Schoettgenius suspicatur *ferre* pro *forte*: hoc

NOTÆ.

542. *Atror*, in bonam partem, vehemens, constans. Horatius, l. ii, od. 1, vers. 23: *Et cuncta terrarum subacta* — *Præter atrocem animum Catonis.* Silius, l. vi, vers. 578: *Atrorilla fides.*

543. *Summam*, finem, complementum. Quintilianus, l. iii c. 2: *Huc studium, et incrementum dedit utilitas, summam ratio et exercitatio.* Confer Barthium et Burmannum, ad Gratii Cyneget. vers. 317.

545. Matthæus solum hæc: *Et si vultis recipere.* Versio vetus in cod. Colbert. cum Tertulliano, l. de Anima cap. 35: *Et si vultis audire.* Codex Sangerm. 4, cum Claramont., *Et si vultis scire.*

546. Verba Matthæi sunt: *Ipse est Elias, qui venturus est.* Quod autem Elias sumpsit habitabile corpus Joannis, metempsychosin redolet. Erat quidem hoc dogma satis frequens inter Judæos Christi ætate: qui propterea putabant Christum esse Joannem Baptistam, aut Jeremiam, aut Eliam, aut alium ex prophetis. Eodem pertinet quod Herodes dicebat Matthæi xiv, 2: *Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit a mortuis.* Christus de Joanne eodem modo ait: *Ipse est Elias*; sed cum addat: *Qui habet aures audiendi, audiat*, mystice illud intelligendum esse aperte declarat. Eadem interpretatio quadrat in Juvencum, qui illico subjungit: *Audiat hæc dictis pandens vitalibus aures.* Reuschius tamen suspicatur ex hoc loco, et ex vers. 524, Juvencum ex Platonis schola prodiisse: agnoscit enim apertam metempsychosin eo vers. 524, quem sic legit: *Ad corpus remeans animæ jam libera virtus.*

548. *Flammipes*, vocabulum novum a Juvenco ra-

tione analogiæ formatum. *Simulatio* interdum similitudinem imitationemque significat; quod hoc Juvenci versu confirmat Forcellinus. Glossa in cod. Reg. est *simulatio—sicut visus est.* Libr. iii, vers. 265, in eodem argumento: *Quem præpæte currum—Turbine cælesti quondam simulata quadrigis—Astris inseruit rapidæ vis fervida flammæ.* Sedulius, l. 163: *Auræ flammigeris evectus in astra quadrigis.* Arntzenius, ad h. l., non dissimile ait esse hoc Juvenci, sed legit *Flammigerum rapuit.* Conferendus est etiam Muncker ad Fulgent. l. i Mythol. p. 616.

549. Supra, vers. 454: *Auribus aut duris spernet vitalia verba.*

550. CAPUT XXI. *Confessio Jesu ad Patrem, et jugum Domini leve esse.* Matth. xi, 25 seq.; Luc. x, 21 seqq.

554. *Omnia Patris*, nempe omnia, quæ Patris sunt, ut l. h. vers. 199: *Omnia mundi*; et l. iv, vers. 218: *Omnia pompæ.* Matthæus ait: *Omnia mihi tradita sunt a Patre.*

560. Matthæus: *Et ego reficiam vos.* Sangerm. 2: *Et ego reficiam, vos requiescere faciam.* Hieronymus, in Isaiam lviii: *Et ego vobis dabo requiem*: hoc enim significat, ait ipse, ἀναπαύσω ὑμᾶς. Cohærent Prædestinatus, libr. iii, tom. I Sirmondi, auctor operis imperfecti in Matt., et hoc loco Juvencus. Schoettgenius observat, eleganter Juvencum circumscriptisse τὸ ἀναπαύσω cum interprete Syro. Simile quid animadvertit ad cap. v Matt. 45: *Qui solem suum oriri fecit super bonos et malos.*

561. *Forte* accipiendum est adverbii more, pro *for-*

Namque humili dulcem largior corde salutem. A
215 Hæc ubi dicta dedit, messis per culta
 [gravatæ
 Præterit, et populus sectantum discipulorum
565 Spicarum gravidam carpebat in ordine frugem.
 Ille dies veteri poscebat lege quietem :
 Sabbata nam pristis repetebant otia jussis.
 Ecce pharisæi coram reprehendere Christum,
 Quod sanctæ legis calcarent jussa metentes
570 Discipuli. Legum sed tunc completor Iesus
 Incipit, his veteris scripti monumenta retexens:
 Legistis certe, in templo Davida canorum

Cum populo quondam panes sumpsisse sacratos,
 Et propriam comitumque famem sedasse ; sed
 [illos
575 Illicitum cuiquam fuerat contingere panes,
 Sumere quos solus poterat de lege sacerdos.
216 Ejusdem scriptum est justo moderamine
 [legis :
 Sabbata profanant templo sine crimine vates.
 Nec minor est isthic vestræ glomeratio turbæ,
580 Quam templi virtus. Caperent si pectora vestra,
 Quod non sacra Deus, sed mallet mitia corda,
 Non tam sæpe viros damnasset factio sacros,

LECTIONES VARIANTES.

est, ad ferendum. Reuschius retinet forte, nempe bonum et salutare, vel adverbii more pro fortiter, constanti animo.

562. Torn. cum mss. nostris omnibus, largior. Plerique editi, largitur. Plautus usus est largior, Bach. iv, 7, 50. Sic prisci in verbis quartæ factitabant. Gallandius edidit largior, sed ex quadam editione Parisiensi pro diversa lectione annotat præbebo.

567. Ott., Sabbati, recte emendatum per Sabbata.

568. Poelm. in textu, Hadam., Fabr., curant. Mss. omnes nostri cum præstantissimis editis, coram: quia scilicet intelligitur caperunt, aut aliud simile verbum. Alii scribunt reprehendere ; alii reprehendere.

569. Ald., Qui : lege Quod.

571. Poelm., iis. Ald., cum mss., his.

574. Reg., Rom., Et comitum, propriumque famem. Ott., cum editis, Et propriam comitumque famem.

577. Reg., scriptum justo : alii, scriptum est justo.

578. Ott., Torn., Hadam., Sabbata profanent templo sine crimine vates. Reg., et Rom. ita, sed profanant ; Westhemerus autem, ad marg., Sabbata pro-

fanent, etc. Poelm., Fabr., Vates in templo sine crimine festa profanent ; sic Westh., Ald., et Bas., sed profanant. Magis consonat Evangelii verbis profanant, quam profanent. Matth. xii, 5 : Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, et sine crimine sunt? Etsi autem prima in profano corripit solet, tamen censeo veram esse nostrorum mss. codicum lectionem Sabbata profanant : non enim video, cur produci ea non possit, ut sæpe producitur in propino, profundo, procuro, et aliquando in profari, profiteor, profugio, profectus. Immo in Latinis plerumque protrahitur, ut in promoveo, profero.

579. Rom. ista : alii, istic, vel isthic In eodem Rom., mendose, minorem pro minor est.

581. Reg., Torn., malit. Ott., malot ; supra, mallet, cum aliis.

582. Ott. vires ; supra, recte, viros. Idem Ott., Ald., Daventr., Bas., Rom., factio sacros, quod displicet Reuschio, quia sequitur Expertes culpæ. Reg. factio præceps cum glossa, vel diversa lectione vestra. Poelm. in textu, Had., factio vestra.

NOTÆ.

titer. Cum enim sarcina dicatur levis, jugum nullo commodo sensu forte appellari potest, quamvis Reuschius aliter opinetur.

562. Intelligo : Largior dulcem salutem ei, qui est humilis corde.

565. CAPUT XXII. Discipuli spicas vellunt. Matt. xii, 1 seq. ; Marc. ii, 23 ; Luc. vi, 1. Culta, absolute sunt agri culti non solum apud poetas, sed et apud alios. In Reg. glossa est gravatæ — maturæ.

564. Præterit per culta. Plautus, Merc. v, 4, 46 : Qui prætereant per vias. Populus significat multitudinem, ut l. i, vers. 322 et alibi.

565. Virgilius, l. iii Georg. vers. 176 : Sed frumenta manu carpes sata. Sic alii verbo carpo eadem significatione utuntur. Addit Juvencus in ordine, quia id licetbat judæis. Deuteron. xxiii, 24 seq. : Ingressus vineam proximi tui, comedere uvas, quantum tibi placuerit : foras autem ne auferas tecum. Si intraveris in segetem amici tui, franges spicas, et manu conteres : falce autem non metes. Omeisius aliud putabat. In ordine : Non extra viam, inquit, vagabantur discipuli.

570. Completor : nemo Juvenco antiquior, quod sciam, hoc verbo usus est.

571. Retexens, denuo explicans, recensens, evolvens. Hanc significationem verbo retexo tribuunt Claudianus, Ausonius, Apuleius, alique æquales : immo Cicero.

572. Libr. i, vers. 184, simili modo, Davida canorum.

576. De lege pro ex lege ; aut de superfluum est, ut sæpe evenit.

577. Justo moderamine : vide lect. var. et not. ad l. i, vers. 22.

579. Accipe verba Matthæi : Amen dico vobis, quia templo major est hic. Sic versio vetus in codic. Colbert. Codex Sangerm. 1, cum Clarom., et Corb. 2 : Quia sabbato major est hic. Corb. 1 : Quia majus est hic, quam templum. Cantabrig. : Quia a templo major est hic. Irenæus, lib. iv, cap. 9 : Plus est enim templo hic. Hilarius, in Matth. : Templum seipsum indicat... quia major ipse sit sabbato. Hieronymus, in Matth. : Hic non pronomen, sed adverbium loci legendum, quod major templo sit locus, qui Dominum templi teneat. In Græco textu alii mss. habent major ; alii, majus. Juvencus ergo legit, Quia majus templo est hic, et interpretatur, Quia in hoc loco majus aliquid est templo : ipsa videlicet turba discipulorum præferenda est templo : sunt enim justum templum vivum Dei. Poterant ergo esurientes sibi vellere spicas sabbato, quin peccarent, ut sacerdotes non peccabant, dum sabbato ea facerent, quæ templi cultui erant necessaria. Huic interpretationi accedit etiam Reuschius. Glomeratio, apud Plinium, l. viii, c. 42, in fin., est actus glomerandi : hoc loco est congregatio, quia glomero, uti conglomerato, agglomerato, pro cogere, congregare, sumuntur. Confer vers. 435, 723, h. l. ; et 581, 756, l. iii.

581. Recole vers. 360 h. l., ubi eadem expressa est sententia.

582. Sæpe hoc vocabulum factio in malam partem usurpat Juvencus : et paulo post, vers. 608 : Cæca pharisææ cognovit factio gentis.

217 Expertes culpas. Sed nunc ego sabbata A
[euncta,
Sponte mea dominans, legis sub jure tenebo.
585 Tunc conventicula ipsorum post talia dicta
Ingreditur : mox hic javenem pro limine cernit,
Siccatum ex humero cui pondus inutile palmae
Pendebat : sed tum dictis tentando dolosis,
Ægris an liceat per sabbata ferre medelam,
590 Quæruni, calcatae ut legis vindicta maneret.
Christus ad hæc : Foveam si forte pecuscula
[vestra
Inciderint, certe transibitis otia legis,
Et pecus abrupto tolletis vile profundo.

Quanto igitur nobis hominum curatio major
595 Ad benefacta animos tollens accendere debet !
Ergo age tu, juvenis, sanam protendito dextram.
Cum dicto palmam sanus porrexit utramque.
218 His tum pro signis, quæ vix veneratio
[posset
Mirantis digno populi sustollere cultu,
600 Conciliis truibus conclamant decipiendum.
Talia prospiciens procerum mollimina Christus,
Discedens, variis hominum languoribus aptat
Concessam in populos patria virtute medelam.
219 Oblatusque ibidem est, quem daemnis
[horrida virtus

LECTIONES VARIANTES.

585. Ald., Poelm., pro d. s., *illorum*. Mss., et alii B
editi, *ipsorum*.

586. Rom., Torn., pro *lumine*. Poelman., pro d.
s., *de limine* ; in textu, cum plerisque, *pro limine*, ea
significatione quæ ad vers. 299 hujus libri notata est.

587. Rom., *Cæcatum* ; corrigi *Siccatum* : nec male
esset *Siccate*.

592. Reg. Ott. *Inciderent*. Ott., supra, Rom.
cum editis, *Inciderint*. Alii apud Omeisium, *Inciderit*,
ut *pecuscula* sit femininum singularis numeri, quod
insolitum est.

595. Kœnigio suspectum est *tollens* : qui prop-
terea conjicit *molles*. Reuschius existimat *tollens*
respicere ad *tolletis* vers. 593.

596. Mss. Rom., Reg., Ott., *juvenis, sanam proten-
dito dextram*, quod indicavit Poelm., pro d. s.
Alii editi, *Juvenis, redivivam extendito dextram*, quod
minus placet.

597. Poelm. pro d. s., *Cum dixit*. Alii mss. et
editi, *Cum dicto*, quod probum est, et quater ab
Apuleio, libr. 1, usitatum, ut observavit Barthius,
libr. xxxv Advers. cap. 14, col. 1612, ubi similem
locutionem profert ex Juvenco, lib. iv, vers. 512 :
Cum dicto Judas numero stipante catervæ — Advenit.
Martianus Capella etiam usurpavit *Cum dicto* pro
nulla interposita mora, libr. ix, initio, pag. 302. Ita-
que etsi possit conjici *Quo dicto*, tamen retinenda
est vetus scriptura. Juvencus, libr. 1, vers. 802,
eamdem phrasin usurpat : *Dixerat, et dicto citius cum
voce loquentis*, etc. Reg., Ott., Fabr., Poelm., Hadam.,
palmam sanus porrexit utramque. Reuschius, Rom.,
palmam sanam porrexit utramque. Ald., Daventr.,
Torn., Bas., *palmas sanas porrexit utrasque*. Reus-
chius aliquam emphasis in repetitione *palmam sanam*
reperit. Sed cum addatur *utramque*, hæc vere non
est repetitio. Melius ergo est *palmam sanus porrexit
utramque*, et eam, quæ sanata fuit, et alteram quæ
sana semper fuerat.

598. Reg., Ottob., *His tum pro signis* : quod præ-
fero aliis lectionibus, et prætulit etiam Gallandius,
ex codice Helmst. Reuschius immisit *Iustum pro
signis* : quod habet Poelm., pro d. s. In Rom., Ald.,
Daventr., ut videtur, *Istum pro signis*. Poelm. in
textu, Hadam., Fabr., *Istis pro signis*. Badius suspi-
catur *Christum pro signis* ; Reuschius *Isti pro signis*,

nempe pharisæi. Eidem Reuschio conjectura Badii ar-
ridet, omnino vero displicet *Istis*. Deinde Ald., Bas.,
signis quem vix : plerique *signis, quæ vix* ; Rom., mi-
nus opportune *signis quævis veneratio*. Retine *quæ vix*.

600. Pro *Conciliis* fortasse reponendum *Conciliis*,
quo vocabulo utitur Evangelista. Sabatierius quidem
editit *Conciliis*, fortasse casu, aut ex conjectura. Ot-
tob. a pr. m., *despiciendam*, aut *dispicendum* ; pro
d. s., *decipiendum*, quod exstat in plerisque mss. et
editis. Gallandius cum Torn. edidit *deripiendum*, itaque
approbat *decipiendum*. Verum mihi magis placet
quam aliud. Verba Matth. xii, 84, hæc sunt : *Exeun-
tes autem pharisæi consilium faciebant adversus eum,*
quomodo cum perderent. Sumitur scilicet verbum hoc
decipere pro circumvenire, et capere fraude.

601. Reg., *Perspicies*, sed forte fuit *Prospiciens* :
nam aliquid est abrasum.

602. Hadam., Fabr., Poelm., in textu, *Decedens*.
Poelm., pro d. s., *Decessit*. Mss. nostri Rom., Reg.,
Ott., *Discedens*, quod Westheimerus, ad marg., po-
suit. Ald., Torn., Bas., *Westh.*, in textu, *Discessit* :
quod prætulit Reuschius, putans, mutationem præ-
teritit in participium natam ex mutatione temperis,
poetis non infrequenti.

605. Ald., Bas., Poelmann., pro d. s., *in populis* ;
Rom., *in populo* : plerique, *in populos*. Ald. prima ;
Rom., in textu, *obscure, patria* ; ad marg., *propria* ;
alii mss. et editi, *patria virtute* quod recte se habet.

604. Daventr., *Oblatusque ibidem mox daemnis*.
Ald., *Oblatusque ibidem nox daemnis*. Ott., Rom.,
Oblatusque ibidem est, quem daemnis. Reg. cum
multis editis, *Oblatusque illi est, quem* : quod for-
tasse factum, ne secunda in *ibidem* corripiatur. At
constat ex mss. nostris omnibus, ac præstantissi-
mis editionibus, corripi a Juvenco, libr. iii vers.
80 : *Ille jubet cunctis ibidem convivia poni*, quamvis
aliqui etiam eo loco mutant *illuc*, aut *itidem* pro
ibidem. In carmine Claudiani Mamerci, seu Mamer-
ti, quod etiam Paulino Nolano adscribitur, vers.
84 : *Cognosces ibidem, ne pergas tradere satis*. Vos-
sius, part. 1 de Art. grammat. l. ii, c. 20, hunc
Juvenci versum ita reformandum putabat : *Obla-
tusque ibi mox, quem*. Wasius, Senar. c. 15, a
Plauto correptum *ibidem* probat.

NOTÆ.

585. CAPUT XXIII. *Manum aridam hominis sana-
tam esse*. Matth. xii, 9 seqq. ; Marc. iii, 1 ; Luc. vi,
6. *Conventiculum*, et in plurali *conventicula* Latinis
est, quod Græcis *synagoga*.

589. *Per sabbata*, die sabbati.

591. *Pecusculum* : diminutivum, quod ante Javen-
cum non reperitur.

595. *Profundum*, absolute pro loco profundo, vel
fovea.

595. Debet accendere nobis animos tollens eos ad

benefacta. Sic enim persæpe Juvencus eidem actu-
sativo duo verba accommodat.

598. CAPUT XXIV. *Hominem a daemone, et cæ-
cum, et mutum curatos esse, et in principe daemontiorum
id facere opinantes refellisse*. Matth. xii, 14 seqq. ;
Marc. iii, 22 seq. ; Luc. xi, 15.

601. *Mollimina* : vide lect. var. ad vers. 18 h. l.

604. *Daemnis horrida virtus*, sic vers. 420 l. i : *Fit
livida*, de daemone.

605 Et lingua, et visu truncatum vivere pœnæ,
Et propriis escam cruciatibus esse volebat.
Hunc ubi curatum, visque et voce vigentem
Cæta pharisææ cognovit factio gentis,
Dæmonis auxilio, qui princeps dæmoniorum
610 Solus nequitiae vires ditione teneret,
Hæc illum fecisse ferunt. Sed talia Christus
Veridicis sperit convincens pectora verbis:
Si gemina regnum distractum parte dehiscat,
Et scissa adversum sese divisio pugnet,
615 Disruptis propere labentur cuncta medullis.
220 Horridus et dæmon si dæmone pellitur
[atro,
Adversa sibimet scissis virtute repugnat.

A Quis poterit prædam lectis auferre virorum,
Ni prius aggressus custodum brachia nodis,
620 Vinciat, ut facilis veniat direptio prædæ?
Quisque meis aberit discretus miles ab armis,
Hostis in adversa consistet fronte duelli.
Quisque meis gregibus cogendis liber aberrat,
Disjicit ille mei pecoris per devia pastus.
625 Sed quicumque hominum fuerit super omnibus
[error,
221 Dimitti poterit: tantum ne Spiritus unquam
Vocibus insana laceretur mente profusis.
Sive furens hominis Nato convicia quisquam
Ingeret, hæc etiam poterant peccata remitti.
630 Spiritus at sanctus tantum cuicumque profana

LECTIONES VARIANTES.

605. Ald. *vivere pene*, videlicet *pene* pro *fere*, vel potius *vix*, ut Hispani dicunt *apenas*, quod ab hoc adverbio originem fortasse trahit. Rectius scribitur *pœne* ex quorundam opinione. Rom. fortasse huc respicit *vivere pone*. Plerique, *vivere pœnæ*, quod sententiæ oppositè congruit, et clarius explicatur vers. seq. Poelm. pro d. s., Bas., *afflixit amare*, quod a Juvenci manu alienum videtur.

608. Reg., *Pharisææ cognoscunt pectora pl. bis: alii, pharisææ cognovit factio gentis*, quod magis sapit stylum Juvenci.

614. Fabr., *distractio*; Reg., *divulsio*, sed aliud prius fuit, et, pro d. s., ponitur *divisio*. Editi et mss. plerique *divisio*.

615. Rom., *Diruptis: alii, Disruptis*. Utrolibet modo scribi solet et potest, *dirumpo*, et *dirumpo*.

617. Rom., non male, *repugnet*, pro *repugnat*. *Supra, labentur*.

619. Reg., *aggressor*, veluti *aggreddens*; cæteri *aggressor*, quod rarum vocabulum ait Omeisius, a nemine veterum usurpatum. Sed fallitur: nam eo utitur sæpe Ulpianus in Digest., qui pro prædone et raptore illud speciatim adhibet l. XLVII, tit. 9, leg. 3. Nihilominus præfero *aggressor*. Rom., *nobis*, corrige *nodis*.

620. Ald., Bas., *et facilis*, pro *ut facilis*. Verba Matth. XII, 29, hæc sunt: *Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem? et tunc domum illius diripiet*. Quæ scripturæ Aldi favent. Reuschius etiam mallet *et facilis veniet*.

623. Mss. et plerique editi, *aberrat*. Ald., Bas., *oberrans*; Torn., *oberrat*. Reuschius eligit *oberrat*,

B h. e., huc illic vagatur, et rejicit *aberrat*. Westh., in textu perperam, *cogentibus*; ad marg., *cogendis*.

624. Reg., Ott., *Dissicet*, quo respicit Rom., *Dis-sitet*. In Reg., glossa, *dispergit*. Plures editi, *Disjicit*; Ald. *Disjicit*; Bas., *Dejicet*, quod metro adversatur. Matth. XII, 30: *Qui non est mecum, contra me est: et qui non congregat mecum, spargit*: et in versione antiqua ex ms. Colbert. apud Sabatierium: *Et qui mecum non colligit, dispergit*. Retineo igitur *Disjicit*, quamvis non negem scribi etiam posse *Dissicet*, ut apud alios quoque scriptores in multis veteribus exemplaribus exaratum legitur. De quo verbo *dissicet*, aut *disicet* cum uno s, pro quo nonnulli scribunt *diseecat*, consule comment. ad Prudentii hymn. 1 Cathem. vers. 97, et hymn. 2 Peristeph. vers. 20; et Priscianum, libr. XIV, pag. 1002, edit. Putsch.

625. Rom., *horror*; retine *error*, pro crimine. 629. Rom., *Ingeret*; Reg., *Ingerat*; reliqui, *Ingerit*. Præferendum videtur *Ingeret*, aut *Ingerat*, ex Matth. XII, 32: *Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei*. Sic vers. 625, *fuerit*; et 631, *violabitur*. In Ott. fuit, a pr. m., *relinqui*, correctum *remitti*.

670. Sabatierius edidit *tantum a quocumque*, et, pro d. s., *tantum cuicumque*, quod solum inventio in mss., et editis, pro quo, mendose, Rom., *cujuscumque*. Et est phrasis propria Juvenci dandi casus pro casu auferendi cum verbo passivo. Ponitur quidem *cuicumque* pro *a quocumque* significatione satis usitata saltem a sequioris ævi scriptoribus.

NOTÆ.

605. Plinius, l. XVI, c. 1: *Multis fortuna parci in pœnam, quod sumptum est ex Laberio: Fortuna multis parcere in pœnam solet*. Paulinus, de obitu Celsi vers. 569: *Vita erit his sine fine mori, et mors vivere pœnis* Juvencus, l. I, vers. 784: *Vitamque tenet jam pœna superstes, pro vitam superstitem per hypallagen, ut explicat Omeisius*.

610. *Nequitiae vires*: alios dæmones.

615. *Medallis*, ex comparatione regni cum humano corpore. Civitatem cum corpore humano comparat etiam eleganter Maximus Tyrius, serm. 41.

616. *Dæmone atro*, supra, vers. 43 et 459.

623. Fabricius in comment., *duellum* exponit bellum inter duos, quod hoc versu confirmat. Sed Juvencus *duellum* pro bello simpliciter accipit, cum dicat in *fronte duelli*, nempe in prima acie hostium: et hæc est vera significatio hujus vocis *duellum*. Veteres enim pro *du* interdum *du* adhibebant; qui usus in *duellum* permansit, et promiscuè dicitur

bellum, vel *duellum*. Scriptores sequioris ævi *duellum* ad bellum inter duos restringere cœperunt, quæ significatio in vulgares linguas permansit.

625. Notanda est interpretatio Juvenci. Matthæus tantum ait: *Et qui non congregat mecum, spargit*. Juvencus recte exponit de gregibus, quos Dominus congregaturus advenerat.

627. Spiritus sanctus laceratur vocibus insana mente profusis, cum opera ejus dæmoni attribuantur; quod faciebant Judæi, cum dicebant, in Beelzebub principe dæmoniorum Christum ejicere dæmones. Tanta est hæc iniquitas, ut vix umquam et difficillime remittatur; et cum excusationem nullam habeat, qualis solet in aliis peccatis esse, natura sua veniam non meretur: quo sensu explicanda sunt verba Salvatoris. Alii aliter.

628. *Sive* conflatum est ex *si*, et *vel*; et reipsa interdum ponitur pro *vel si*, et *si*. Ille significatio huic loco congruit.

Verborum rabie violabitur, irrevocatis
Suppliciiis, nunc et semper torrebitur igni.
Quando veneniferi serpentis sæva propago
Sermonum dulci poterit mitescere fructu?
635 Nam bona thesauris promuntur dulcia justis,
Et mala lethifero procedunt ore venena.
222 Verborum meritis veniet sub iudice vita,
Verborum meritis dabitur sub iudice pœna.
Quæ Genitor faciet, sectabitur omnia Natus.
640 Namque idem Nato manifestat cuncta videnda,
Et potiora dehinc tribuet miracula rerum.
Sicut enim Genitor demortua corpora reddit
Ad claram vitæ lucem, sic omnia Natus,

A Quæ volet, ad superos surgentia corpora ducet.
645 **223** Nec Genitor quemquam vestri, se iudice,
[quærit,
Sed dedit hæc Nato quærendi jura per orbem,
Gloria quo maneat similis Natoque, Patrique.
Namque repulsus erit vestro si Natus honore,
Improbate pari Genitorem despicietis.
650 Sed sui nostra fidem sermonis gratia figit,
Mox me mittentis Genitoris dona patescent.
Æternamque dabit præsens constantia vitam.
Iudiciumque illi non est, sed migrat ab atra
Morte procul, lucisque vicens ad limina tendit.
655 Adveniet tempus, cum mortua corpora vocem

LECTIONES VARIANTES.

632. Reg., *torrebitur igni*, quod editum fuit a Fabricio, et mihi arridet, quia magis concinit Matthæo xii, 32 : *Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Alii : *Suppliciiis nunc et semper torrebitur ignis.*

633. Rom. *venenifici* : alii, *veneniferi*, quod magis Latinum est, et ab Ovidio, libr. iii Metam. vers. 85, usurpatum. Fabricius, mendose, *suæ*, pro *sæva*.

634. Ott., a pr. m., *mitiscere*; a sec. m., *mitescere*.

635. Reg., *promuntur congrua justis*.

637. Rom., Ald., Bas., referunt hunc versum : *Verborum meritis dabitur sub iudice vita*, et omittunt versum sequentem. Ott. Solum habet : *Verborum meritis dabitur sub iudice pœnæ*, supra *pœna*, et in principio paginæ idem versus describitur cum voce *pœna*. Hic solus versus *sub iudice pœna* exstat in Torn. In Reg. sunt hi duo : *Verborum meritis veniet sub iudice vita*, — *Verborum meritis dabitur sub iudice pœna*. In Daventr., inverso ordine, *Verborum meritis veniet sub iudice pœna*, — *Verborum meritis dabitur sub iudice vita*, sed mendose *sub indice vita*. Poelm., Hadam., Fabr. : *Verborum meritis dabitur sub iudice vita*, — *Verborum meritis veniet sub iudice pœna*. Matth. xii, 57 : *Unusquisque enim verbis suis justificabitur, aut verbis suis condemnabitur*. Hinc scriptura Reg. aut Hadam. præferenda est. Præterquam quod frequentes erant apud veteres poetas istiusmodi repetitiones.

639. Bas., *faciat* : lege *faciet*.

641. Ottob., pr. m., *tribuit* : a sec. m., *tribuet*, cum reliquis mss. et editis.

642. Ott., Ald., Bas., *emortua*. Reg., Hadam. et plerique editi, *demortua*. Rom., male, *Genitor sua mortua corpora*. Verbum Ciceronis est *demortuus*; sed mihi non displiceret *emortua* in Juvenco, de quo vocabulo confer, si lubet, quæ notavi ad Dracontium, libr. ii, vers. 623. Solemne est nostris christianis poetis, ut ratione cæsura brevem producant : quod

B fortasse ut effugeret aliquis librarius, mutavit *Genitor emortua* in *Genitor demortua*. Sed quoniam fide codicis ms. Reg. tueri possumus *demortua*, id libenti animo retinemus. Ott., *reddet* : alii, *reddit*.

644. Reg., *ad lumen surgentia*. Ald., *ducit*, quod fuit in Ott., ex quo factum ducet, quæ est communis lectio. Legerem, si per mss. liceret, *Quæ vult, ad Superos surgentia corpora ducit*, ex Joann. v, 21 : *Sic et Filius, quos vult, vivificat*. Reuschius fatetur, in Græco textu esse tempus præsens; sed putat, Juvencum ad iudicium novissimum id retulisse.

645. Reg., Rom., Poelm., pro d. s., *quemquam vestri*. Ott., *quicquam vestri*. Plures editi, *quemquam vestrum*. Reg., *quærit*; cæteri, *quæret*. Magis accedit ad verba Evangelii *quærit*. Joann. v, 22 : *Neque enim Pater judicat quemquam : sed iudicium omne dedit Filio*.

650. Fabr., *figit*, cum Poelm. et Ottob., a pr. m., ex quo in Ott. videtur factum *figet*, quod habent alii mss. et editi. Joannes ait : *Qui verbum meum audit, et credit ei, qui misit me*. Reuschius textum sacrum secutus, cessante enallage, quam in præcedentibus admiserat, præsens pro futuro recepit. Nec refert, quod vers. seq. sit *patescent*. Ita enim Latini loqui amant, *Si das, accipies*.

651. Codex Un., *Mox me emittentis*. Reuschius ex codd. restituit *dona patescent*, quod nostri mss. Rom., Reg., Ott., comprobant. Veteres editiones *dona reddet*. Omisit Juvencus dandi casum ei : quod aliis etiam scriptoribus familiare est.

652. In Ottob., a pr. m., videtur fuisse *Æternumque*, quod more adverbii non esset contemnendum.

654. Torn., Rom., *lumina*, quod Schoettgenio displicet. Plerique mss. et editi, *limina*. Non dissimulabo tamen, h. l. vers. 519, a Juvenco dictum *lumine lucis*.

655. Reg., Ott., Rom., *tempus cum mortua*. Ald., Hadam., Poelm., Fabric. *tempus quo mortua*. Accom-

NOTÆ.

631. *Irrevocatis* : hac voce Horatius et Ovidius utuntur. Juvencus *irrevocatis* ponit pro *irrevocabilibus*.

635. *Theauris justis* : Evangelista ait, *De bono thesauro*.

636. *Venenum* sæpe in malam partem accipitur; sed ex prima significatione vox est media, quæ in utramque partem sumi potest. Libr. l. Dig. tit. 16, de verb. signif. leg. 236 : *Qui venenum dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum : nam et medicamenta venena sunt*. Cicero, pro Cluentio cap. 54, ex veteri lege : *Qui venenum malum fecit, fecerit*.

637. Sabatierius observat, Juvencum prætermisissæ vers. 36 Matthæi : *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii* : Sed Juvencus hoc et seq. vers. satis sententiam hanc ipsam Evangelii comprehendit.

D 639. CAPUT XXV. *Quæcumque Pater fecerit, facturum et Filium, et nunc esse horam, qua mortui audient vocem filii Dei, et alia item multa dicit Jesus Judæis*. Joan. v, 19. *Sectabitur* idem est ac *faciet*, imitabitur, exsequetur.

645. Notandus est ablativus absolutus *se iudice*, nempe ipse iudex. Plura similia ex Avito, Aratore, Fortunato profert Arntzenius ad Sedulium, l. iv, vers. 8. *Se iudice præstat*. In inscriptionibus non rarum est *se vivo, fecit*. *Quærit*, in quæstionem vocat, inquit in quemquam. Satis vulgata est hæc significatio verbi *quæro* : ex quo *quæstio*, et *quæsitores* dicuntur.

648. *Repulsus honore* pro *repulsus ab honore*. Ovidius, in Amor., eleg. 11, vers. 9 : *Ergo ego sustinui foribus tam sæpe repulsus*, etc. Adde Horatium, Serm. l. ii, sat. 7 : *Foribusque repulsus — Perfudit gelida*.

- 224** Accipient nostram, et vitam cum voce A
[tenebunt.
Nam sicut Genitor vitam sibi possidet in se,
Sic tribuit Nato vitam, et jus dicere jussit
In terris, hominis quoniam de corpore venit.
660 Nec vobis mirum videatur, corpora cuncta
Vocis ad auditum propriis exurgere bustis,
Justorumque animas redivivo corpore necti,
Judicioque gravi miseros exurgere pravos.
Nec mihi iudicium tribuit mea sola potestas;
665 Arbitrio quoniam Genitoris cuncta jubentur,
Qui me justitiam terris disquirere jussit.
Namque ego si proprio testis pro nomine sur-
[gam,

Falsa loquar; aliusque itidem quia testis habetur.

- 225** Pro nobis, recte mihi talia temnere
[fas est.

- 670** Nam veris operum signis manifestior omni
Luce nitet præsens nostris testatio factis.
Talia concedens Genitor mihi testis adhæret,
Qui me dimisit terris sua ponere jussa.
Hujus enim vocem numquam comprehendere
[quistis,
675 Nec speciem propriam concessit visere vobis.
Nec sermo ipsius potuit per vestra sedere
Pectora, credendi quoniam substantia nulla est.
Quæratum veterum scriptorum lectio vobis,
Perpetuam cunctis vitam quam ferro putatis.

LECTIONES VARIANTES.

modatius videtur ad textum Evangelii cum, quam quo. **B** *habetur*, nescio, an casu, an de industria: nam in mss. et editis solum reperio *quia testis*. Verba apud Joannem, v, 25: *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei*: et in versione antiqua, ex ms. Cantabr., apud Sabatierum: *Quoniam venit hora, et nunc est, cum mortui audient*, etc. Non tamen ineptum est quo: simili enim modo nonnulli Patres eum locum exhibent.

657. Rom., *Genitor sibi vitam possidet*: alii, *Genitor vitam sibi possidet*.

659. Reg., Rom., Poelmann., pro d. s., *In terras*, quod edidit Reuschius, quia Joannes indicare vult reum, non locum iudicii. Ott. cum plerisque editis, *In terris*, quod retinuit Gallandius. Nonnulli sic interpungunt *jus dicere jussit*. — *In terras hominis*, vel *In terris hominis*. Ald., Daventr., Bas., Torn., Gallandius, cum corpore. Mss. nostri cum Hadamar., et multis aliis editis, *de corpore*. Sententia eadem est.

662. Hi duo versus *Justorumque, Judicioque* omisi erant in Ott., sed suppleti sunt eadem veteri manu in fine paginæ.

663. Torn., *Judicioque gravi*: corrige *Judicioque*.

664. Torn., cum mss. Reg., Rom., *tribuit*: Ott., *tribuit*: editi plures, *tribuet*. Reg., *voluntas*: alii, *potestas*. Utraque lectio sustineri potest. Joannis v, 30: *Non possum ego a me ipso facere quidquam. Sicut audio, judico: et iudicium meum justum est: quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*. Magis placet *tribuit*, quam *tribuet*: rejiciendum vero est *tribuat*.

668. Reg., Ott., Daventr., Ald., *Falsa loquar, aliusque itidem quia*. Sic Rom., sed inde minus bene pro *itidem*. Hadam., Poelm., Fabr.: *Falsa loqui possem*: ast *alius quia*. Sic Torn., sed est pro *ast*. Sabatierum edidit *Falsa loqui possem*: est *alius, qui testis*

C *habetur*, nescio, an casu, an de industria: nam in mss. et editis solum reperio *quia testis*. Verba apud Joannem, v, 31, sunt: *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum*. Itaque retineo *Falsa loquar*. Illico vers. seq.: *Alius est, qui testimonium perhibet de me, et scio quia verum est testimonium quod perhibet de me*. Fortasse legendum est *Falsa loquar, alius itidem quia testis habetur*, omissa conjunctione *que* post *alius*, quæ superflua est. Ratione cæsurae produci potest secunda in *loquar*, et tertia in *alius*, quod non advertentes librarii lectionem veram corruerunt.

669. Ald., *Pro vobis*: emenda *Pro nobis*. In Bas., tum vero, mendum, pro *temnere*. Reg., *semper pro recte*, non male. Rom., *temnere talia*, sed corrupte *tenere pro temnere*. Plerique mss. et editi, *taliam temnere*.

672. Ott., *testes*, bene ibidem correctum per *testis*.

673. Rom., Ald., Fabr., *demisit*: alii *dimisit*, eadem significatione.

676. Rom., *poterat*: Ott. cum plerisque *poterit*, pro d. s., *potuit*. Bene est *potuit*: sed suspicabar *potis est*: quam phrasin nonnulli librarii non intelligentes in quibusdam mss. exemplaribus, aliam lectionem invexerunt. Verba Joann. v, 37, tempus præsens innuunt: *Et verbum ejus non habetis in vobis manens*.

679. Reg., *Perpetuam cuncti vitam quam*, et glossa in *putatis vobis*, quod aut obscurum, aut corruptum est. Rom., *Perpetuam cuncti vitam qua ferre putatis*. Id satis accedit ad textum Joann. v, 39: *Scrutimini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere*. Communis lectio eodem recidit: *Perpetuam cunctis vitam quam ferre putatis*.

NOTÆ.

D **656.** *Accipient, audient, intelligent*. Obvia hæc significatio verbi *accipio* apud Ciceronem, et alios. *Tenebunt*, assequuntur. Usus verbi *teneo* mirum quantum patet. Hic est *obtinebunt*. Obtinebunt ergo vitam cum voce, cum dicto, ut supra, vers. 597.

659. Joannes, loc. cit.: *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est*. Christus Filius est hominis, quia ex Maria virgine natus est, adeoque hominis de corpore venit.

663. *Miseros pravos*: ut l. iv, vers. 304: *Æternum miseri pœna fodientur iniqui*. Vide lect. var. ad vers. 257 l. h.: *Miseri fugere superbi*.

666. Joannes: *Quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*.

669. *Talia temnere*, calumnias Judæorum, et falsiloquia, seu falsa hominum de me iudicia.

671. *Testatio, testimonii dictio*. Verbum in jurisconsultorum libris frequens.

672. *Adhæret*, pro me stat, meas partes agit. Elegantissima metaphora, ait Reuschius.

675. Joannes, loc. cit.: *Nec speciem ejus vidistis*. Versio vetus in nonnullis mss., et aliqui SS. Patres, paulo aliter, *neque figuram ejus, vel neque formam ejus, vel neque faciem ejus*.

676. *Per vestra sedere pectora, vestris pectoribus insidere, infligi*.

677. Joannes: *Quia quem misit ille, huic vos non creditis*. Varius est usus hujus vocis *substantia* apud Juvenum. Vide l. i, vers. 416. Cyprianus, de Bono patientiæ, p. 216, patientiam vocat *sustinendi tolerantique substantiam*.

- 680 **226** Hæc etiam nostrum testatur lectio donum. A 695 Vocibus indubitata fides comitabitur istis,
Nec tamen audetis propius consistere nobis,
Ne veræ vobis contingat gratia vitæ.
Non mihi captatur terrenæ gloria laudis.
Namque ego quod summi Genitoris nomine veni,
685 Respuor a vobis : veniet sed discolor alter,
Nomine quem fultum proprio gens vestra se-
[quetur.
Alternæ vobis captatur gloria famæ,
Unius et solam fugitis disquirere laudem.
Nec vos arguerim coram Genitore, sed illic
690 Accusator erit, quem spes modo vestra cele-
[brat,
227 Moses, quem fidei nullo servatis honore.
Ejus enim scriptis vester si crederet error,
Crederet et nobis, Mosei quem scripta frequen- B
[tant.
Talia tum contra scribarum verba sequuntur :

LECTIONES VARIANTES.

682. Mss. Rom., Reg., Ott., *Contingat gratia vi-
tæ. Editi, contingant gaudia vitæ.*

684. Reg., Rom., Octobon., *Namque ego quod
summi : hoc ipsum videtur voluisse Aldus in nexu
litterarum. Alii Namque ego, qui summi.*

685. Mss. nostri cum Ald., Bas., Daventr., *Res-
puitur vobis, et glossa in Reg., scilicet mea prædica-
tio. Vel intellige, respuitur a vobis, quod ego veni,
etc. Alii habent Respuor a vobis : quod concinit ver-
bis Joannis v, 43 : Ego veni in nomine Patris mei, et
non accipitis me. Poelm., Fabr., veniet sed dysco-
lus alter : sic Ald., Daventr., Bas., Badius, Ha-
dam., qui scribunt discolor. Nostri codices mss.
Rom., Ott., a sec. m., vel pro d. s., cum Torn.,
Reuschio, veniet sed discolor alter : quod magis pla-
cet, quasi varius, diversus, dissimilis. Cap. cit.
Joann. vers. cod. 43 : Si alius venerit in nomine suo,
illum accipietis. Nullus hic est locus vocabulo dysco-
lus, pravus, difficilis, quod ad barbara a Forcellino
rejectum est. In membranarum vaticanis Reg. et Octob.,
a pr. m., veniet sed decolor alter, quasi turpis. Sic
Cant. unus.*

687. Editi et mss., *Alternæ in vobis. Vera tamen
mihi lectio est Alternæ vobis captatur, ut vers. 683.
Non mihi captatur terrenæ gloria laudis. Sacer textus :
Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem
accipitis, et gloriam, quæ a solo Deo est, non quæri-
tis? Forte, Alternis vobis.*

689. Rom., Ald., Hadamar., *Nec vos : Poelm.*

688. Sacer codex : *Et gloriam, quæ a solo Deo
est, non quæritis. Cantabr., Et gloriam ab unico Deo
non quæritis. Hilarius, lib. x de Trinit. : Et ho-
norem ejus, qui est solus Deus, non quæritis. Hic
lectioni favet Juvencus,*

690. Joannes : *In quo vos speratis.*

692. Si crederet error : si vos, qui nunc erratis,
quia non creditis, crederetis, nobis etiam crederetis,
adeoque cessaret error.

694. CAPUT XXVI. *Pharisaicis, signum petentibus,
Jonæ et Niniuitarum signum tradit. Matth. xii, 38
seqq.; Luc. xi, 29; Marc. viii, 11.*

695. Comitior cum dativo, ut libr. iv, vers. 219 :
*Et sponso tantum comitator factio prudens. Consule
lect. var. ad eum versum.*

699. *Cetus, ceti, in singulari, cete in plurali.*

703. *Gens hominum, Niniivite. Inter gentes terræ
a Rabbina Niniivitas numerari observat Omeisius.
In fletum dedita : Ovidius, u Met. 584 : Datque ani-
mum in luctus.*

- 700 Temporis absumpsit, terræ in penetralibus altis
Progenies hominis tantum demersa manebit.
Adveniet tempus, cum surget reddita vitæ
Gens hominum, propriis in fletum dedita gestis.
Hæc istam digno damnabit crimine gentem,
705 **228** Quod maris e fundo surgentis voce pro-
[phetæ
Commonita, in lacrymas Dominum projecta re-
[flexit.
Hic et Jonæis monitis potiora jubentur,
Contemnitque feris animis gens impia lucem.
Et regina noti vitales surget in oras.

cum aliis, *Ne vos, pro d. s., Nec vos. Utrumvis
elige.*

691. Alii, *Moyses; alii Moses scribunt. Ald.,
Poelm., pro d. s., servastis : plerique servatis.*

693. Reg., *Mosei; Ott., Moysei; Rom., Moysi; alii,
Mosi, quod in editis maxime apparet.*

697. Ott. *Polluta malis, quod a Fabricio post Da-
ventr. editum est : crateri Polluta magis. Matthæus :
Generatio mala et adultera signum quærit, etc. Kœnig-
gius conjiciebat etiam Polluta malis, ex l. iv, vers.
564 : Polluta malis consurgat in iras — Religio.*

700. Reg. *absumit : retine absumpsit. Ott., pen-
trabilibus : ita etiam Reg., sed in hoc scite corre-
ctum penetrabilibus.*

701. Ald., *diversa, quod error videtur pro de-
mersa.*

702. Poelm., *Advenit tempus : Rom. cum pleris-
que, Adveniet tempus, quod consentaneum est verbis
Evangelii Matth. xii, 41 : Viri Niniivite surgent in
judicio cum generatione, etc. Ex quo rejici debet sur-
git in Rom., et legi surget cum aliis.*

704. Rom., *Nec istam : lege Hæc istam.*

705. Rom., *Sed maris : corrige Quod maris.*

706. Bas., *Communita, mendose, pro commonita.*

707. Rom., *Sic et : alii, Hic et.*

709. In Ott. *ex surgit probe factum surget, ex
Evangelii sententia. In Rom., ad marg., pro oras
diversa lectio, sive correctio, exhibetur auras : sed
oras alii prælerunt.*

NOTÆ.

701. *Crimine, accusatione : ita enim crimen non
raro accipitur.*

706. Qui lacrymis aliquid obtinere volunt, plerum-
que projecti, seu prostrati sicut. Cæsar, l. vii Bell.

D Gall. cap. 26 : *Matresfamilias repente in publicum
procurrerunt, fletisque projectæ ad pedes suorum ;*

et l. iii Bell. civil. cap. 98 : *Passisque palmis, pro-
jecti ad terram, fletus ab eo petierunt salutem. Reus-
chius ex Livio allegat, Se in muliebres fletus projicere :
explicat vero reflexit, animum ad Dominum revoca-
vit, vel mente Dominum respexit. Reflecto proprie
est incurvo.*

707. Joannes : *Et ecce plusquam Jonas hic. Hila-
rius, in psalm. ii : Et ecce major Jona hic. Sed ex
textu Græco constat, hic in Latinis versionibus non
esse pronomen, sed adverbium, videlicet hoc in loco.
Recte ergo Juvencus per adverbium reddit, et expli-
cat : Hic et Jonæis monitis potiora jubentur.*

709. Itala versio et Vulgata constanter exhibent
regina ausari. kleon ventus qui Latinis auster dicitur,

- 710 Illius ad specimen damabitur offera plebes,
 Finibus extremis Libyæ quod venerit illa,
 Ut Salomona pium, præceptis dedita iustis,
 220 Audiret: potior nunc est Salomone potestas
 Et tamen obtusæ cæcantur pectora plebis.
- 715 Expulsus siquando fugit de pectore dæmon,
 Quem turbat sanatus purgato corpore status,
 Ille venenatis collustrat passibus oras,
 Qua nulla excurrit fontani gurgitis unda,
 Nec requiem placidæ sedis sibi reperit ardens.
- 720 Tunc repetit suæ sitiens habitacula mentis.

- A At si forte quia obtusæ corda venenis,
 230 Ornatusque levi ridentia limina cernit,
 Associat septem similes glomerando furores
 Vis inimica homini, penetratque in viscera ser-
 [pens.
- 725 Sic genus hoc vero sensu cum degener errat,
 Vincula perpetuis deslebit subdita pœnis.
 Atque ea dum populis vitalia diota frequentat,
 Pro foribus mater cum fratribus astitit illic,
 Et miscere furis sermonem cominus orat.
- 730 Talia tum matris mandatis dicta remittit:

LECTIONES VARIANTES.

710. Reg., et Ott. *speciem*, pro d. s., *specimen*, cum Rom. et editis. Defendi potest *speciem*, sed præferendum est *specimen* pro exemplo. In Rom., *plebes* corrigi videtur per *proles*. Reliqui, *plebes*.

712. Reg., *Ut Salomona regem*: metri lex id prohibet, fortasse præstitit legere *Ut Salomon regem*. Sed cum idem Reg., pro d. s., refert *Ut Salomona pium*, consentientibus aliis mss. et editis, id sane retineamus, accipiamusque *pium* pro pacifico, miti: de qua significatione hujus vocis plura dixi in notis ad Dracontium, libr. 1, vers. 11. Nonnulli scribunt *Solomona*, et paulo post *Solomone*, quod etiam accidit in quibusdam veteribus exemplaribus Bibliorum, nimirum ex Græco textu. Confer var. lect. ad vers. 680 l. 1.

715. Reg., *Et tamen obtusæ cæcantur pectora plebes*. Alii, *Et tamen obtusæ cæcantur pectora plebis*; sed in Ott. scribitur *obtusæ*, quod perinde est. Nec mihi displiceret: *Et tamen obtusæ cæcantur pectora plebis*. Virgilius, 1. Æn. 571: *Non obtusæ adeo gestamus pectora Pæni*.

715. In Ott. fuit *expulsis*, bene inde factum *expulsus*.

716. Reg., Ou., *purgato pectore*. Ott., pro d. s., *Daventr.*, Ald., *purgato corpore*. Rom., *purgato e pectore*. Poelm., et alii editi, *purgato e corpore*. Codex Uv. *Quem purgat sanctus prolato e corpore status*, ubi forte legendum *prolato e corpore*, ut conjicit Reuschius: qui tamen commodum sensum inde erui posse negat: ut de pleonasmis ne quid dicamus.

717. Torn., *venenatis*: ita etiam edidit Aldus, sed in Emendatis recte correxit *venenatis*, id enim longe elegantius est.

719. Aldus cum aliis editis: *Si requiem placidæ sedis non reperit, ardens*. Mss. Reg., Ott., Rom., *Nec requiem placidæ sedis sibi reperit ardens*: sed

in Reg., *placidæ* pro *placidæ*. Scriptura nostrorum eodum magis congruit Evangelii verbis Matth. xii, 45: *Ambulat per loca arida, quærens requiem, et non invenit*. Reuschius mavult *Si pro postquam, cum*: quia Juvencus numero oratorio conclusit, quæ dictione simplici grammatica Christus protulit.

720. Reg. *repetit suæ quærens habitacula*, sed corrupte *habicula* pro *habitacula*: alii omnes, *repetit suæ sitiens habitacula*.

721. In Ott. videtur prius fuisse *Ac si* pro *At si*. Rom., *Et si*.

725. Poelm., Had., *similis*. Rom. cum plerisque editis, *similes*.

724. Editi, *homini*. Mss. Rom., Reg., *hominis*: ita etiam fortasse fuit in Ottob., ubi nunc est *hominis*. Præferam *homini*. Rom., *penetrat qui viscera serpens*: retine penetratque in viscera serpens.

725. Ott.: *Sic genus hoc vero mentis cum degener errat*: alii, *sensu* pro *mentis*. Suspicio *hoc veri sensu cum*. Reuschius in suis mss. invenit etiam *vero mentis*, quam lectionem non inconcinnam dicit, nempe *a vero, a veritate*. Ante hunc versum *Sic genus*, in Rom. legitur hic alius abnormis: *Sic erit hæc generatio deteriora priorum*. Idem versus, cum hoc solo discrimine *Sic ista generatio*, etc., exstat in Reg. post hunc versum *Sic genus*. Fortasse aliquis versus a poeta additus fuit, ut explicaret verba Matth. xii, 45: *Et fiunt novissima hominibus illius pejora prioribus*. Nam quæ sequuntur, *Sic erit et generationi huic pessimæ*, comprehenduntur his duobus versibus, *Sic genus*, et *Vincula*.

727. Poelm., pro d. s., *Atque hæc*; in textu, *Atque ea*. Ald., Bas., Rom., *dum*: alii *cum*.

729. Ott., a pr. m., *misceri*: probe factum *miscere*.

NOTÆ.

græcis est *notus*, quo vocabulo poeta Latini frequenter utuntur. Quod Juvencus ait *vitalis surget in oras*, sacer textus refert *surget in iudicio*.

710. Ad *specimen*, comparatione facta cum ea. Omeisius commentatur, ad illius respectum, probationem, exemplum.

711. Matthæus ait: *Quia venit a finibus terræ*. D Juvencus Libyam designat. Eam reginam, *Nioaulam* nomine, ex Æthiopia Hierosolymam adisse multi narraunt. Alii eam Arabiæ reginam visse aiunt, et ab Arabibus *Balkis* nuncupatam memorant. Juvencus priorem opinionem tenet, et Libyæ nomine universam Africam intelligit, ut Virgilius, l. 1 Georg. vers. 240: *Mundus ut ad Scythiam, Rhiphasque arduus arcus — Consurgit, promitur Libyæ devezus in austos*. Ex Libris Reg. solum constat, reginam Saba eam dictam.

715. Matthæus: *Et ecce plusquam Salomon hic, tibi hic est adverbium, ut patet ante vers. 707*. Ac potuit sane scripsisse Juvencus: *Audiret: potior hic est Salomone potestas*. Sententia fere eadem cum

nunc. Sed si alio modo, quem dixi, Juvencus scripisset, nihilominus exscriptores ejus rei ignari versus corruptissent.

716. *Turbat, exturbat*: verbum simplex pro composito. *Sanctus status*, quia Christiani in more habent in exorcismis insufflere dæmonas: de quo vide comment. ad Prudentium hymn. 10, Perist. vers. 920: *Insufflat, ipsos ceu videret dæmones*.

720. *Suæ mentis, et* libr. 1, vers. 180: *Mox etiam assuetam penetrant spiracula mentem*.

722. *Ridentia*; nota, sed elegans metaphora.

725. *Glomerando*: confer not. ad vers. 579. *Furores*, spiritus nequiores se. ut ait Matthæus, vel spiritus furientes, ut *scelus* pro *scelesto*.

727. CAPUT XXVII. *Matrem, et fratres esse eos, qui audiunt, et faciunt verbum Dei*. Matth. xii, 46. seq.; Marc. iii, 51.; Luc. viii, 20. 728. *Pro foribus*: consule lec. var. advers. 299 hujuslibri.

728. Et foris orant miscere cominus sermonem. Matthæus: *Stabant foris, quærentes loqui et*

Hic mecum genitrix, mecum germana residunt
Corpora. Nam patria impletur cuicumque vo-
[luntas.

231 Ille meo proprium connectit sanguine cor-
[pus,
Et matris, generisque mei sub nomine ha-
[betur.

735 Progreditur templo terrarum lumen Iesus,
Et maris extrema, terræque resedit in ora,
Innumeræque illuc plebis fluxere catervæ.
Ille sed excelsam scandens, quæ proxima,
[puppim,
Littora complenti depromit talia plebi:

740 Ecce sator proprio commendat semina ruri,
Illa cadunt diversa solo, sortemque locorum
Pro virtute ferunt. Nam sicubi trita viarum
232 Sub pedibus solido densetur limite tellus,
Aeriis avibus nuda dant semina prædam.
745 Ast ubi pertenui velantur pulvere saxa,
Farra quidem viridem depromunt germinis
[ortum;
Sed quia nulla subest siccis substantia glebis,
Inserto arescunt radicum fila calore.
Cunctaque mox apicum labuntur acumina letho,
750 Seminibusque aliis contingunt aspera rura:
Sentibus hic, spinisque feris velocius exit

LECTIONES VARIANTES.

731. Ott., a sec. m., *resident*: verum lex metri exigit *residunt*, a *resido*, *residis*. Virgilius, libr. viii, vers. 467: *Congressi junquunt dextras, mediisque residunt* — *Ædibus*. Sic alii vulgo. in Reg. glossa, aut diversa lectio est *mecum et germana*, pro *mecum germana*.

732. In Rom., ad marg., annotatur tamquam diversa scriptura *propria*, et *cujuscumque* pro *patria*, et *cuicumque*: utrumque ineptum. Sententia clara est apud Matth. xii, 50: *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater et soror, et mater est*.

735. Schœtgenius volebat *Egreditur tecto*, quia Matthæus ait: *In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare*. Multi codices mss. versionis Italicæ omittunt *de domo*. Nihilominus probabilis est conjectura Schœtgenii, nisi dicamus Juvencum verba illa *de domo* exposuisse de domo Dei, seu templo.

736. Torn, *residit*: melius *resedit*.

737. Rom., *cinzere* pro *fluxere*: fortasse, *illum plebis cinzere*.

738. Reg., Rom., *scandens in proxima puppim*. Ott., Hadam., Poelm., in textu, *scandens, quæ proxima, puppim*. Ald., Poelmann., pro d. s., *scandens ceteri pede puppim*.

739. Torn., *mendose, complectit* pro *complenti*.

740. Ott., *propria*, alii, *proprio*. Scriptura propria confirmatur ex Lucæ viii, 5: *Exiit qui seminavit, seminare semen suum*. Accedit versio Itala in ms. S. Germani 1, apud Sabatierum: *Ecce exiit qui seminavit, seminare semen suum*. et in ms. Cantabr. *Exiit seminator seminare semen suum*, et in Græcis exemplaribus: Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείραι τὸν σπόρον αὐτοῦ; et auctor operis imperfecti in Matth. hom. 25: *Exiit seminator seminare semen suum*. Lectio communior est *proprio*, quæ etiam comprobatur ex vers. 798, 816., et Ambrosio in Psalm. xxxvi: *Ecce exiit qui seminavit, seminare agrum suum*.

741. Diversa melius, quam *divisa* in nonnullis apud Reuschium: illa enim semina non quidem in se, sed pro varia sorte, seu conditione soli diversa

B erant, seu diverso modo proveniebant. In Bas., *sole error est pro solo*. Hadam., Poelm., in textu, *Fabr., sortesque*. Mss. et peræque editiones, *sortemque*.

742. Daventr., Westh., in textu, Ald., *etenim si ubi trita*. Reg., Ott., *nam sic ubi trita*. Rom., Westhem., ad marg., et multi alii editi, *nam sicubi trita*. Rom., minus bene, *serunt pro ferunt*.

743. Codex Un., non incongrue, *solito pro solido*.

744. Hadam., Poelm., *dant vilem semina*. Ott., a sec. m., *avibus nudam dant semina*; Ald., *avibus dant nudam semina*. Reg., *avibus dant nuda semina*, male; nec melius Rom., *avibus dant nudaque semina*. Reuschius cum Aldo facit, et hunc verborum et sententiæ ordinem collocat: *Sicubi tellus densetur sub pedibus solito, vel solido limite, trita viarum dant, exponunt semina, prædam avibus*. Vix dubito quin legendum sit *avibus dant nudam semina*, aut *avibus nudam dant semina* aut potius *avibus nuda dant semina*, scilicet a in nuda productio ratione cæsuræ, quod frequens est christianis poetis. Sententia liquet ex Matth. xiii, 4 seq: *Et dum seminavit, quedam ceciderunt secus viam, et venerunt volucres cœli et comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam, etc.* Semina ergo quæ ceciderunt secus viam, nuda erant, quia terra non erat cooperta, cum eo loco neque aratro subacta fuerit terra: adeoque facile volucres cœli ea comederunt. Hanc interpretationem confirmat versus sequens, *Ast ubi pertenui velantur pulvere saxa*; eademque eodem vocabulo Prudentius expressit vers. 1034, libr. ii, contra Simm. *Et ne jacta viæ spargantur in aggere grana*: — *Hæc avibus quia nuda patent, passimque vorantur*.

746. Conjiat aliquis *viridis depromunt germinis*.

747. Reg., *subest duris substantia*: editi, *subest siccis substantia*. Rom., *subest succi substantia*: quæ lectio si vera non est, certe acumine non caret.

750. Melius *Seminibus aliis*.

NOTÆ.

731. *Germana corpora*: sic l. iv, vers. 20: *Sep-tem germana fuerunt* — *Corpora*. Vide not. ad vers. 157. l. h.

733. *Connectit* de conjunctione consanguinitatis. Tacitus, *Annal.* l. iv, cap. 66: *Clariss majoribus, et Varo connerus*.

735. CAPUT XXVIII. *Sedens in navicula Iesus turbis parabolas exponit*. Matth. xiii, 1 seqq.; Marc iv, 4. Luc. 8, 5.

736. Recte littus vocat *extremam maris, terræque oram*.

743. Sensus est: *Sicubi, vel ubi tellus trita viarum solido limite sub pedibus densetur, etc.*; vel etiam: *tellus trita sub pedibus densetur solido li-*

mite viarum. *Densetur* hoc loco est a *denso, densus*. Dicitur etiam *denseo, denses*.

747. *Substantia* hic accipitur pro succo, in quo aristæ vita consistit. Confer vers. 631 l. i.

748. *Filum* de re quapiani subtili et filo simili dicitur. Ovidius, l. i Fast. vers. 342: *Nec fuerant rubri cognita fila croci*. Martialis, libr. xi, epigr. 53: *Porris fila resecta suis*. Columella, libr. x, vers. 375: *Asparagi corruda simillima filo*.

749. *Labuntur letho, moriuntur*: metaphora nota de herbis, quæ arescunt. *Apicum acumina*, acumina, aristarum. *Intelliguntur aristæ ipsæ, cul-*

233 Roboris augmentum, frugemque interne- A
[cat angens.

Uberibus vero quæ dantur semina glebis,
Illa ferunt pulchram segetem, cui læta frequen-
[tat

755 Incrementa sui centeno copia sætu.

Audiat hæc, aures mentis qui gestat apertas.
Talia discipuli mirantes dicta, requirunt,
Implicitis populo cur clauderet omnia verbis,
Ille sed, admota credentium plebe, profatur :

760 Vobis, qui firmo robustam pectore mentem

234 Ad capienda Dei penetralia constabili-
[stis ,
Concessum est adytis penitus consistere regni.

LECTIONES VARIANTES.

752. Bas., *agens* : quod emendandum est per B
agens.

753. Rom., Ald., Bas., Fabr., *dantur quæ* : alii,
quæ dantur.

754. In Reg. et Ott. videtur, a pr. m., fuisse fre-
quentant. At sensus postulat *frequentat*. In Rom. sa-
tisclare est frequentant, cum hæc tamen distinctione cui
læta frequentant—*Incrementa sui, centeno copia sætu*.

755. Torn., *centena* : lege *centeno*, ut metro seni-
suique consulas.

759. Rom., *ammota credentium plebe profatus*. Su-
spicari aliquis possit, an legere oporteat *amota*. Pos-
tea quidem inter discipulos et plebem in fine para-
bolæ hæc sit distinctio vers. 796 : *Hæc tum discipulis
plebique hæc insuper addit*; et clarius libr. iii,
vers. 74 seqq. : *Ille ubi credentium turbas in valle re-
mota* — *Convenisse videt*... *Discipuli Christo sua-
dent dimittere turbas*. Revera Reuschius legit *amota*,
idque ex mente poetæ rectius esse judicat. Non tam-
idem ausim mutare *admotam* in *amota*, præsertim quia
ea, quæ in Evangelio et Juvenco sequuntur, non
apte cadunt in plebem credentium, nisi credentes
dicantur ii qui, vers. 772, *Auribus assistunt clausis,
oculisque gravatis*. Juvencus *plebem* et *populum* de di-
scipulis sæpe dicit. Confer l. ii, vers. 564; l. iii,
vers. 494; l. iv, vers. 52.

763. Reg., Rom., Poelm., pro d. s., *lumina men-
tis*. Otrob., *limina mentis*. Ald. cum plerisque editis,
limina vitæ. Magis ex Evangelii sententia est *lumina
mentis*. Math. xiii, 44 : *Vobis datum est nosse mysteria
regni cælorum : illis autem non est datum*. In aliis
versionibus veteribus, *Scire arcana Dei, scire myste-*

illis pro merito clauduntur lumina mentis.

Si quis habet dignus, capiet potiora redundans.

765 Qui vero experies cælestis muneris errant,
Amittent etiam, proprium quodcumque retentant,
Idcirco obscuris cooperta ambagibus, illum
Præstringit populum sermonis gratia nostri,
Ut dictum Isaïæ merita de plebe recurat.

770 En populi mentes velantur ad omnia crassis

235 Objicibus, sensu ne tangant munera vitæ.

Auribus assistunt clausis, oculisque gravatis,
Ne conversa bono sanetur noxia plebes.

Quam vestræ nunc sunt aures, oculique beati !

775 Nam multi veteres justi, sanctique prophetæ,
Quæ vobis clarent, orarunt cernere dona.

rum regni cælorum. Tertullianus, libr. de Præ-
script., cap. 22 : *Illis datum est cognoscere arcana,
quæ populo intelligere non liceret*. Kœnigius præfert
limina vitæ, quia præcessit *consistere adytis*, et l. iv,
vers. 443, Juvencus ait : *Si numquam terris tetigisset
limina vitæ*.

761. Mss. Reg., Rom., Ott. cum Ald., Daventr.,
Si quis habet dignus. Hadam., aliique editi, *Si quis
habet dignus*. Præfero *Si quis*, ex loc. cit. Math. xii :
Qui enim habet, dabitur ei. In Reg. sic legitur hic
versus : *Si quis habet dignus meritis, potiora capesset* :
correctum videtur *mentis pro meri is*.

768. Editi omnes, *Promitur in populum*. Mss. no-
stri Reg., Ott., *Præstringit populum*; Rom., *Per-
stringit populum*. De diversa hac scribendi ratione
præstringo, et *præstringo*, dixi ad Prudentium vers.
507 Psychom. Hoc loco *præstringit* est leviter tangit,
veluti transeundo attingit, in transcurso radit, quia
gratia sermonis non plene cum populo communica-
batur. Hanc significationem librarii ignorantes, e
suo ingenio exscripserunt *Promitur in populum*.
Schœttgenius, et Reuschius edunt *Perstringit*, aut
Præstringit, sed exsponum hebetat, obtundit, excæcat.

769. Ott., *recurant* : quod solum posset sustineri,
si legeretur *dicta pro dictum*.

770. Ald., *populi mentis* : rectius *populi mentes*.

771. In mss. uostris et Ald. scribitur *Objicibus*, non
Objicibus.

775. Ald., Torn., Bas., *veterum* : alii, *veteres*. Rom.,
veteres sancti, justique prophetæ.

776. Omisio non displicet *optarunt cernere*, uti
est in Had.

NOTÆ.

752. In Reg., glosa, *agens* — *suffocans*. Scilicet
augmentum spinarum *agens*, seu *suffocans*, interne-
necat frugem. Idem accusativus *frugem* regitur a
verbo *internecat*, et a participio *agens* : quod sæpe D
in Juvenco observatur. Barthius, libr. xxxv Advers.
cap. 49, col. 1621, advertit, in hoc Juvenci versu
internecare esse necare, aut enecare. Eodem verbo
nsus est Prudentius, Apoth. præfat. 2, vers 49 : *Ne
forte culmum fibra inanis spicem* — *Simul revulsa
internecet*. De verbo *agens* pro *suffocans* disserit
idem Barthius, l. xxiv, cap. 49, col. 4272 seq. Co-
lumella, l. x, *herbam angentem* nominat. Proprie *an-
gere* est strangulare, suffocare, sed translate sumitur
pro contristari, vexare. Simile quid accidit in
suggillo, quod est strangulo, suffoco, et translate
molestia afficio, constringo. Ex quo intelligitur,
quod ait Lucas, xviii, 5 : *Tamen quia molesta est
mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo ve-
niens suggillet me* : Confer, si placet, Ducangium,
verbo *suggillo*, et not. ad l. iii, vers. 448.

754. *Pulchram segetem* : dictum de eo epitheto ad
vers. 150.

756. *Gestat*, ejusdem fere significationis ac *gerit*.

761. *Dei penetralia* : Matthæus : *mysterium regni
cælorum*. In nonnullis mss. antiquæ italicæ versio-
nis, *arcana Dei*, aut *arcana regni cælorum*.

766. *Retentant*, frequentativum a *retineo*, ejusdem-
que significationis. Sumitur etiam pro retracto, re-
sumo.

769. *Recurat*, verum esse ostendatur. Vide vers.
215, l. i.

770. *Crassis objicibus*, ex Matthæi textu : *Incras-
satum est enim cor populi*, etc. Apuleius, init. l. i
Metam. : *Tu vero crassis auribus et obstinato corde
respis, quæ forsitan vere perhibeantur*.

771. Glossa Reg., *Objicibus* — *obstaculis dubietatis*.
Matthæus : *Ne quando videant oculis, et auribus au-
diant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem
eos*. Hinc *munera vitæ, vitam*.

776. *Clarent*, manifesta sunt. Lib. iv, vers. 448 :
clarebunt. Nescio cur antiquum verbum vocet Kœni-
gius. Lucretius, l. vi, vers. 937 : *Quod in primo quo-
que cormine claret*. Claudianus, de iv consulat. Hono-
rii 191 : *Ventura potestas* — *Claruit Ascanio*. Alio
sensu *clarere* est lucere, alio illustrem, celebrem, seu
clarum esse.

Accipite ergo animis, qui sit de semine sensus. A
 Quisque meum verbum summas dimittit in aures,
 Nec sensus recipit stabili præcepta vigore,
 780 Eripit illius totam de pectore daemon.
 236 Hic agro est similis, duro qui germina
 [callo
 Exponit rapidis avibus sine fruge rapinam.
 Sunt alii, læto qui pectore nostra receptant,
 Sed brevis est illis perceptæ gratia flugis.
 785 Nam si dura premat mentem strictura coercens,
 Continuo trepidi produnt sibi credita letho.
 His saxosus ager simili levitate virescit.
 At spinosus ager curarum mole gravatis
 Respondet, pressant quos pondera distillarum.

790 Semina vite nostri sermonis pressa gravantur,
 Nec fractas sequitur spinarum horrore necatus.
 Pinguis sic itidem paribus stant viribus arva.
 Illis, qui clare capiunt præcepta salutis,
 Quæ penetrant animum sensu tractata tenaci,
 795 237 Centuplicemque ferunt virtutis robore
 [frugem.

Hæc tunc discipulis, plebique hæc insuper addit.
 Agricoltæ simile est regnum sublime Tonantis.
 Ille facit proprio mandans bona semina ruri:
 Sed post subrepens hominem insidiando sopori
 800 Trox inimicus adit, loliumque inspergit amarum.
 Ecce sed ad fructum culmis cum spiceus horror
 Processit, lotto messis maculata redantat.

LECTIONES VARIANTES.

777. Reusch., Ald., *quis sit*: alii, *qui sit*. Litteram
 s in fine, et initio vocum concurrentem exscriptores
 interdum non duplicabant: quæ tamen merito dupli-
 canda, ut ait Reuschius.

778. Mss. nostri, *dimittit*: editi partim, *dimittit*,
 partim *demittit*. Hadam., Fabr., Poelm., in textu,
 in *aureas*. Mss. nostri cum Aldo, in *aures*. Hæc est
 genuina scriptura. Matth. xiii, 19: *Omnes, qui audierunt*
verbum regni, et non intelligit, venit malus, etc. Hoc
 est *verbum Domini summas dimittit in aures*. Nam,
 ut sermo bene intelligatur, debet intimas aures pen-
 trare, et non in externa parte residere. Hoc sensu
 Seneca, libr. i de Ira cap. ult: *Non ex alto venire*
nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo intrare,
 videlicet non penetrare. Virgilius, libr. xii, vers.
 234: *Summaque per galeam delibans oscata, satur*.
 Hinc proverbium *Summas labris aliquid degustare*. In
 eadem parabola explicanda Prudentius, l. ii contra
 Symm. vers. 1053: *Jus cælestis Patris non summa in-*
telligit aure. — *Sed simul et cordis segetem disponit*,
 et agri, — *Ne minus interno nitent præcordia cultu*.
 Ad hanc comment. ad hunc locum.

779. Reg., *Nec velox recipit*: et glossa, *desiderio*
fervens. Eadem lectio exstat in Rom. Editi cum Ott:
Nec sensus recipit: intelligi *stabili vigore sensus*, sive
 interni auditus, aut etiam mentis, et intelligentiæ.
 Matthæus: *Omnes, qui audierunt verbum Dei, et non in-*
telligit.

780. Reg. *Illius eripiet totam*: Matthæus in præ-
 senti rapit.

781. Mss. cum pluribus editis, *Hic agro est similis*,
duro qui germina callo: quæ lectio proba est; innu-
 tur enim semen, quod secus viam accidit. Ald., *Talis*
agro est similis duro, qui germina sarris. Aldo con-
 cernit Basileensis editio, sed in hac desideratur *qui*.

785. Reg., *mentem tribulatio cordis*, quod ab ali-
 quo fortasse factum, qui nescierit quid sit *strictura*
coercens, vel glossam in textum invexerit. Faret ta-
 men hæc scripturæ evangelicæ textus Matthæi: *Facta*
autem tribulatione et persecutione propter verbum, con-
tinuo scandalizatur. *Strictura* proprie est massa ferri
 rodii, quæ malleo stringitur: hinc ponitur a Pra-

B dentio, l. ii contra Symm. vers. 286, pro ipsa tun-
 sione massæ candentis, et metaphorice ab aliis pro
 quavis constrictione, seu compressione, ut a Cælio
 Aureliano, l. i Acontor., et alibi. Verum in Juvenco
 restituendam puto *tritura* ex textu græco *θρίψις*, *tri-*
balatio, tritura.

786. Reg., Ottob., Rom., Poelm., pro d. s., *credita*
letho: *senium*, et mors herbis passim tribuitur. Affi-
 cum Aldo et Daventr., *credita ferra*.

792. In Reg. nunc quidem est *stant viribus arva*:
 sed aliud apparet abrasum.

793. Ott. *clare*, pro d. s., *clara*. In Rom. et Ald.
 etiam scriptam est *clare*, non *claræ*, ut in plerisque
 editis invenitur: et melius certe est *clare*, vel *claræ*.

794. Rom., *animam*: alii, *animum*. Reg., Rom.,
tractata: ita etiam fuit in Ott., sed hic factum enim
 editis est *tractantæ*.

795. Rom., *Centuplicemque*: ita etiam scribitur
 pro *Centuplicem*. Vide comment. ad Prudentium
 hymn. I Cathem. vers. vit. *Dilatque fractus sænerantem*
centplex, ubi pariter nonnulli scribunt *centplex*.

798. Poelm., *nemtose, juret pro facit*.

799. Rom., *Quod post*: alii, *Sed post*. Ald., et
 plerique editi, *subripiens* (*homini insidiando*) *sopo-*
rem. Poelm., pro d. s., Torn., *hominum insidiando*
sopori. Ott., Rom., *hominum insidiando sopori*: quod
 respicit Reg., *hominum insidiare sopori*. Sabatierus
 edidit *homini insidiando soporem*: sed fortasse voluit
 edere *soporem*. Genuina lectio est *hominum insidiando*
sopori, ex Matth. xiii, 25: *Cum autem dormirent ho-*
mines, venit inimicus ejus, etc. Verum pro *subripiens*
 malo *subrepens*, ex conjectura. Reuschius, in lectione
 vulgata *surrapiens* intelligit bona semina, quod ex
 Evangelio non constat, aut in lectione alia *surrapiens*
soporem, hoc est, sensum et intelligentiam.

800. Hadam., Fabr., Poelm., scribant *inspergit*:
 nrs. et alii editi, *inspergit*.

801. Hadam., Fabr., Poelm., *culmus cum spi-*
cens (*horror*) — *Processit*. Mss. nostri, Ald., Da-
 ventr., Bas., recte, *culmis cum spiceus horror* —
Processit: et glossa in Reg., *horror* — *asperitas*.
 Vide supra, vers. 791.

NOTÆ.

781. *Callis*, ex Servio ad iv n. vers. 405: *est se-*
mila tenuior, callo pecorum prædurata. Sumitur pro
 quavis via.

782. *Sine fruge*, quia antequam semen in frugem
 evadat, volucres illud comedunt.

786. *Produnt letho*, perdunt, quia a doctrina sus-
 cepta recedunt.

789. *Pressant*, premunt. Gaudet hujusmodi fre-
 quentativis Juvenens, ut *receptant*, *retentant*.

791. Paulo post, vers. 801: *Culmis cum spiceus*

horror. *Horror* est *asperitas*.

797. CAPUT XXIX. *Parabola de tritico et zizania*.
 Matth. xiii, 1 seq.; Marc. iv, 26. Christianis poetis
 Tonans est Deus. Confer not. ad Bratont. l. i,
 vers. 1.

800. Lolium amarum est. *Zizania*, ait Cornelius a
 Lapide, ad cap. xiii Matth., *sua amaritie et maligni-*
tate terram, et consequenter triticum ex ea germinans,
inficiunt, corrumpunt, straugulant.

Tum Domino famuli, mirantes talia, fantur :
 Nonne bonum terræ semen per terga dedisti ?
 805 Unde igitur lolio turpi tua rura gravantur ?
 Sed jam, si jubeas, messem purgabimus omnem,
 Triticeusque nitor, selecta sorde, resistet.
 238 Tum Dominus miti contra sermone pro-
 [fatur :
 Illic dolus est, inimice, tuus, sed farra sinamus
 810 Crescere cum lolio : pleno nam tempore messis
 Secretum lolium connexo fascæ jubebo
 Ignibus exuri : at nostro de semine messor
 Horrea nostra dehinc purgata fruge replent.
 Haud aliter simile est, cordis si panditis aures,
 815 Præparvi grano regnum cælestis sinapis,
 Quod proprio insinuans disponit cultor agello.
 Seminibusque illud minus omnibus esse virentum

A Creditur : at justî mox incrementa viroris
 239 Sæmpserit, erecto transcendit vertice
 [cunctas
 820 Agrorum fruges, ramis ut plumea turba
 Colludat, possitque umbras habitare virentes.
 Fermento par est munus cælestis salubri,
 Quod magna condit mulier sub mole farinæ.
 Illa dehinc modico fermenti mixta calore
 825 Conducto, unius coalescit corpore massæ.
 Talia tum populo perplexis condita verbis
 Promebat, veteris quo possent dicta prophetæ
 Ordine seclorum jussis concurrere rebus :
 Os aperire nemum dignabor, condita mundi
 830 Convolvet ructans varii sermonis imago.
 Inde domum repetit serus, turbasque reliquit.

LECTIONES VARIANTES.

804. Planius esset bonum semen terræ per terga.
 807. Reg., nitor, electa sorde, nitebit; et glossa, seorsum lecta. Ott., nitor, selecta sordo, resistet. Rom., nitor, selecta sorde, nitebit. Sic editi, nisi quod Hadam., Poelm., pro nitebit præferunt nitescet. Pro selecta, vel electa, bene etiam esset secreta sorde, ut vers. 811 : Secretum lolium, vel collecta, ex Matth. xiii, 28 : Vis, imus, et colligimus ea ? nempe zizania. Non autem probo nitor nitebit, aut nitor nitescet. Obscurum est triticeus nitor resistet : sed id magis placet, ac fortasse ideo ab ignaris exscriptoribus mutatum est, quia ab eis non intelligebatur. Resisto significat manere, permanere. Cicero, l. v Tu-cul. c. 28 : Vita beata . . . virtutibus omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum profectis, resistet extra fores, ut ante dixi, limenque carceris. Plautus, Trin. iv, 4 : Hic meo hero amicus solus firmus restitit, neque demutarit animum de firma fide.
 810. Poelm., in textu messis, pro d. s., messor, minus bene.
 812. Ald., Bas., messis : alii, messor.
 817. Fortasse, Seminibus illud.
 818. Rom., Reg., Ott., at justî mox incrementa viroris : in Reg. videtur fuisse ac, et in Ott. scribitur ad pro at. Editi omnes, at justî mox ut cremen-ta viroris : quam scripturam Barthius approbat libr. iv, cap. 24, col. 205, similibus exemplis Aratoris et Strabonis, Fuldensis poetæ. Utitur etiam vocabulo cremen-tum Dracontius, Satisfact. vers. 237. Confer. notam ad eum locum. Sed cum mss. nobis exhibeant incrementa, id retinere præstat. Rom., pro viroris, ad marg., habet nitoris. Opportunius certe esset vi-

B goris. Sed viror verbum est bene Latinum, quod ostendi in not. ad Dracontium, Satisfact. vers. 231 : Numquid mox natas segetes viror armat aristas ? Kœnigius auctoritate Palladii, l. iii, tit. 24, et Apuleii, in Floridis, rejicit Burerum, qui nimis liberaliter asseruerat, nullum exemplum hujus vocabuli reperiri.

821. Reg., Colludat; et glossa, ibi habitans. Cohæret Rom., in quo scribitur Colludat. Alij, Con-sidat.

822. Rom., ad marg., par erit.

823. Poelm., in textu, Hadam., Quod condit magna mulier. Mss. et editi magno numero, Quod magna condit mulier.

824. Reg., colore; recenti manu, calore.

826. Ald., Bas., Poelm., pro d. s., dum; reliqui, tum.

827. Reg., Ott., possint; Rom. cum editis, possent. In Reg., veteres error est pro veteris : nam glossa, in propheta—David psalmographi aperte postulat veteris. Mendum etiam est in Had., quo possent.

830. Ott., Convolvit, ex quo videtur factum Cum volvet. In Rom., vani sermonis, corrige per veris sermonis.

831. Ald., Torn., Bas., sero; elegantius alii, serus, nam poetæ adjectiva interdum loco adverbiorum usurpant. Lucanus, Iloralius, serus pro sero. Rom., reliquit : Reg., Ott., utramque lectionem præsentant, relinquit et reliquit : editiones variant. Sententia eadem est. Reg., Ott., Explicit liber secundus. Incipit liber tertius.

NOTÆ.

804. Terræ per terga : recola not. ad vers. 671, l. i.
 811. Secretum, separatum a tritico.
 814. CAPUT XXX. Parabola de grano sinapis. Matth. xiii, 31 seqq.; Marc. iv, 31; Luc. xii, 19.
 815. Præparvi : non liquet, alium ante Juvencum hoc vocabulo usum. Alii dicant perparvus : sed Juvencus alio modo solet hæc nomina formare, ut præsolidus, etc.
 816. Insinuans, inserens, injiciens, ac velut in sinum terræ condens. Eleganter ita poni hoc verbum, ait Kœnigius.
 817. Virentum, substantivi more. Cuius not. ad l. i, vers. 682.
 820. Dracontius, l. ii, vers. 240 : Exiit inde volans

gens plumea lata per auras.

822. CAPUT XXXI. Parabola de fermento. Matth. xiii, 33 seqq.; Lucæ xiii, 20.

825. Glossa Reg., Conducta—mixto simul. Rouchii nota hæc est : Ex quantitate farinæ discreta sit panis quantitas confusiva.

828. Supra, vers. 246, concurrere tempus.

830. Ructans, ex sacro codice : Apertam in parabola os meum : eructabo abscondita et constitutions mundi. Hanc metaphoram e sacris litteris petitam indecoram non esse in Latino idiomate, probavi contra Cellarium in comment. ad Prudent. vers. 93, Apoth. : Protulit imperium patrio ructata profundo. Eadem est ratio de phrasî cœmare verba, quæ inter hebraismos nonnulli recensent.

LIBER TERTIUS

- 240** Fuderat in terras roseum jubar ignico-
[mus sol.
Discipuli rogitant, Lolii quid quæstio vellet,
Et segetis : clarus quibus hæc depromit Iesus :
Optima qui farris commendat semina glebis,
5 Filius est hominis : mundum sub nomine ruris
Accipite, atque homines puro pro semine justos.
At Lolium infelix cooperti dæmonis arte
Sunt homines : inimicus erit, vis horrida, dæ-
[mon.
Extremus mundi finis pro tempore messis.
10 Messores patrii venient per rura ministri,
Quos hominis natus proprii de corpore regni
Colligere erroris laqueos, labemque jubebit,
241 Collectosque simul rapidis exurere flammis.
- Dentibus hic stridor semper, fletusque perennis :
15 Secretisque piis veniet lux aurea vitæ,
Sedibus ut cœli vibrantur lumina solis.
Hæc docuit, patriamque redit Salvator in urbem,
Illic expediens populis (mirabile dictu)
Justitiæ leges, vitæque salubria jussa,
20 Virtutes patrias simul insinuando docebat.
Tunc livore gravi plebes commota suorum,
Præsentisque simul Domini miracula volvens,
Et generis noti reputans ex ordine gentem,
Hæc inter sese mussanti voce susurrant :
25 **242** Nonne hic est fabri soboles, cui nomen
[Ioseph ?
Non Maria est genitrix ? non fratrum nota propago
[est ?

LECTIONES VARIANTES.

- Versu 1. Ott., Rom., in terris : Reg. cum editis, B
in terras.
2. Ott., velit, factum, ut videtur ex vellet. Lex
carminis poscit vellet.
3. Reg., Et segetis, Christus quibus : cæteri, clarus,
pro Christus.
10. Mss. Reg., Ott., Rom. cum Torn., Poelmann.,
pro d. s., et Gallandio, patrii. Ald., Daventi., Ha-
dam., patriis. Pro venient Ald., Bas., veniunt. Retineo
venient.
12. Ott., Corrigere : in Reg. fortasse etiam fuit
Corrigere, nunc est Colligere, quod verbum ex re
ipsa et ex sententia Evangelii unice verum esse
ostenditur.
14. Rom., Reg., Ald., Poelm., pro d. s., fletusque
perennis. Alii cum Ott., luctusque perennis. Tum in
Vulgata, tum in versionibus antiquis hoc loco voca-
bulum fletus adhibetur. Putabam Dentibus hic.
17. Reg., Rom., Servator : alii cum Ott. Salvator.
In Rom., primamque mendum videtur pro patriam-
que.
20. Rom., primas : lege patrias.
24. Ott., Rom., sese mussanti voce volutant. Reg.,
sese mussanti voce susurrant. Ald., Hadam., Poelm., in
B textu, Reusch., Torn., sese summissa voce volutant.
Fabric., Poelmannus, pro d. s., Gallandius sese
mussanti voce volutant. Placet præ cæteris scriptura
Reg., sese mussanti voce susurrant. Mussare est clam
murmurare, apud Virgilium et alios. Inde fit fre-
quentativum mus-ito, quod in Ott. et Rom. male ex-
primitur per musitanti : neque metrum patitur, ut
dicatur mussitanti. Susurrare simili modo est oc-
culte sermones serere. Ovidius, Heroid. epist. ultim.
vers. 233 : Is quoque, nescio quam, nunc ut vaga
fama susurrat, — Neglectam queritur testis habere fidem.
Hinc susurrones ab scriptoribus christianis dicti, qui
occulte maledicunt, et dissensiones susurris inter alios
moliuntur.
25. Rom., Nun hic : fortasse librarius scribere
voluit Numme hic. Ald., Bas., soboles fabri : alii,
fabri soboles.
26. Ott., Non Maria genitrix? sine est. Rom.,
Ald., Num Maria est genitrix? num fratrum nota pro-
pago est? Alii, Non Maria est genitrix? non fratrum
nota propago est? C Omitto Vallam, qui Mariam in no-
minativo semper legendum putat, ut Adam, Abra-
ham.

NOTÆ.

- Vers. 1. CAPUT I. Interpretatur discipulis 'para-
bolam de zizania. Matthæi xiii, 36 seqq. Primum hunc
versum Juvencus de suo addidit. Matthæus solum
ait : Tunc dimissis turbis, venit in domum ; et accesserunt
ad eum discipuli ejus dicentes : Edissere nobis
parabolam zizaniorum agri. Lib. iv, vers. 451, stellæ
dicuntur ignicomæ. Voce ignicomus Ausonius et Ne-
mesianus usi sunt, Avienus etiam ignicomans dixit.
Comas soli, stellis, immo et igni passim tribuunt
poetæ. Hinc etiam sol auricomus.
7. Virgilius, eclog. 5, vers. 37 : Infelix lolium, et
steriles dominantur avenæ. Isidorus, libr. xvii. Orig.
cap. 9, num. 132 : Zizania, quod poetæ semper infelix
lolium dicunt, quod sit inutile, et infæcundum. Syntaxis
est : Homines cooperti arte dæmonis sunt lolium
infelix, inutile. Cooperti dæmonis arte ab Evangelista
dicuntur filii nequam.
8. Sensus est : Inimicus erit dæmon, vis horrida.
Vis horrida casus appositus. Libr. 1, vers. 420, D
dæmon dicitur vis livida.
12. Hoc l. vers. 38 : Erroris labem, et vers. 402,
Erroris laqueos ; et l. iv, vers. 732, rursus Erroris
laqueos. Sic exponit vocem scandala, ut l. 1, vers.
559 : Si te forte oculi dextri laqueaverit error ; et l. iv,
- vers. 98 : Credulitas laqueis errantium præcipitetur.
15. Secretis, segregatis. Mox. vers. 96 : Secretusque
dehinc Genitoris numen adorat. Virgilius, l. viii, vers.
670 : Secretosque piis, his dantem jura Catonem.
16. Sacer codex : Tunc justii fulgebunt, sicut sol
in regno Patris eorum. Pro fulgent ponitur vibrantur,
pro quo alii dicunt vibrant, ubi intelligitur accusa-
tivus flammæ, aut aliquid simile. Vibrare proprie est
projicere, concutere. Virgilius, vii Æn. vers. 524 :
Vibratus ab æthere fulgor.
17. CAPUT II. Prophetam in patria sua sine ho-
nore esse. Matth. xiii, 53 seq. ; Marc. vi, 4 ; Luc.
iv, 16 ; Joann. vi, 42.
18. Expediens, explicans, exponens. Elegantia
nota.
20. Insinuare se est aditum sibi facere ad causam.
Interdum usurpatur insinuare neutrorum more
sine accusativo, qui facile subauditur. Hoc loco po-
test idem accusativus virtutes deservire pro insinuando,
et docebat, ut sæpe evenit apud Juvencum. Insinuatio
rhetorica quid sit, docet Cicero, l. i de Invent. cap. 15.
21. Suorum, civium scilicet. De simili loquendi
ratione consule not. ad Dracont. l. iii, vers. 255.

Unde igitur legis doctor, tantæque minister
 Virtutis, cedit cui labes victa laborum?
 Nazara sic plebes : cui talia reddit Iesus :
 30 Temnuntur propriis miracula semper in oris,
 Et sine honore manent patria sub sede prophetæ.
 Talibus indignans pressit sua munera Christus.
 Interea ad regem volitabat fama superbum,
 Quod mala cuncta illius virtus divina domaret.
 35 **243** Sed putat Herodes, lethi quod lege re-
 [missus
 Tanta, ut Joannes, virtutis dona teneret.
 Nam quondam cernens liventi pectore dæmon,
 Erroris labem puris quod solveret undis
 Justus Joannes, damnis accensa malorum
 40 Tunc petit Herodem pestis sævissima regem,

A Et facile injusti penetrans habitacula cordis,
 Accumulare feris subigit scelera impia gestis:
 Arserat illicito Herodes accensus amore
 In thalamos fratris, sancto quod jure vetabat
 45 Doctus Joannes. Feritas sed nescia recti
 Subjecit leges pedibus, fruiturque nefandis
 Connubiis, ipsumque super, quia prava ve-
 [tabat,
244 Carceris immersit tenebris, vinculisque gra-
 [vavit.
 Sanguine nam justis primo compressa timore
 50 Abstinit sitiens feritas, quia magna prophetam
 Plebis Joannem veneratio suspiciebat.
 Natali sed forte die cum læta tyrannus
 Herodes celsis strueret convivia tectis,

LECTIONES VARIANTES.

27. Reg., Ottob., Daventr., *tantæque minister*. Rom. et pleræque editiones *tantæque magister*. Matthæus solum ait : *Unde igitur huic omnia ista?* Comprehendit autem doctrinam, et miraculorum potestatem. Lego igitur *minister*, quod Reuschius etiam prætulit.

28. Reg., Rom., *labes cuncta* : editi cum Ott., *labes victa*. Reg., Ottob., Hadam., Poelm., in textu, *laborum*. Rom., Ald., alii, *malorum*. Reuschius tenet *laborum*, quia labores pro malis, ipsisque morbis sæpe ponuntur. Confer infra, vers. 209, et l. iv, vers. 282.

29. Reg., *Gazara* : lege *Nazara*. In Ott. fuit *sit*, supra factum *sic*.

31. Rom., *patria*, cum reliquis, sed ad marg., *propria*.

34. Mss. nostri cum editis, *illic*, et glossa in Reg., *in regno ejus*. Cantabr., *illi*, quod prætulit Reuschius; nempe quod virtus divina Christo, vel in gratiam Christi domaret omnia mala : de qua constructione legendi grammatici Scioppius et Sanctius. Præstat legere *illius*, duabus postremis syllabis per synæresin contractis, ut libr. ii, vers. 298, in eadem voce dictum est. Matthæi verba sunt xiv, 1 : *Audivit Herodes tetrarcha samam Jesu*; et Marci vi, 14 : *Et audivit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen ejus), et dicebat* : et in versione antiqua ex ms. Colbert. : *Cum audisset autem Herodes rex (manifestum enim fuerat ei nomen ejus), et dicebat* : ex alio vero ms. Corbei. : *Et audivit rex Herodes (manifestum enim fuerat illi nomen ejus), et dicebant*. Sic Sabatierius : fortasse scribendum fuit *et dicebat*.

36. Crederem, legendum *Tantæ Joannes*. Hoc loco

B Matthæus ait : *Hic est Joannes Baptista : ipse sur-rexit a mortuis, et ideo virtutes operantur in eo*. Lectio vulgata hunc sensum reddere potest : *Putat Herodes, quod teneret virtutis tanta dona, ut Joannes lethi lege remissus*.

42. Ott., *subegit*, correctum per *subigit*, quod habent alii. Rom., *subiit*, minus bene.

44. Reg., Ald., Torn., Bas., Reusch., *casto*. Ott., Rom. cum aliis editis, *sancto*.

45. Reg., Torn., *Sanctus Joannes*. Alii, *Doctus Joannes* : ita etiam Ott., ubi, a pr. m., scriptum fuerat *Dotus*. Suspiciari licet *sancto quod jure vetabat* — *Castus Joannes*. Conjeciebam *nescia flecti* : sed ubique invenio *nescia recti*, neque id sane mihi displicet.

47. Mss., pluresque editi, *ipsumque*. Ald., Hadam., alii, *justumque*. Pro quia legitur *qui* in Hadam., et Poelm., in textu.

48. Ott., *gravabit* : lege *gravavit*.

49. Poelm., pro div. s., *justi promotio pressa timore*. Lectio aliorum omnium clarior, et verior est *justi primo compressa timore*. Reuschius aliam lectionem innuit, *promoto pressa timore*, videlicet continuato timore : sic enim harricatur.

51. Ott., Rom. cum plerisque editis, *suscipiebat*. Reg., *suspiciebat*, quod in Torn. editum est, et mihi magis probatur. Facile hæc duo *suscipere* et *suspiciere* in mss. confunduntur. Matthæus, xiv, 5, sic habet : *Et volens illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetam illum habebant*. Confer vers. 685 hujus libri.

55. Reg., *celsis instrueret convivia mensis*, supra tectis tamquam diversa lectio : sed *instrueret* cum metro non coheret.

NOTÆ.

31. *Sub pro in* : non semel id notatum in Juvenco, et in Dracontio, ac sane notatione dignum est.

32. *Pressit*, suppressit : simplex pro composito, ut *vertere* pro *evertere*.

35. CAPUT III. *Joannis caput in disco positum*. D Matth. xiv, 1 seq.; Marc. vi, 14; Luc. iii, 19.

35. *Lethi lege*. Albinovanus de morte Drusi ad Liviam, vers. 360 : *Omnia sub leges mors vocat atru suas*. Sic *lex tartari, leges inferorum*.

39. *Dæmon*, pestis sævissima damnis accensa malorum. etc. Orcus insatiabilis est. Dracontius, l. ii, vers. 531 : *Tartarus infelix nunquam satiabilis umbris*. Adisis notam ad hunc locum.

42. *Subigit*, adigit Herodem. Per *scelera impia* notatur impudicitia, per *fera gesta* crudelitas. Rursus, vers. 61 : *Illam sed horrendæ servans scelera impia matris*. *Scelus* de venere a scriptoribus sequioris ævi frequenter usurpatur.

46. Virgilius, l. ii, Georg. vers. 491 : *Atque metus omnes et inexorabile fatum — Subjecit pedibus*.

47. Fortasse ex eodem Virgilio, libr. ii Æn. vers.

84 : *Quia bella vetabat*; ut passim multa alia ex principe poetarum sumit, quorum quædam, ut sese nobis offert occasio, indicamus, omnia infinitum esset persequi.

52. Natales dies olim magno apparatu et pompa celebrabantur. Scripsit Censorinus de die natali : scripsit etiam inter recentiores Martinus Roa, qui peculiarem librum inscripsit *De die natali sacro et profano*.

53. *Struere et instruere* verba propria de conviviis et mensis. Sic *struere penum, mensam, altaria donis*. Tacitus l. xv Annal. c. 37, dixit etiam *struere convivia*. Confer commentar. ad Prudent. hymn. v Catherm. vers. 140.

- Luxuriæ quoniam conjuncta superbia gaudet, A
 55 In medio juvenum reginæ filia virgo,
 Alteros laternæ celeratæ sinuâque motus,
 Compositas lusit cantu modulante choreas.
 Ipse sed in primis, mirata virginis arte,
 245 Attonitus stupuit: tunc præmia cuncta pa-
 [tere
 60 Juratus spondet, quæcumque puella petisset.
 Illa sed horrendæ servans scelera impia matris,
 Urget, Joannis caput a cervice revelli,
 Et lance inferri præsentia munera poscit.
 Præsentium Herodes procerum sub pondere tris-
 [tis,

LECTIONES VARIANTES.

57. Mss. nostri Reg., Ottobon., Rom., *Compositas* B
lusit cantu modulante choreas. Editi omnes, *Compositas cithara jungit modulante choreas*.
 58. Reg., *miratus virginis artem*, quod elegantius est, quam *mirata virginis arte*: sed cum id in aliis mss., et editis constanter asseratur, nihil est causæ, cur lectionem communem sollicitemus, præsertim cum apud antiquos, Varronem, et Pomponium, *mirata, miras*, in usu fuerit, quod passim accidit in similibus verbis deponentibus. Infra, vers. 85: *Genitore peccato*.
 59. Poelm., Fabr., *nunc*: melius alii cum Rom., *tunc*. Editi cum Reg., *patere*. Ott., Rom., *parare*, quod exhibent tres codices apud Reuschium, pro *paraturum esse*. Is tamen a Vulgata non recedit. Ita loquitur Cicero, pro Balbo, c. 9: *His præmiis... quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant sæpe servis*.
 60. Poelm., *Iratus spondit: lege Juratus spondet*.
 63. Reg., Ott., *poscens*, non absurde, si ita interpungas: *Urget, Joannis caput a cervice revelli,— Et lance inferri præsentia munera poscens*. Rom. cum editis, *poscit*.
 65. Poelm., pro d. s. *æger*: in textu cum reliquis *ægre*. Nonnulli sic interpungunt: *Jurandique memor juris, tamen imperat ægre*.
 67. Fere omnes ita edunt hunc versum: *Ille nefas matris scelerata ad gaudia portat*. Fabricius apposite distinxit: *Ille (nefas) matris scelerata ad gaudia portat*, et in secundo Indice animaliterit. hoc loco *nefas* per parenthesis esse indignantis particulam. Ut *malum*, sic *nefas* interdum sermone interseritur more interjectionis. Virgilius, libr. viii, vers. 688: *Bactra vehit, sequiturque (nefas!) Ægyptia conjux*. In Ott. nunc legitur *matris*, sed fortasse fuit *matris*. Sententia eadem est, sive *matris*, sive *matris* legamus. Probabilis tamen est, Juvenem scripsisse *matris*, ut l. ii, vers. 409: *Surgere mox jussit miranda ad gaudia patris*.
 68. Ald., *ac*, pro *at*.
 71. Reg., Ott., Hadam., Poelmann., in textu, Reuschius, *insonti*. Rom., Ald., Torn., Bas., *insontis*.
 72. Reg., *secretæ*, ex quo factum *secretæ*. Jam enim præcessit *Fronrosa*.
 75. Ott., *vidit*; supra, recte, *videt*.

NOTÆ.

55. Matthæus hæc breviter: *Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, et placuit Herodi*. De voce *juvenum* pro virorum, hominum, dictum est ad vers. 352 l. ii. Hic significare potest proceres, ex vers. 64: *Præsentium Herodes procerum*, Lipsius, Elect. ii, 4, notat, equites interdum *juvenes* vocari. *Filia virgo* est *filia puella*, ut vocatur a Marco.
 56. Elegans descriptio puellæ scite saltantis. Dicebantur enim olim, ut nunc, puellæ saltare. Horatius, l. iii, od. 6: *Motus doceri gaudet Ionicos — Matura virgo, et fingitur artibus — Jam nunc, et incestos amores — De tenero meditatur ungui*. Confer Juvenalem, sat. 11, vers. 162 seqq.; Statium, lib. 1, silv. ult. vers. 71; et Martialem, multis in locis de puellis, præsertim Gaditanis.
 60. *Petisset*. Conferri huc possunt, quæ Ovidius cecinit de juramento, quo se Phæbus Phæacenti obligavit Metam. liv. ii, vers. 44 seqq.
 61. *Servans*, observans: *scelera impia*, supra, vers. 42.
 64. Sacer textus Matthæi sic habet, *Et contristatus est rex: propter juramentum autem, et eam, qui simul recumbebant, jussit dari*. Juvenus innuere videtur, Herodem contristatum propter præsentia proceres, nisi ita verba disponas: *Herodes tristis, tamen sub pondere præsentium procerum, memorque jurisjurandi, etc.* Intelligi etiam potest, Herodem contristatum fuisse propter proceres, et juramentum, quia his ipsis causis se impelli sentiebat ad eadem Joannis Baptistæ imperandam.
 67. In Vulgata sic pergit Matthæus: *Jussit dari*
Misitque, et decollavit Joannem in carcere. Et allatum est caput ejus in disco, et datum est puellæ, et attulit matri suæ. Codex Colbert. Italicæ versionis sic narrationem contrahit: *Jussit dari puellæ. Puella autem attulit matri suæ*. Hanc contra: tam narrationem confirmat Juvenus, uti etiam Hilarius, qui ad hunc locum solum ait: *Et Herodes, tristis licet, sacramento fidem reddidit. Et matri puella munus exhibuit*. Et si enim postea Hilarius dicat: *Inter reliqua dissoluti populi gaudia in disco Joannis caput affertur, tamen hoc ex antecedentibus, vers. 8, petitum est: At illa præmonita a matre sua, Da mihi, inquit, in disco caput Joannis Baptistæ*.
 68. Glossa Reg., *sine nomine — capite, vel cognitione*. Juvenus Virgilium imitatur l. ii An. vers. 857: *Jacet ingens littore truncus, — Avulsamque humeris caput, et sine nomine corpus*. Adisic mot. ad Draconem, l. iii, vers. 473. Reuschius putabat, referri id posse ad discipulos, quorum nomina non innotuerunt.
 69. *Condunt terræ*: vide vers. 24 l. ii.
 70. CAPUT IV. *Quinque panibus et duobus piscibus quinque hominum millia Jesus satiasset*. Matth. xiv, 13 seqq.; Marc. vi, 54; Luc. ix, 10; Joann. vi, 1.
 72. *Secretæ*, separatæ, occultæ.
 75. *Dona sequuntur*, videlicet ipsam auctorem donorum. Vel appetunt dona: nam id etiam significat sequor.
 76. *Corpora multa, nempe multos homines*. Passim enim corpus pro homine usurpat. *Subjecit medallæ pro sanavit, aut curavit: nove hoc et aliis locis a Juvenus dictum videatur, cum de salute divinitus concessa sermo sit.*

Jamque sub extremo labentis lumine
 Discipuli Christo suadent dimittere turbas,
 Ut sibi quisque pareret quærens per compita victum.
 80 **247** Ille jubet cunctis ibidem convivia poni.
 Discipuli ostendunt, nihil amplius esse ciborum
 Ni pisces geminos et farris fragmina quinque.
 Hoc, inquit, satis est. Tum mox discumbere
 [plebem,
 Gramineisque toris jussit componere membra.
 85 Suspiciensque dehinc cælum, Genitore peccato,
 Ipse duos pisces et quinque ex ordine panes
 Dividit, et dapibus mensas oneravit opimis.
 Jamque expleta jacet (dictu mirabile) plebes,

A Reliquiasque dehinc mensis lugere ministri,
 90 Bisecosque sinus cophinorum fragminis ita
 [plem.
248 Conatum numerus tum millia quinque
 [virosum,
 Præterea populus matrum fuit et puerorum.
 Discipulis tunc inde jubet conscendere navem,
 Et transire fretum, donec dimitteret omnes,
 95 in sua quemque, viros. Tunc montis celsa pe-
 [tivit,
 Secretusque dehinc Genitoris numen adorat.
 Jamque soporata torpebant omnia nocte,
 Cum puppis medio saltabat in æquore fluctus,

LECTIONES VARIANTES.

79. Reg., Ott., *competa*. Rom., *compita*.
 80. Ald., Daventr., Torn., Bas., Reusch cum no-
 stris mss., *ibidem*: editi alii, *illuc*, de qua varia le-
 ctione vide notata ad libr. II, vers. 604. Conferendus
 Vossius, de art. Gramm. l. II, p. 249, c. 20,
 qui nonnullos legere *itidem* affirmat.
 81. Reg., Ott., *nil*: Rom., *nilil*, quod editi refe-
 runt. In Rom., *mendose, condant*, pro *ostendunt*.
 82. Ald., Bas., *Quam pisces*: reliqui Ni.
 83. Rom., *inquam*: ad marg., *inquit*, cum cæteris.
 Alii, *tunc*; alii, *tum* scribunt.
 83. Ott., *Suspiciensque*, bene correctum, sec. ms.,
Suspiciensaque.
 90. Ald., *Bis œnosque sinus cophinorum fragmina
 complem*. Alii, *cophinorum fragminis implent*. Fabri-
 cius ita etiam edidit, et in comment. notat, *frag-
 minis* esse græcismum, ut hoc ipso libro, vers. 760,
compleo invenitur cum genitivo: *Complentur men-
 se mixta sine nomine plebis*. Monet tamen Fabri-
 cius, utrumque locum in editione Rotomagensi esse
 mutatum. Crediderim, Rotomagensem editionem
 cum Aldina facere. *Impleo* cum genitivo usurpavit
 Virgilius lib. I Æn. vers. 219: *Implentur veteris
 bæchi, pinguisque ferinæ*. Sic etiam *compleo* cum
 genitivo non semel occurrit apud Plautum, et si-

B militer *completus* apud Juvencum, h. l. vers. 255
 seq.: *Sportasque referri — Vidistis rursus completas
 reliquiarum*. Possit etiam conjicere *cophinorum fra-
 gmine complet*.

95. Reg., *tunc ipse jubet*; et glossa, *ipse — Chris-
 tus*. Alii omnes, *tunc inde jubet*. Rom. cum non-
 nullis editis scribit *navim*.

95. Ott., *In sua quemque viros*: sed videtur cor-
 rectum per *In sua quemque viros*, quod elegantius
 est. Frustra alios id mutare conatos esse hoc modo:
In sua quemque viros, observatum fuit a Kœnigio
 suam est res sua cujusque; sic *sua* in plurali.
 Joann. XIX, 27: *Accipit eam discipulus in sua*. Tex-
 tus Græcus, *in propria*. Vide notam Vulpii, ad carm.
 63 Catulli, vers. 277. Elegantior etiam dicitur *om-
 nes viros, quemque in sua*. Ovidius, III, Trist. el. 4,
 vers. 64: *Dicere quos cupio nomine quemque suo*. In
 Reg., *montis*; emenda per *montes*.

96. Reg., Ott., Daventr., Ald., Torn., Bas., *no-
 men*. Rom. cum Hadam., Poelm., Fabr., *numen*:
 quod retinendum censeo, quamvis non mihi displiceat
 nomen, quasi *orat nomen Genitoris*; nam *adorat*
 pro *orat* poni potest, et Evangelistæ, Matthæus et
 Joannes verbo *orare* utuntur.

98. Ott., *fluctum*; supra, *fluctus*.

NOTÆ.

77. Libr. III, vers. 564: *Ultima labentis restabat
 portio læcis*.

79. *Per compita*: Matthæus ait: *Euntes in castella*.
Compitum, et sapius in plurali *compita*, est locus ubi
 plures viæ conflunt, seu competunt. Sed cum in
 pagis agrestes convenirent ad compita, buccina con-
 vocati, vel ut concilia sua haberent, vel ludii, aut
 sacrificii causa, non absurde id nomen ad castella
 designanda trahitur. Virgilius, II Georg. 582: *Præ-
 miæque ingentes pagos, et compita circum — Thesida
 posuere*. Kœnigius statuit, *compita* pro vicis et pagis
 abusive a Juvenco poni.

80. *Convivia poni*, hoc est, apponi. Martialis, l. VII,
 epigr. 22: *Invitas ad aprum: ponis mihi, Gallice,
 porcum*. Sic hoc verbo Cato, Juvenalis, alii utuntur.
 De verbo *appono* tali sensu plura exempla profert
 Arnzenius ad Sedulii prologum, vers. 11, pag. 29.

82. *Fragmina*. Schætgenius putat, Juvencum al-
 ludere ad panes Hebræorum, qui ita præparati erant,
 ut facilius, quam nostri, frangi possent.

84. Virgilius, l. VIII, vers. 176: *Dapes jubet, et
 sublata reponi — Pocula, gramineoque viros locat
 ipse sediti*.

85. *Peccato*, passive, ut *precantur* passive apud
 Nonnum, c. 7, n. 104, ex Eumenid. Varronis. Prisci-
 pianus etiam, l. VIII, testatur, veteres dixisse *preco*
 pro *precor*. Ausonius, in Ephemer.: *Deus precandus
 est mihi*.

86. *Ex ordine*: Matthæus ait: *Et dedit discipulis
 panes, discipuli autem turbis*.

87. Virgilius, l. IV Georg. vers. 133: *Dapibus*

mensas onerabat inemptis; et l. III Æneid. vers. 224:
Exstruuntque toros, dapibusque epulamur opimis.

88. Virgilius, l. III Æneid. vers. 630: *Nam si-
 mul expletus dapibus*. Confer not. ad Dracont. l. III,
 vers. 71: *Dapibus conviva repletus*.

90. *Fragminis*, fragmentorum, ut legitur in Evan-
 gelio. De voce *cophinis* vide not. ad vers. 249 h. I.

92. *Populus*, multitudo magna. Vide not. ad
 vers. 322 l. I: *femine*, et pueri numerari non so-
 lebant. Consulte not. ad vers. 219 h. I: *Nec nume-
 ro quisquam matres, puerosque notavit*. Nominæ ma-
 trum feminas quæ visa poetis comprehendere, notum est.

95. CAPUT V. *Jesus super mare ambulat, et Pe-
 trum mergentem manu apprehendit*. Matth. XIV, 22
 seqq., Marc. VI, 45; Joann. VI, 15.

96. *Secretus*: vide not. ad vers. 15 h. I.

97. Melius cohererebit *soporata cum omnia*, quam
 cum *nocte*: quamvis sic oporteat producere ultimam
 in *soporata* ratione solius cæsurae, quod non obstare
 Kœnigius censet. Orneisius ex Luciano l. II, profert
nox sopora: Virgilius etiam l. VI Æn. vers. 390.
Umbrarum hic locus est, somni, noctisque soporæ.
 Sed aliud esset *nox soporata*.

98. *Salcare* apte tribuitur navi secanti fluctus.
Medium est, quod æqualiter distat a duobus extre-
 mis: sed accipi solet pro eo, quod est inter duo,
 vel plura, quamvis non æqualiter ab omnibus distet.
 Virgilius III Æn. vers. 270: *Jam medio apparet
 fluctu nemorosa Zacynthos*, et l. X, vers. 305: *Sol-
 vitur, atque viros mediis exponit in undis*.

- 249** Jactata adverso surgentis flamine venti. A
100 Ast ubi jam vigilum quarta statione premebat
 Noctis iter, rapidos attollens lucifer ortus,
 Fluctibus in liquidis sicco vestigia gressu
 Suspensus carpebat iter, mirabile visu!
 Jamque propinquabat poppi, sed nescia nautæ
105 Attoniti tremulo vibrabant corda pavore,
 Clamoremque simul confusa voce dederunt.
 Tum pavidis Christus loquitur : Timor omnis
 [abesto,
 Credentumque regat vegetans constantia mentem.
 En ego sum, vestræ doctorem noscite lucis.
110 **250** Olli confidens respondet talia Petrus :
 Si tua nos vere dignatur visere virtus,
 Me pariter permittite tuo super æquora jussu
 Fluctibus in liquidis immersos figere gressus. B
 Annuit his Dominus : navem mox linquere Petrus
115 Audet, et innixus figit vestigia ponto.

LECTIONES VARIANTES.

- 101.** Ott., *attollit*; legendum, *attollens*.
103. Reg., *mirabile dictu* : melius cæteri, *mirabile visu*.
106. Ald., *confusa mente*.
107. Mss., *Tum*; ediii, *Cum*, vel *Tum*.
108. Reg., *Credentum regat* : metri lex exigit *Credentumque regat*. Ott. et a pr. m. Reg. scribunt *vegians*.
110. Rom., Ald., *respondit* : alii, *respondet*.
113. Reg., *non mersos*; reliqui *immersos* : cuius glossa, sive explicatio, est *non mersos*. Re vera *immersus* apud plerisque scriptores idem est, ac *mersus*. Sed præpositio *in* in hujusmodi compositis interdum negat : ex quo duplex contraria oritur significatio, ut *intectus* accipitur pro *tecto*, et pro *non tecto*. In Torn. mendium erat *vigere*, quod Latinus in Bibliotheca sua emendavit per *figere*.
114. Reg., *post pro mox*. Rom. scribit *navim*.
119. Rom., *æquore* : sensus postulat *æquora*.
121. Reg., Ott. cum multis editiis *deripe* : Rom. cum aliis *diripe*.
122. In Ottob. videtur fuisse a pr. m. *prætenditur* : quod sane non displicet. Communis scriptura est *protenditur*.
124. Ott., et Rom. scribunt *Ascenseque*, non *Ascensæque* : fortasse legendum *Ascensaque rati* in auferendi casu. In Reg. glossa est *Ascensæque* — a Christo. Matth. xiv, 32 : *Et cum ascendissent in naviculam, cessavit ventus*. In antiqua vero versione ex ms. Colb., *Et cum ascendisset in naviculam, cessavit ventus*. Sic etiam, aut simili modo alii veteres codices : sed Cantabr., *Et ascenditibus in navi, quievit ventus*, Sabatierius pro d. s. in Juvenco exhibet *flamina*, et ipse præfert *flumina*, quod, nescio, ubinam invenerit : nam mss., et editi, quos vidi, habent *flamina*, et textus Evangelii requirit *flamina*.
126. Ald., *Cuncti navigio socii, quos* : melius alii *socios*, sed in plerisque minus opportune distinguitur *rogantes*, — *Cuncti navigio socios quos casus habebat*.
130. Rom., *adjungere* : lege *attingere*.

NOTÆ.

- 100.** Matthæus : *Quarta autem vigilia noctis*. Quatuor erant vigiliæ noctis, quarum singulæ tribus horis constabant : hæ autem tres horæ æstivo tempore breviores erant, hiemali longiores. *Statio* est locus, ubi milites stant præsidii causa, et sumitur pro ipsis militibus, pro custodia, et vigilia. Hinc origo nominis stationum ecclesiasticarum, de quibus magna doctrinæ copia agit V. C. D. Gaspar Bertalazone Can. Reg. Lat. Abbas perpetuus in Dissert. de Festis part. II, cap. 5., ac rursus in opere De jejuniis.
103. *Suspensus*, sublatus, non *mersus*. Virgilius l. VII, vers 810 : *Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis* — *Ferret iter*. Plinius l. VIII, ep. 20 : *Radix aqua pariter suspensa, et mersa*.
105. *Nautæ vibrabant corda pavore* videtur figurate dictum pro *pavor vibrabat corda nautarum*. Claudianus l. III de Rapt. Pros. v. 152 : *Imis vibrat tremor ossa medullis*, Ovidius Heroid. epist. 11, vers. 77 : *Sic mea vibrari pallentia membra videres*.
107. *Timor omnis abesto* ex Virgilio l. XI. Vide etiam Prudentium l. II contra Symm., v. 736.
108. Matthæus : *Habete fiduciam : ego sum : nolite timere*. Juvencus aliam versionem viderat, quæ existat in mss. Sangerm. 1, Corb. 1 et 2, Clarom., *Constantes estote : nolite timere : ego sum*; sed in Corb. 1 solum est : *Constantes estote, et nolite timere*. Hilarius ad hunc locum : *Quibus mox Dominus locutus est, et constantes esse jussit*; et postea : *Dicet : Ego sum. Vegetans constantia est fides, quæ vers. 677 l. II dicta est credendi substantia*.
117. *Terrificant* : verbum Lucretii, Virgilii, Statii, et aliorum poetarum. Probum pariter verbum est *crebrescere*, sive, ut alii scribunt, *crebescere*.
118. *Liquefacta*, quia Petrum antea sustinuerant, perinde quasi solida essent.
119. *Validum fidei robur*, fidem, cum robusta erat, et valida. Similis phrasis occurrit h. l. vers. 491, 277. Vide not. ad l. I vers. 478.
122. Matthæus : *Extendens manum, apprehendit eum*. Juvencus dexteram nominat, quæ sæpius auxilium præstat; quæ etiam fidei, et potentia signum est.
123. *Dubitata*, dubia. Non dissimili significato alii hoc participio usi sunt. Albinovanus ad Liviam eleg. I, vers. 84 : *Et concors pietas, nec dubitatus amor*. Contraria autem inter se videntur *mulcetur*, et *verbis amaris*. Juvencus in ipsa objurgatione clementiam Salvatoris collaudat.
125. *Stupuere*, admirati sunt, ut alibi dictum. Sed quid sibi vult *rogantes*? Nam Matthæus solum ait : *Qui autem in navicula erant, venerunt, et adoraverunt eum, dicentes : Vere filius Dei es*. Sumit ergo Juvencus *rogantes* pro adorantes. De hoc verbo *rogare* simpliciter posito pro *rogare Deum* vide not. ad l. I vers. 48.
127. *Fervida* epitheton proprium freti, quod a *ferendo* dicitur, ut docet Varro l. VI num. 15 ling. Lat., cap. 5.
130. *Vestis fila extrema*, fimbriam, ut loquitur Matthæus. Vide l. II, vers. 393 et seq.

Extrema exoptant, miroque hoc munere cuncti
Credentes referunt plenam per membra salutem.

Ecce Pharisæi, Scribæque hinc inde dolosi
Captantes Christum, promunt fallacia dicta :

135 **252** Cur tua discipulos patitur doctrina labare
Præceptis veterum ? manibus quos cura lavandis
Præterit, assumuntque simul cum sordibus escas.

Ille sub hæc fatur : Magis hoc est quærere
[dignum,

Transgressi præcepta Dei quod proditis omnes.

140 Namque Deus mortem defixa lege minatur,
Si genitor cuiquam verbo lædatur amaro,
Vel genitrix nati verbis pulsetur acerbis.

253 Irrita vos isthæc facitis perversa docendo.

LECTIONES VARIANTES.

131. Mss., *miroque*, cum multis editis. Ald., cum aliis, *mirumque*. Fabricius ita, sed, ut advertit in Comment., per parenthesin *exoptant* (*mirumque*), *hoc munere*, ac similia profert ex Tertulliano, et Paulino. Reuschius propter *que* adjectum mavult *miroque*.

132. Hadam., *plena* : corrige *plenam*.

135. Poelm. in textu cum aliis, *patitur doctrina labare*, pro d. s., *lapsare ferunt documenta*. Ita legit Badius, et sic explicat, *lapsare*, id est, frequenter labare. *Ferunt*, patiuntur. Eam lectionem non malam esse, puræ antiquitatis servantem vestigia, ait Reuschius : qui observat, neque de documento, neque de doctrina quidquam legi apud Evangelistas. Alibi Juvencus primam producit in *labat*, ut dicam ad vers. 373 h. l.

136. Rom., *labare* ? — *Præcepti veteris manibus*. Reliqui, *labare* — *Præceptis veterum ? manibus*, vel *labare* — *Præceptis veterum manibus*. Reg., quos

cura : sed fortasse fuit *nam cura*, ut habent alii. Clarius est *quos*.

139. Ald., Poelm. pro d. s., *mandata*. Mss., et alii editi, *præcepta*. Olt. *quod*, sed correctum per *quid*, quod in nexu litterarum Rom. innuere videtur. Plerique *quod*.

140. Hadam., Poelm., *defixa morte* ; alii editi cum mss., *defixa lege*. Matth. xv, 4 : *Honora patrem, et matrem : et qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur* : ex Exodi xx, 12, et Deuter. v, 16. Illic fortasse aliqui commenti sunt : *Namque Deus mortem defixa morte minatur*, sed melius est *defixa lege*.

141. Reg., *cujusquam* : corrige *cuiquam* : hac phrasi non semel usus est Juvencus, ut *cuiquam* pro *a quoquam* usurpet.

143. Rom., *ista hæc* ; Reg., Olt., Ald., *ista* pro *isthæc*, quod habent plerique editi. In *ista* produceretur ultima ratione cæsuræ.

NOTÆ.

131. Omeisius neque mandatum Dei habere, neque promissionem ait, quod reliquiæ sanctorum post mortem ipsorum prosint ad pellendos morbos. Sed cum Deus auctor sit miraculorum, quid prohibet fieri, reliquiis sanctorum etiam post mortem ipsorum prodesse ? Immo sanctus in cælo existens recte, et utiliter invocari a nobis, eorumque reliquiis religioso cultu colere maxime honestum esse, ex sacris litteris, traditione apostolica, et communi Ecclesiæ usu exploratum est. Adisis Pichlerum Theolog. Polem. part. II, controvers. 2.

133. CAPUT VI. *Lavandas esse manus. Item quæ ex ore exeunt, non quæ intrant, hominem coinquinare*. Matth. xv, 1 seqq. ; Marc. vii, 1, etc. Prima pars melius exponitur : *Accusatos discipulos, quod manus non lavarent, Christus defendit*.

134. *Captantes Christum, conantes captiosis verbis illaqueare*. Plautus Amph. i, 4, 269 : *Quid me captas, carnosex* ? Vide not. ad vers. 684 h. l.

136. Matthæi verba sunt : *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum ! Non enim lavant manus suas, cum panem manducant*. Kænigius exponit, *Cura præterit, scilicet eos, vel præterit positum pro negligitur, omittitur*. Sententia a Juvenco non satis clare exponitur : sed fortasse locus in mendo cubat.

139. Transgressi proditis præcepta Dei. Idem accusativus regitur a duobus verbis. *Prodere* pro *dese-rere*. Cicero iv Acad. c. 8 : *Vir bonus, qui statuit omnem cruciatum præferre, intolerabili dolore lacerari potius, quam aut officium prodatur, aut fidem*. Matthæus ait : *Transgredimini mandatum Dei*. Irenæus l. iv, cap. 9 : *Frustramini præceptum Domini*. Hieronymus in Isaiam cap. xxix : *Præteritis mandatum Dei*. Augustinus in Galat., tom. III : *Dissolventes mandatum Dei*. Siricius Papa ep. 10 : *Rejecistis mandatum Dei*.

142. *Pulsetur, vexetur, et quasi incusetur*. Seneca Hercul. Oct. v. 1 671 : *Superos, et ipsum vocibus pulsans Jovem*. Claudianus in prologo l. 2 in Eutrop. v. 51 : *Improbe, quid pulsas muliebribus astra querelia* ? Vide not. ad l. 1, vers. 301, et vers. 172 h. l.

143. Explicandus nunc est locus Evangelii, quem contrahit Juvencus. Matthæus xv, 5, 6 : *Vos autem*

dicitis : Quicumque dixerit patri, vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit ; et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam : et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Marcus vii, 11, 12, 13 : *Vos autem dicitis : Si dixerit homo patri, aut matri, corban (quod est donum) quodcumque ex me tibi profuerit. Et ultra non dimittitis, eum quidquam facere patri suo, aut matri : rescindentes verbum Dei propter traditionem vestram, quam tradidistis : et similia hujusmodi multa facitis*. Putat Sabatierius, Juvencum versum 5 Matthæi, et 14 ac 12 Marci non reddidisse. Sed Juvencus totam sententiam comprehendit hoc versu, *Irrita vos isthæc facitis perversa docendo*. Deus dixerat in Exodo xx, 12 : *Honora patrem, et matrem*, etc. Hoc Dei præceptum Scribæ et Pharisæi perversa doctrina irritum faciebant. Quænam autem erat illa perversa doctrina ? Statuebant, Filium, qui Deo ea bona vovisset, ex quibus parentes alere tenebatur, neque ultra teneri, neque posse parentes ex ejusmodi consecratis bonis alere. Exstant adhuc in Talmude sacrilegi hujus dogmatis non obscura vestigia. Maldonatus, qui plures alias interpretationes refert, cum Strabo, Hugone, et Lyrano aliter exponit : *Quodcumque ex me, h. e., quodcumque obtulero Deo, tibi proderit*, perinde erit ac si tibi dedissem. Nam ii, pro quibus sacrificium offerebatur, sacrificio, nisi holocaustum esset, vesebantur. Is ergo, qui ita dicat, et ultra parentibus non aliis modis bene fecerit, culpa vacabit, nimirum ex perversa doctrina Pharisæorum. Peculiaris est lectio in Evangeliiario vetustissimo Tridentino apud Matthæum hoc loco : *Vos autem dicitis : Quicumque dixerit patri, aut matri : Donum meum proficiet tibi, non honoravit patrem suum. Et evacuastis verbum Dei propter traditionem vestram*. Apographum hujus Evangeliiarii exemplar necum perhumaniter communicavit cl. præsul Simon de Magistris, episcopus Cyrenensis : cujus mihi in posterum nonnullus erit usus. Codicem autographum describit in præfatione ms. Bonellus a Cavalesio Reformator provinciæ S. Vigili, qui subscribit Tridenti ad S. Bernardinum 11 Maii 1762. Codex igitur est membranæ ab aliis membranæis codicibus vel ob subtilitatem diversus,

- 254** Quam manifesta vigent de vobis dicta pro- A
[phetæ!
145 Me populus summis labiis sublimat honore,
Sed diversa procul cordis secreta pererrant.
Accipite ergo omnes, auresque advertite cordis:
Non illata homini, fuerint quæcumque, pu-
[dendis
Sordibus aspergent, vitæve, animove sedebunt:
150 Erumpunt hominum sed quæ penetralibus oris,
Internam misere maculabunt edita mentem.
Discipuli Christo memorant, quod verba lo-
[quentis
Occulto carpant Scribarum pectora nisu.
Ille dehinc: Genitor plantarum semina noster,
155 Quæ non ipse sui consevit in æquore ruris,
Abjiciet penitus radicibus eruta longe.
Cæcus forte ducem cæcum si nactus oberret, B
255 Decidet in foveam, pariter demersus uter-
[que.
Tunc petit absolvi Petrus, quid quæstio vellet,
160 Ipse Pharisæis quam mox, scribisque dedisset.
Tum sator æternæ respondit talia vitæ:
Vos etiam duro discluditis omnia eorde
Jussa, nec admittit mentis dubitatio lucem?
Nam quæcumque hominum veniunt extrinsecus
[ori,
165 In ventrem cedunt, animoque incognita cur-
[runt.
Quæ vero interno concepta e pectora promunt
Ora hominum, mentem possunt aspergine labis
Polluere, immundæque hominem maculare pla-
Secreto cordis promuntur noxia vitæ [clo.
170 Consilia, et cædes, et furta nefanda tororum,
Et fraudes, fallaxque hominum pro testibus error,

LECTIONES VARIANTES.

144. In Reg. videtur fuisse *urgent* pro *vigent*.
146. Rom., *pererrat*, retine *pererrant*.
148. Poelm. pro d. s., *homines*, scilicet. *Illata non aspergent sordibus homines*, etc. Mss., cum aliis editis, *homini*.
150. Reg., Ott., *penetrabilibus*: qui error alibi etiam in nostris mss. occurrit pro *penetralibus*.
153. Reg., *Occulto carpant*, et glossa, *detrahunt*. Alii, *Occulto traherent*. Pro *risu*, quod habent omnes, restituo ex conjectura *nisu* ex dictis ad l. ii, vers. 153. Matthæus ait: *Audito verbo hoc, scandalizati sunt*.
154. In Reg. fuit *plantatarum*, sed correctum per *plantarum*.
155. Reg., *suo*, ex quo factum *sui*.
156. Rom., *Penitus abjiciet*: emenda *Abjiciet penitus*. Westh., *longa*; ad marg., *longe*, quod melius C
est.
157. Reg. scribit *nactus*, quod in Ott. videtur scriptum a pr. m. Pro *oberret*, Ald., Bas., *oberrans*.
158. Reg. et a pr. m. Ott., *Decidit*. Rom., cum editis, *Decidet*. Lego *demersus*, cum mss., potius quam *dimersus*, cum nonnullis editionibus.
159. Ott., *velit*, sed videtur fuisse *vellet*, quod unice verum est.
163. Alii interrogationis notam post *lucem* apponunt, alii secus. Matthæus: *Adhuc et vos sine intellectu estis?*
164. In Reg. a pr. m. videtur fuisse *oris* pro *ori*.
166. Rom., *concepta pectore*; lege, *concepta e pectore*, ut versus constet. Aldus interpungit *promunt*, — *Ora hominum mentem*; melius alii, *promunt — Ora hominum mentem*.
170. Reg., *Concilia*; cæteri, *Consilia*.

NOTÆ.

sine tegumento, ac modo serico tantum velo involutus, ex quo factum, ut Evangelium Matthæi, quod est primum, et Evangelium Marci, quod est ultimum, manca sint, atque imperfecta. Formam habet inter oblongam, ac quadratam mediam, duabus columnis utrimque digestus, quarum omnes initiales cubitales sunt. Colorem exhibet purpureum, et modo ex vetustate in plerisque locis subobscurum, argenteis characteribus, quorum specimen Bonellus ipse dederat vol. II operis *Notizie Istorico-Critiche* pag. 62, nonnullis etiam aureis. Ordo Evangeliorum perantiquus, scilicet secundum Matthæum, secundum Joannem, secundum Lucam, (sic enim scribitur) secundum Marcum. Vetustam quoque orthographiam perpetuo custodit. Nulla, aut rara sunt verba contracta. Bonellus exemplum ad normam autographi ea, qua par erant, fidelitate, diligentia, ac religione quam exactissimum exhibuit: notas vero quasdam margini adjectas secunda manu, sed non post millesimum exaratas, prætermisit.

145. *Sublimat*: verbum Eunii, et Catonis, quod cadentis Latinitatis scriptores, improbane Erasmo, reduxerunt, Apuleius, Mamertinus, Macrobius, Prudentius, aliique.

146. *Cordis secreta*: libr. ii, vers. 400.

147. *Aures cordis*: Matthæus; *Audite, et intelligite*. Paulinus in Panegyri. Celsi: *Ergo oculos mentis Christo reseremus, et aures*.

151. *Edita*, fors emissa, divulgata.

155. *Scribarum pectora*, h. e. Scribæ. Ita enim loqui amat Juvencus.

155. *Æquor* planitiem designat. Adisis comment. ad hymn. 11 Perist. Prudentii vers. 185. Virgilius l. vii, vers. 781: *Filius ardentis haud secius æquore campi — Exercebat equos*: et sine addito *campi*, vel *ruris* l. i Georg. vers. 97: *Et qui proscisso quæ suscitât æquore terga — Rursus in obliquum verso perumpit aratro*.

159. *Absolvi*, definiri, demonstrari. Solinus cap. ii, al. 8: *Bocchus absolvit Gallorum veterum propaginem umbros esse*. Barnabas Brissonius ex leg. 69, § 4, de manum. testam. observat, *absolvere* esse verbum juris pro satisfacere quæstioni propositæ. Verba Digest. loc. cit. sunt: *Videtur absolvisse et id, de quo queritur*.

160. *Mox pro paulo ante* rarum est. Columella l. iii, c. 20: *Da altero, quod mox proposueram, nihil dubito*.

163. *Discluditis*, excluditis. Macrobius l. vi Saturn. cap. 4 affirmat, verbum hoc *discludo* ferire aures, ut novum: sed illud in Virgilio tuetur auctoritate Lucretii. Adde Cæsarem, Ciceronem, alios. Forcellinus incaute Macrobio affligit, quod in verbum discludo novum esse asseruerit.

169. *Secreto cordis*, ut alibi in plurali, *Cordis secreta*.

170. *Furta*, concubitus illiciti apud poetas passim. Prudentius hymn. 10 Perist. vers. 185: *Incesta fervent, furta maccheroni calent*.

171. *Fallax error hominum pro testibus*, falsa testimonia, ut loquitur Matthæus.

256 Et rabidæ cælum pulsans insaniam vocis. A
 Hæc sunt, quæ maculant hominem, quæ sordi-
 [bus implent.
 Illotis autem manibus non polluit unquam
175 Corporis arbitrio terrenum sumero victum.
 Hæc ubi dicta dedit, pulcherrima rura Syro-
 [rum
 Sidonemque, Tyrumque petit: cum semina
 [fuis
 Crinibus, et precibus, natam causata jacentem,
 Volvitur, et tacitum non desinit anxia Chri-
 [stum
180 **257** Orare, ut mentem vexatam dæmone
 [sævo

Redderet, et miseræ tandem respisse liceret:
 Tunc etiam precibus sectantum discipulorum
 Respondit, proprias genitoris malle bidentes
 Cogere, quas vanus late disperserat error.
185 Crebrius instanti tum talia satur lesus:
 Natis quisque suis panem non detrahet um-
 [quam,
 Et canibus jacet. Tum talia semina satur:
 Micarum saltem canibus sua portio mensæ
 Decidit, et nihilo dominorum cœna gravatur.
190 **258** Tum Dominus loquitur: Veniant tibi
 [digna salutis
 Præmia, quæ fidei meruerunt robora tantæ.
 Talia Salvator verbis, et voce locutus,

LECTIONES VARIANTES.

172. Reg., Rom., cum pluribus editis, *Et rapidæ cælum pulsans insaniam vocis*. Ott. a pr. m., *Et rabida cælum pulsans insaniam voce*, a sec. m., *Et rabidæ cælum pulsans insaniam vocis*, quod Ald., Bas., Torn., Poelm. pro d. s. exprimunt. In Evangelio blasphemiam dicuntur, quæ hoc versu explicantur: itaque *rabidæ vocis* apius videtur, quam *rapidæ vocis*.

173. Fabr., *maculent*: corrige, *maculant*.

174. Reg., Ottobon. scribunt, *Illotis*. Daventr., *mendose*, *polluit* pro *polluit*.

177. Aldus edidit cum plerisque *Sidonem, Tyrumque petit*, in Erratis vero emendavit *Sidonemque, Tyrumque petit*, quod secutus est Omeisius, plaudente Gallandio. Hæc lectio confirmatur nostro codice Reg., ubi scribitur *Sydonemque*. Revera sic melius metro consultitur: nam prima in *Tyros* corripitur ab Avieno, Prisciano, et Prudentio v. 496 Hamart.: *Non illum regina Tyri*. Posset sustineri lectio, quæ communior est, *Sidonem, Tyrumque petit*: nam in hujusmodi nominibus propriis diverso intervallo quantitatis efferendis neque Juvencus, neque alii poetæ Christiani, immo neque alii profani Christianorum poetarum æquales, nitium religiosi fuerunt. Sed hoc loco Juvencus videtur corripere voluisse primam in *Tyrum*: alioquin dixisset *Tyram, Sidonemque petit*, secutus ordinem Evangelistæ: *Secessit in partes Tyri, et Sidonis*. Rom., Ald., Bas., *tum semina*; alii, *cum semina*.

179. Rom., *Solvitur*: retine, cum aliis, *Volvitur*, nisi forte intelligatur, *fuis crinibus, et precibus solvitur*, ut h. l. v. 554, *Fletique solutus*, etc. Rom., Reg., Ottob., *desinit*, quod editum est a Fabricio. Pleræque editiones, *deserit*.

181. Ott., *Respire*; supra, pro d. s., *respisse*. In Rom. etiam puto fuisse, a pr. m., *respire*. Com-

munis scriptura est *respisse*, magisque probanda. *Resipio* et *respiro* interdum significant *ad priorem mentis statum redire*: sed *resipio* hoc sensu fere in præteritis adhibetur, in aliis temporibus frequentius adhibetur *respiro*. Vide not. ad vers. 72 l. II: *Insanum vero juvenem postquam respisse*.

184. Rom., *Corrigere, quas*, repugnante metro. Ott., *quos*; pro d. s., *quas*: sensus quoque postulat.

185. Ott., *tum Jesus talia satur*: rasura indicat, ita fuisse in Reg., a pr. m. Editi cum Rom., *tum talia satur Jesus*, quod tenendum est. Etsi enim scriptura Ottob. sustineri possit, tamen ea stylum Juvenci non redolet, cum Juvencus nomen *Jesus* trisyllabum semper faciat.

186. Rom., *panes pro panem*. Ald., Bas., *detrahit*: plerique, *detrahet*.

187. Reg., *Et canibus jacet*: melius Rom., Ald., Bas., *Ut canibus jacet*. Lectio Ott. cum aliis editis recte procedit, *Et canibus jacet*.

189. Ott., Poelm., in textu, Torn., Hadam., *Decidit, et nihilo dominorum cœna gravatur*. Ald., Bas., *Decidit, atque nihil dominorum cœna gravatur*. Poelm., pro d. s., *Decidit, et nihilo dominorum cœna gravatur*: sic Rom., sed *gravatur*. Reg.: *Decidit, et nihil dominorum cœna gravatur*, supra *gravatur*. Renschius *Decidit, et nihilo dominorum cœna gravatur* hoc sensu: Catellis portiones de mensis projiciuntur, nec sumptus ideo major est impendendus, neque lapidus mensa magis oneranda. Non tamen improbat Badii lectionem: *Decidat, atque mihi dominorum cœna gravetur*. Quasi dicat mulier: *Canis instar micæ de mensis dominorum decidentes colligere gestio*.

192. Reg., *verbis cœlestibus edit*, quod editum exstat in Torn. Reliqui, *verbis, et voce locutus*.

NOTÆ.

172. Pulchra descriptio blasphemiam. De verbo *pulsans* confer not. ad v. 142 hujus libri.

176. CAPUT VII. *Filiam mulieris Syropheniam a dæmonio curatam*. Matthæi xv, 21 seqq.; Marc. vii, 25.

177. *Fuis crinibus, et precibus*: venuste duo hæc diversa eidem verbo applicantur. Ovidius II Her. v. 25: *Demophon, ventis et verba et vela dediti*. — *Vela queror reditu, verba carere fide*.

178. *Causata*, iu causam afferens. *Causor* est afferre tanquam causam; quod accidere potest, sive vera sit causa, sive falsa. *Natum jacentem*, agrutantum: nam *jacere* hac significatione sæpe usurpat Juvencus. Morbus autem puellæ erat, quod a dæmonio tenebatur, seu vexabatur, ut ait Evangelista, et postea explicat Juvencus. Quædam interdum addit Juvencus, quæ similia vero sunt, sed ab Evangelistis non clare enarrantur.

179. *Volvitur*, prosternitur humi, aut agitur.

Matthæus solum ait: *A finibus illis egressa, clamavit cicens*, etc. Postea: *Discipuli ejus rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos*.

185. *Bidentes*: sic Juvencus alibi, sic alii oves appellant.

184. *Cogere*: verbum proprium pastorum congregantium oves dispersas. Virgilius, eccl. III, vers. 20: *Tityre, coge pecus*: et vers. 98: *Cogite oves, pueri*. Juvencus simili modo idem vocabulum sæpe adhibet.

187. In sacro codice est *mittere canibus*. Significantius est *jacere panem canibus*, nempe projicere, et quasi jacturam facere. Tertullianus, l. de Præscript., cap. 8: *Nondum canibus jactabat panem filiorum*. Apuleius, 7 Metam., post med.: *Intestina canibus nostris jacta*. Phædrus, libr. III, fab. 7: *De morsa sua—Dat oves dominus, frusta jacta sumilia*. Sic jactare pecuniam, oves, pro effundere.

191. Supra, vers. 149: *Validum fidei robur*.

- Virginis et mentem, decusso dæmone, virtus A
Complexam implevit donis fœcunda salutis.
- 195 Inde Galilæas repedit Servator in oras,
Præcelsique procul montis conscendit in arcem.
Haud mora, conveniunt populi, secumque tra-
[hebant
Pars captos oculis, et crurum debile vulgus,
Elinguesque alii, morbique vocabula mille.
- 200 Omnibus ille tamen languores dempsit amaros,
Viribus et validis venerando munere donat.
Tum populi pariter miracula tanta frequentant,
259 Æternoque Patri laudes, gratesque ce-
[lebrant.
- Discipulos Christus cogens in vertice montis,
205 Secreto alloquitur: Plebis miseratio multa est;
Tertia nam terris remeant jam lumina solis,
Ex quo nulla sibi sumunt alimenta ciborum.
Jejunam nolim tantam dimittere plebem,
Ne labor afficiat populos per longa viantes.
- 210 Discipuli Christo ostendunt septem sibi panes
Esse, et pisciculos alimenta ad proxima paucos.
Tum populum jussit terræ per terga cubare,
Quodque fuit, totum propriis discernere palmis,
260 Et cunctæ curat mensatim dedere plebi.
- 215 Discipuli ponunt epulas, populusque repletur
Ad satiem dapibus: relegunt mox fragmina panis

LECTIONES VARIANTES.

193. Reg., Ott., *decusso dæmone*, quod magis placet quam *discusso* in Rom. et editis. Sic Prudentius, præf. libr. 1 contra Symm. vers. 37: *Excusumque procul decutit aspidem*. Eodem verbo utuntur antiquiores Livius, Propertius, Ovidius, Plinius. Reuschius edidit *discluso*; quod Omeisio placebat, quia hoc verbo sæpius utitur Juvencus. Vide l. II, vers. 65.

194. Reg., *secunda*; et glossa, *prospera*. At metrum postulat *fœcunda*, quod congruentius etiam sensui est.

195. Reg., *Galilæa repedit Salvator*: Ott., *Galilæas repedit Servator*. Alii etiam variant in *Salvator et Servator*.

196. Ald., Bas., Reusch., *consedit in arce*. quod opinor etiam fuisse a pr. m. in Reg. Contra in Rom., a pr. m., est *conscendit in arce*; a sec. m., *consedit in arce*. Plerique, *conscendit in arcem*. Matthæus ait: *Et ascendens in montem, sedebat ibi*.

198. Mss. nostri, *et crurum debile vulgus*: ex editis partim sic, partim *et vulgus debile crura*, quod amplexus et Reuschius cum Kœnigio. Mihi a Juvenci manu videtur esse *et crurum debile vulgus* eo modo, quo dicitur, *Integer vitæ, scelerisque purus*, et alia sunt similia adjectiva, quæ genitivo gaudent præsertim apud poetas. Fabricius id etiam secutus est ex mss. Mersburgico et Gandavensi, ut testatur in comment. verbo *Debilis*.

199. Rom., Hadam., Poelm., in textu, *alios*. Reg., Ott., Ald., Bas., *alii*, scilicet alii trahebant elingues. Sic infra, vers. 267: *Jeremiam dicere alii, pars esse prophetam*.

200. Reg., *acerbos*: alii, *amaros*.

201. Reg., *mirando*, sed fortasse fuit *venerando*.

204. Ott., *Discipulos Christus agens*; supra, *Discipulos tunc Christus agens*: ita enim lex metri postulat, satisque id sententiæ convenit. Vide vers. 420 h. I.

205. Reg., *Secreto alloquitur*. Editi cum aliis mss., *Secrete alloquitur*. Latinum utrumque est, sed magis *secreto*, quam *secrete*, quod a Tertulliano, aliisque sequioris ævi adhibetur. *Secreto* a melioribus scriptoribus usurpatur.

206. Rom., *remeantia lumina*: lege *remeant jam lumina*.

207. Reg., a pr. m., *sumant*; a sec. m. recte *sumunt*.

213. Reg., Ott., *discerpere*: Rom. cum editis, *decerpere*. Huic loco magis consentaneum est *discerpere*, hoc est, in diversas partes carpere: nam *decerpo* proprie significat carpendo detrahere, ut poma ex arbore decerpuntur.

214. Reg., *curam*: quod sustineri potest, si suppleatur *cæpit*, quod vers. præcedenti ad *discerpere* supplebat Gallandius. Reg., Ottob., Rom., *dedere plebi*. Editi, *tradere plebi*. In omnibus mss. et editis invenio *mensatim*; et in Rom., ex mundo, *mensantim* factum *mensatim*. Posset conjici *per mensas*: sed retinendum est *mensatim*, a Forcellino inter verba Latina Juvenci nostri auctoritate collocatum. Plura similia sunt adverbium, ut *vicatim*, *ostiatim*, *tributim*, *properatim*.

216. Nonnulli scribunt *Ad saciem*: plerique, *Ad satiem*. Vetus editio apud Omeisium, *Ad faciem*, quod mendosum est.

NOTÆ.

195. CAPUT VIII. *Secus mare Galilææ cæcos, claudos, mutos sanatos, septemque panibus ac paucis piscibus quatuor hominum millia saturata*. Matth. xv, 30 seqq.; Marc. viii, 4 seq.

199. *Vocabula*, nomina. Virgilius, l. 7, vers. 357.

205. Tacitus conjungit etiam *laudes*, et *grates*, ut l. I Annal. cap. 69: *laudes et grates alicui habere*; et l. XII Annal. cap. 37: *Laudibus gratisque venerari aliquem*. Novum certe videtur *celebrare grates alicui*, sed *laudes gratesque celebrare* conjunctim facilius defendi poterit. Latini usitatius dicunt *celebrare aliquem laudibus*.

204. *Cogens*, ea significatione quæ exposita est ad vers. 184

205. *Multa est*, magna est. Vide not. ad Dracont. vers. 63 l. II.

207. *Sibi superfluum est*, sed elegantiae causa additur.

209. *Viantes*: confer not. ad l. I, vers. 461.

211. Verba Matthæi sunt: *Et ait illis Jesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem, et paucos pisciculos*. Juvencus interpretatur, septem sibi esse panes, et pisciculos paucos a se præparatos ad ali-

menta proxima, qui etiam sibi, vel suis proximis alimentis pauci erant. Sic accipit Reuschius, qui sibi significanter additum ait. Saltem Juvencus innuit, septem illos panes, et paucos pisciculos ab Apostolis fuisse comportatos, ut alerentur. Nonnulli enim putant, eos panes et pisces apud aliquem e turba fuisse venales.

212. *Terræ per terga*. Vide not. ad l. I, vers. 671. *Cubare*, more veterum, qui discumbentes cibum sumebant.

213. Textus Matthæi sic refert: *Fregit, et dedit discipulis suis, et discipuli dederunt populo*. Juvencus hæc omnia distincte exponit. Christus curat propriis discernere manibus, et dedere mensatim cunctæ plebi per discipulos, qui ponunt epulas. Potest etiam intelligi, *dedere* positum esse pro *dedit*, hoc est, dari, vel tradi. Schætzgenius exponit *curat discernere*, h. e., discernit. Reuschius ita, vel per enallagen *discerpere*, h. e., *discerpebat*.

215. *Ponunt*, verbum in conviviis usitatum, ut dictum ad vers. 80 h. I. De verbo *repletur* dictum pariter ad vers. 88 h. I.

216. *Ad satiem* confer vers. 673 l. I.

- Et sportas referunt cumulado pondere septem. A 230 Ventorum rabiem, tempestatumque furores.
 Quattuor ex omni fuerant tum millia plebe,
 Nec numero quisquam matres, puerosque nota-
 [vit.
- 220 Inde Magedarum navi transcurrit in oras.
 Ecce Pharisæi, Sadducæique dolosi
 Poscere tentantes instant cœlestia signa.
 Sed Christus, cernens fallacia pectora, fatur :
 Convexum quoties claudit nox humida cœlum ,
- 235 261 Si ruber astrifero procedit vesper olympo,
 Dicitis : Adveniet ventura luce serenum.
 Jamque sub exortu solis si tristia rubro
 Nubila miscentur confusa luce colori,
 Dicitis, agricolis, nautisque venire fragosam

LECTIONES VARIANTES.

217. Ott. scribit, *comulato* ; supra factum *cum-
 lato*.
 218. Reg., *plebe* ; Ott., *plebi* ; Rom. cum plerisque
 editis, *plebis*. Fabricius edidit *plebe* : vel id, vel *ple-
 bi* in auferendi casu retinendum est. Non enim placet
 quod Reuschius exponit *ex omni* scilicet regione,
fuerant, *aderant*. In Torn. mendum est *fuerat*, pro
fuerant.
 220. Reg., Rom. ; Torn., Ald., *Magedarum*. Ha-
 dam., Poelm., *Mageddarum*. Ott., *Magidarum*, Bas.,
Magedorum. Præstat legere *Magedarum*, quia in
 Vulgata et in plerisque versionibus antiquis *Mage-
 dan* hic locus appellatur.
 224. Rom., Ald., Bas., *Connexum* : vix dubium
- B quin legendum sit *Convexum*. Hinc *convexa cœli* ; qua
 de re vide not. ad Dracont. libr. 1, vers. 136.
 225. Reg., a sec. m., et, ut videtur, Ott., *proce-
 det*. Editi cum Rom., *procedit*.
 227. Reg., *solis ubi tristia*, non male, producta ul-
 tima in *solis* ratione cæsura.
 229. Ott., *fragosa* : lege *fragosam*.
 235. Alii, *suis*, sine interrogatione.
 241. Ott., *Illud Pharisæi* : alii, *Illa Pharisæi*, quod
 melius est, ut vers. 221 : *Ecce Pharisæi*.
 245. Reg., *tacitam volvit cunctatio mentem* : Ott.,
tacita volvit cunctatio mentes : Rom. cum editis, *taci-
 tas volvit cunctatio mentes*. Pro *cunctatio* alii scribunt
contatio, alii *contatio*.

NOTÆ.

219. Moris erat feminas et pueros non numerare.
 Hieronymus, ad h. l. : *Mulieres autem, et parvuli,
 sexus fragilis, et ætas minor numero indigni sunt.*
*Unde et in Numerorum libro quoties sacerdotes, atque
 Levitæ, et exercitus, vel turbæ pugnantium describun-
 tur, servi, et mulieres, et parvuli, et vulgus ignobile
 absque numero prætermittitur.*
220. CAPUT IX. De signo Jonæ prophetæ. Matth.
 xvi, 1 seqq. ; Marc. viii, 11 ; Luc. xii, 54.
221. *Sadducæi* : produciuntur prima, quæ corripit-
 ur l. iv, vers. 14, apud aliquos.
224. *Convexum cœlum, nox humida*. Epitheton
 utrumque aptum, et ex Virgilio desumptum. *Con-
 nexum* est rotundum, aliis cavum. Advertendum
 est, versum secundum, et tertium Matthæi, quos
 Juvenus exponit a versu *Convexum* ad vers.
Fallaces, deesse in aliquibus exemplaribus. Immo
 Hieronymus in comment. ad hunc locum, relatis
 quatuor primis versibus cap. xvi Matthæi, subdit :
*Hoc in plerisque codicibus non habetur, sensusque
 manifestus est, quod ex elementorum ordine atque
 constantia possint et sereni, et pluvix dies prænosci.*
 Ea autem legebat Hilarius in h. l. : *Multa eos de na-
 tura cœli conjicere solere respondit, cum rubicundo
 aut ortu, aut vespere, serenum nimbosumve pronun-
 tiant.*
225. *Astrifer*, verbum Statii, Martialis ; *astriger*,
 Statii, Claudiani, Solini. *Procedit vesper olympo*, ex
 Virgilio ecolg. 6, vers. ultim : *Et invito processit vesper
 olympo*.
226. *Ventura luce* : Auctor Moreti, vers. 4 : *Tris-
 tia venturæ metuens fejunia lucis. Serenum pro se-
 renitate*. Vide not. ad Dracont. l. i, vers. 586.
227. *Tristia*, etc. Matthæus ait : *Rutilat enim
 triste cœlum*.
229. *Fragosam*, fragoris, strepitusque plenam,
 vel etiam perniciosam agricolis, nautisque. Kœnigius
 vocem raram esse ait : sed præter Valerium Flac-
 cum, et Quintilianum, quos allegat, ea utuntur Vir-
- gilius, Claudianus, Ovidius, Gratius, et alii veteres.
 231. Facies tribuitur cœlo, mari et monti, aliis-
 que rebus inanimis.
 234. *Profundo*, substantive. Dracontius, l. i, vers.
 151 : *Eruitur tellus vasto demersa profundo*.
 235. Nomine *belluæ* intelligitur balæna, ut expo-
 sui in not. ad Dracontium, l. ii, vers. 159 : *Horrida
 monstra natent, et bellua gestiat ingens*.
 238. Quæritur cur Juvenus vocet *arva Philip-
 porum*, cum Matthæus in singulari proferat cap. xvi,
 vers. 15 : *Venit autem Jesus in partes Cæsarææ Phi-
 lippi*. Et Marcus, viii, 27 : *Et egressus est Jesus, et
 discipuli ejus in castella Cæsarææ Philippi*. Hanc ur-
 bem prope Jordanis fontes Philippus tetrarcha vel
 condidit, vel ornavit, et a Tiberii Cæsaris nomine
Cæsaræam vocavit. Postea Juvenus sic eadem civi-
 tatem memorat vers. 258 : *Clara Philippæo quæ
 pollent nomine rura*. Hoc loco plurale *Philipporum*
 pro singulari *Philippi* posuit, nisi malis emendare
Arva Philippæa, sociisque. Solemne erat poetis hujus
 temporis vocalem brevem producere ratione solius
 cæsurae : quod magis nunc in ipsis deprehenderetur,
 nisi librarii audaces, hujus consuetudinis ignari,
 plures versus corrupissent.
239. *Vobis, a vobis* : quod familiare est Juvenco.
 242. Audiamus evangelistam Matthæum : *Qui dixit
 illis : Intuemini, et cavete a fermento Pharisæorum et
 Sadducæorum. At illi cogitabant intra se dicentes :
 Quia panes non accepimus. In ms. Corb. 1 : At illi
 cogitabant intra se dicentes : Ideo hoc dicit, quia panes
 non attulimus. Evangeliarium vetus Tridentinum :
 Tunc reputabant apud se dicentes : Quia panes non
 emimus. Juvenus, ut explicet fermenti Pharisæorum
 nomine discipulos intellexisse panem, quem exhibe-
 bant, aut fortasse vendebant Pharisæi, addit, *Illa...
 admiscent escis, falluntque in nomine panis*. Idem est
 autem in nomine panis ac in pane. Badius reponit :
 Diceret sub nomine, nisi versus vetaret. Sed Juven-
 cus promiscue usurpat in pro sub, et sub pro in.*

Prohl quam parva fides, sensu torpente, fa- A
[tiscit!

215 Dicitis adversi, navi quod tollere panes

263 Non fuerit vobis vacuum, farrisque ca-
[vendas

Insidias jubeam : meminisse et scire putabam,
Quod panes quinque plebis mihi millia quinque
Implerint dapibus, cophinisque superflua tantis

450 Fragmenta ad cumulum fuerint collecta ciborum
Quattuor et rursum cœnantum millia panes
Quod facile implerint septem, sportasque referri

Vidistis rursus completas relliquiarum.

264 Sed moneo istorum semper fermenta ca-
[vere.

255 Discipuli tandem, vitalia verba secuti,
Doctrinam cernunt fermenti nomine dictam.

Inde ubi perventum liquidi per terga profundi
Clara, Philippæo quæ pollent nomine, rura,
Cogit concilium sectantum discipulorum,

260 Et quærit quem se populorum fama putaret.
Respondent, multas plebis tunc esse loquelas :
Crebrius audisse, et multos firmare, quod esset

LECTIONES VARIANTES.

244. Reg., Octob., Rom., *Pro qua*; et glossa Reg., *pro qua cunctatione*. Sic etiam Hadam. edidit. Ald., Daventr., *Pro quo*. Fabr., Poelm., *Proh quam parva*. Pro torpente, mendose, Ott. *torpenti*. Idem Ott. scribit *fatescit*, pro *fatiscit*. In Rom., *facessit*; error videtur pro *fatescit*, vel *fatiscit*.

245. Reg., Rom., Torn., *adversi*. Ott. cum Ald., Hadam., Poelm., Daventr., *aversi*. Reuschius, *aversi*, sed eundem sensum agnoscit in *adversi*. Mente, ac cogitatione *aversi*, *adversi*, vel alieni erant a navigio. Quod si cum Parisina distinguatur *aversi*, *navi*, tunc quidem *navi tollere panes* erit *panes in navem inferre*. Badius interpretabatur *adversi navi*, appliciti ad navem : Schœtgenius *adversit*, ad vos invicem. Matthæus ait : *At illi cogitabant intra se dicentes : Quia panes non accepimus*. Potest explicari *Dicitis adversi*, hoc est, *Dicitis adversus animis*.

248. Mss. nostri Reg., Rom., Octob., *Quod panes quinque plebis mihi millia quinque*. Hæc est genuina lectio, producta ultima in *quinque* vel ratione cæsurae, vel potius quia muta et liquida in dictione proxima sequenti vim habent producendi, aut communem efficiendi vocalem brevem dictionis præcedentis. Id non intelligentes librarii alii aliter mutarunt. Poelm., in textu, Torn., Hadam., Fabr., *Quod panes quini* C *plebis mihi millia quinque*. Poelm., pro d. s., Ald., Daventr., Bas. : *Panes quinque mihi plebis quod millia quinque*.

249. Rom., Octob., et, a pr. m., Reg., *Implerent*: editi, *Implerint*. Sensui congruentius est *Implerint*.

252. Rom. *Quod facile implerent quinque sportasque referri*. Vera lectio est *septem*, non *quinque*: mentio enim nunc fit de septem panibus, qui in quattuor millia hominum suffecerunt. *Implerint* etiam hoc loco retinendum cum plerisque.

255. Rom., *completa*: emenda *completas*.

254. Rom., *caveri*; Reg., Ott., *cavere*; editi, *cavenda*.

257. Reg., Ott., *perventum liquidi*, Rom. cum editis, *perventum est liquidi*.

258. Reg., Ott., a pr. m., Rom., *quæ*: videlicet *perventum est rura pro ad rura*. Vide l. 1, vers. 291, et h. l. vers. 581. Ex editis Ald., Bas., Daventr., *quo*; Hadam., Fabr., Poelm., *qua*, quod etiam in Ott., a sec. m., exstat, et Badius explicat *qua parte*. Idem Ott., *pollent*, quod mendum recte emendatum ibi est *per pollent*.

259. Torn., minus bene, *consilium*, pro *concilium*.

260. Rom., *quem discipulorum fama putarent*: reliqui, *quem se populorum fama putaret*, quod probum est.

261. Torn., male, *Respondens*. Reg. et Ott., *Respondent multi*; et glossa Reg., *multi—discipulorum*. Sed aptius huic loco est *multas* cum Rom. et editis. In Ott. ex *plebes* recte factum *plebis*.

NOTÆ.

¶ 246. *Vacuum fuerit*, vacaverit. Tacitus, *Histor.*, c. 58 : *Subacto orbe, et æmulis urbibus, regibusve excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit*. Sallustius, apud Gellium, l. ix, c. 12 : *Postquam, remoto metu Punico, similitates exercere vacuum fuit*. Martianus Capella, libr. 1 : *At præscire deis vacuum fuit*. Elegantiâ non protracta, ait Kœnigius.

247. De fermento, seu pane Pharisæorum, dicebant intra se discipuli : Locutus est Dominus, quia panes nondum attulimus, ut scilicet cum eos ememus, caveamus ab insidiis Pharisæorum. Jesus vero eos reprehendit, quod animus in panes intenderent, ut neque verba ejus intelligerent, neque meminissent, paulo ante quinque panes millia quinque plebis implevisse, etc. Non ergo de panibus tantopere solliciti esse debebant.

249. *Cophinus*, vas magnus vineum, videtur in magao usu fuisse apud Judæos, de quibus Juvenalis, sat. 3, vers. 14 : *Quorum cophinus, senumque supellex*; et sat. 6, vers. 512 : *Cophino senoque relicto*. Onesivius advertit, in priori miraculo, a Matthæo et Marco *cophinas* nominari, in hoc secundo *sportas*.

255. *Compleo* cum genitivo. Vide lect. var., ad vers. 90 h. l. Usi hoc verbo sunt cum genitivo Cicero et Lucretius.

254. Matthæus, loc. cit. : *Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis? Cavete a fermento Pharisæorum et Sadducæorum?*

255. *Secuti*, assecuti: verbum simplex pro composito.

257. CAPUT X. *Petrus post confessionem, qui Christus Dei esset Filius, beatus appellat Jesus. Hinc dicto, ne vellet sua membra cruciatibus affici, dure increpat, dicens, Vade retro, Satana*. Matth. xvi, 15 seqq.; Marc. viii, 27; Luc. ix, 18; Joann. vi, 69. Ut alibi sæpe dicit *terre per terga*, sic nunc *per terga profundi*, sive maris. Confer comment. ad Prudentium, præfat. libr. ii, contra Symmach., vers. 43 : *Tergum per tumidum freti*. Intelligit autem Juvenens Christum ad regionem Cesaræe Philippi pervenisse per Jordanem et lacum Semechon, et idiotismo proprio Hebræorum mare, sive profundum, vocat quamlibet paulo majorem collectionem aquarum.

262. Cur Juvenens ait, *Crebrius audisse* . . . *quod esset Joannes Baptista*? Matthæus ait : *At illi dixerunt : Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam*, etc. Verum in nonnullis exemplaribus versionis Italæ legitur : *At illi dixerunt : Joannem Baptistam, alii autem Eliam*, etc. Evangeliarium Tridentinum : *Illi autem dixerunt : Joannem Baptistam, alii Eliam*, etc. Simili modo id effertur Marcus et Lucas, qui propterea videntur significare, communiorē hanc invaluisse opinionem, Christum esse Joannem Baptistam. Vigebat quippe apud Judæos doctrina de metempsychosi. *Firmare* hic positum est pro *affirmare*: verbum simplex pro composito, ut *verbo pro verbo*. Eandem significationem verbo *firma* tribuunt Hirtius, Palladius, Tacitus, ut alios omittam.

Justus Joannes, populus qui flumine lavit.

265 Pars memorat volueris famæ sibi cognita
(verba,

265, Eliam venisse iterum, quem præpete curru
Turbine celesti quondam simulata quadrigis
Astris inseruit rapidæ vis fervida flammæ.
Jeremiam dixere alii, pars esse prophetam.
Tum Christus, cunctis arridens pectore blando,

270 Conquirat, quæ sit sententia discipulorum.

Sed stabilis Petrus: Tu Sancti Filius, inquit,

266 Christus, magnifico terras qui lumine com-
(ples.

Tum Dominus forti respondit talia Petro:

Petro, beatus eris: nam talis pendere certe

A 275 Humanus sanguis, vel, terræ portio, corpus
Haud umquam poterit. Genitoris munera sola
Possunt tam validum fidei com edere robur.

Tu nomen Petri digna virtute tueris.

Hac in mole mihi, saxique in robore ponam

280 Semper mansuras æternis mœnibus ædes.

Infernis domus hæc non exsuperabile portis

Claustram perpetuo munitum robore habebit:

Cælestisque tibi claves committers regni

Est animus, terrisque tuo quæ nexa relinques

285 267 Arbitrio cælo pariter nodata manebunt;

Solverit et rursus tua quæ sententia terris,

Haud aliter venient cæli sub sede soluta.

Sed vos discipuli Christum me dicere cunctis

LECTIONES VARIANTES.

264. Ald., Bas., Pars trepidat memori servans oru-
cula mente. Mss. nostri cum Hadam., Poelm. et
aliis, Pars memorat volucris famæ sibi cognita verba.
Torn. utrumque versum conjunxit, prius Pars me-
morat, tum Pars trepidat. Badins omisit Pars memo-
rat, plaudentibus Omeisio et Schœtgenio. Reus-
chius utrumque versum Juvenci esse arbitratur.

265. In Rom. rerum, me. dum pro iterum: id enim
a metro exigitur. Reg., Ott., præpete curru, quod
placet. Editi cum Rom., præpete cursu.

268. Ott., Jeremiam dixere alii apparuisse prophe-
tam. Reg., Rom., cum editis, Jeremiam dixere alii:
pars esse prophetam. Posset sustineri scriptura Ott.,
contractis in apparuisse tercia et quarta vocali per
synæresin. Verum lectio communis comprobatur
Matth. xvi, 14: At illi dixerunt: Alii Joannem Bapti-
stam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum
ex prophetis.

269. In Aldo Tu Christus error est, in Basileensi
etiam editione exscriptus, quem tamen ipse Aldus in
Erratis jam emendaverat. Reg., cunctos affatus: alii,
cunctis arridens.

273. Mss., respondit, cum pluribus editis. Hadam.,
Poelm., respondet. In Reg. forte bene correctum est
per forti.

B 276. Ott., poterint; fortasse librarius voluit pote-
runt, quod non male esset pro poterit.

279. Reg., Hac mole, apte correctum per Hac in mole.

281. Omeisius rejicit inferni, quia infernum sub-
stantive pro carcere damnatorum minus recte dicitur.
Fabricius et Sabatierius ediderunt Inferni: quod
vocabulum substantive reperit in Latina veteris
versionis mss. Corb. 2, et Germ. 2, et apud Hilarium
in hunc locum. Observandum ex Cellario verbo infer-
nus, tutius esse infernum substantive neutro more,
quam infernus masculino, quamvis hoc etiam Chris-
tiani veteres passim usi fuerint.

282. Reg., Rom., robur habebit, sed in Rom. fuit
robora a pr. m. Reliqui, robore habebit. Probabilis est
lectio robur habebit, si ita interpungas, Infernis domus
hæc non exsuperabile portis — Clastrum, perpetuo
munitum robur, habebit.

283. Ald., permittit pro committere.

284. Ott., relinquit; melius Reg. cum multis edi-
tis relinques. Rom. cum Ald., quæ nexa manebunt.

C 285. Ott. cæli: lege cælo cum Reg., Rom., Da-
ventr., Ald., aut cælis cum Hadam., Poelm., Fabr.
In Rom., nudata; erratum est pro nodata.

286. Reg., at: alii mss. et editi, et.

287. Ott. cælesti sede; cæteri cæli sub sede.

NOTÆ.

263. Lavis aliquando est in præsentis a lavo, lavis,
et tunc corripitur prima, aliquando in præterito per-
fecto a lavo, lavas, vel etiam a lavo, lavis, et tunc
producit. Exempla utrinque obvia sunt.

266. Simulata, assimilata. Vide not. ad l. ii vers.
348, et l. i vers. 394.

267. Vis flammæ pro flamma. Vide not. ad l. i
vers. 478, et Gifan. Indic. Lucret. verbo Vis morbi.

269. Arridens, placidum vultum ostendens. Chris-
tum aliquando risisse non legitur, ait Kœnigius.
Sed neque ex Juvenco colligitur risisse.

271. Stabilis Petrus: innuit catholicam expositio-
nem verborum Domini: Tu es Petrus, et super hæc
petram ædificabo Ecclesiam meam, ut super Petrum
ædificata Ecclesia esse intelligatur. Evangeliarium
Tridentinum apertius: Tu es Petrus, et super istam
petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferorum
non vincunt eam. Poeta addit forti Petro, et clari-
us, cum ad rem ipsam aggreditur: Tu nomen Petri
digna virtute tueris, — Hac in mole mihi, saxique in
robore ponam — Semper mansuras æternis mœnibus
ædes. Sic etiam libr. i, vers. 458: Præsolidumque Si-
mon, dignum capite Petri. Omeisius exponit:
Super fidem, et confessionem ponam, etc. Juvencus
clare ad personam Petri refertur. Ex orationibus Eec-
lesiæ ac precibus liturgicis hujus interpretationis

veritatem demonstravi in Comment. ad Prudentium
hymn. i Cath., vers. 65. Idem argumentum egregie
pertractat eminentissimus cardinalis Gerdil in Opere
Confutazione di due libelli diretti contro il breve, Su-
per soliditate, etc., quo novatorum cavillos invictis
argumentis ac mirabili theologia gravitate refellit,
penitusque di-jicit.

275. Kœnigius docet Rabbinicam hanc esse de-
scriptionem hominis, Caro et sanguis.

277. Supra vers. 119: Quæ validum fidei gestabant
æquora robur. Confer notam.

279. Robur saxi pro saxo, ut robur fidei, et libr. i
vers. 478, Membrorum robora. Confer notam.

282. Perpetuo robore, quia portæ inferi non præva-
lebunt adversus eam. Porte robore firmæ censeban-
tur. Ovidius l. ii Amor., el. 1: Carminibus cessere fo-
res: insertaque posti, — Quamvis robur e. at, carmine
vicia sera est.

285. Nodata, ligata in nodos. Hoc verbo Virgi-
lius, Ovidius, pluresque alii antiqui usi sunt.

287. Venient soluta, erunt soluta. Locutio poetica
Propertii familiaris, ut notat Scaliger l. ii, el. 1, vers.
2: Unde meus v. at. mollis in ore liber. Marius Victor
Præfat. carm. in Genes.: Nec tam n. arbitrii natura,
in utrumque valentis. — Accusanda venit nobis.

- Parcite, quo soli cognoscant talia digni. A
 290 Jam lux adveniet properis mihi cursibus in-
 [stans,
 Mœnibus in Solymis rabies cum prona fu-
 [rore
 Eximios vatam saturabit sanguine nostro.
 Ast ubi lucifluum reddet sol tertius ortum,
 Consurget radii pariter redimita salutis
 295 Vita mihi, cunctisque dabit sua munera terris.
 Tum Petrus, magno percussus corda dolore:
 Absint, Christe, tuis, inquit, tam tristia san-
 [ctis
268 Monstra procul membris; nec fas est cre-
 [dere tantum,
 Nec tibi tam durus poterit contingere casus.
 300 Christus ad hæc: Procul hinc, inquit, procul B
 [effuge, dæmon,
 Nil divina tibi mentem prudentia tangit,
 Sed terrena sapis, mollique timore tremiscis.
 Sed si quis vestrum vestigia nostra sequetur,
 Abneget ipse sibi, corpusque animamque recu-
 [sans,
 305 Atque crucem propriam comitatibus addere
 [nostris
 Gaudeat, amissam redimet cui gloria vitam.
 Nam servata perit terris possessio lucis.
269 Sed quid proficient sæcli mortalia lucra,
 Si damnun pariant vitæ, lucisque perennis?
 310 Vel quæ digna queunt animæ commercia poni?
 Filius huc hominis veniet sub nomine Patris,
 Cœlestesque illum fremitu comitante ministri
 Stipabunt, reddetque hominum sua debita
 [vitæ.
 Vera loquor: certos isthic sub limine lucis

LECTIONES VARIANTES.

289. Ott., Had., Poelm. in textu quod: plerique quo. Rom. digna, corrige digni.
 291. Rom. in textu, Ottob., Hadam., Poelm., prona, quod a Reg. et Daventr. indicatur in nexu litterarum. Ald., Bas., Rom., ad marg. prod. s., plena, quod Kœnigio magis arridebat. Badius prona exponit percita.
 293. Non dubium, quin legendum sit lucifluum, non lucistuum, quod videtur fuisse a pr. m. in Reg., et ab Hadam. et Poelm. editum est, uti etiam a Reuschio. Sic l. iv. vers. 119: Testem lucifluo sanctæ sermone salutis. Fabricius versus hunc ita depravatum excudit: Ast ubi sol reddet tertius lucifluum ortum.
 296. Rom., Reg. a sec. m., Ald., Poelm., percussus. Ott., percussus, quod fortasse fuit in Reg. a pr. m. Memum videtur in Torn., perpulsum. Rom., Ott., Hadam., Poelm., corde, quod in Reg. etiam a pr. m. opinor fuisse. Nunc in Reg. est corda, et glossa per corda. Ald., Fabr., Torn., Daventr., Bas., corda. Reuschius prætulit percussus corda. Ott., pavore, et pro d. s. dolore, quod reliqui nobis exhibent.
 298. Rom., nefas est: lege, ne metrum corumpas, nec fas est.
 300. Mss., cum præstantissimis editionibus, Christus ad hæc: Procul hinc, inquit, procul effuge, dæmon. Sed in Rom. est inquam in textu, ad marg., inquit. Hadam., Poelm., Christus ad hæc inquit: Procul, o, procul effuge, dæmon.
 301. Mss. et plerique editi, Nil divina tibi, sed in Reg. Non pro Nil. Ald., Bas., Nil divina tuam. Poelm. in textu, Nil divina tibi, pro d. s., Nil tua divinam. Reuschius tuetur Nil divina tibi: quæ syntaxis alibi occurrit apud Juvencum.
 302. Reg., Ott., tremescis; Rom. cum aliis, tremiscis.
 303. Rom., Ald., Bas., At siquis; alii, Sed siquis, quod durius est, sed tenendum.
 304. Editi, Abneget hic sese. Mss. nostri Rom., Reg., Ott., Abneget ipse sibi. Id teneo, quamvis melius fortasse esset, Se neget ipse sibi. Matth. cap. xvi in versione Itala ex ms. Colb.: Siquis vult venire post me, abneget se sibi; sic alii mss. veteres et Patres, abneget seipsum sibi, abneget semetipsum sibi, neget se sibi. Evangeliarium Tridentinum: Deneget se sibi. In Juvenco corpusque, animamque ponitur pro seipsum, et est accusativus pro verbo abneget, et participio præsentis recusans, ut vers. 425 occurrit similis locutio. Vide etiam libr. i, vers. 65, 341; l. ii, vers. 258, 752; l. iii, vers. 79, 139.
 307. Torn., locis: emenda, lucis.
 308. Reg. Rom., Ottob., cum multis editis, profcient. Hadam., Poelm. in textu, profcient. Poelm. pro d. s., Daventr., Commoda sed quid erunt.
 309. Ott., Rom., Ald., subeant, pro pariant in Reg. et aliis. Reuschius, si legatur subeant, exponi vult, subire faciant possessores suos. Ott., Rom., lucis vitæque perennis: cæteri vitæ lucisque perennis.
 310. In Rom. videtur factum queant ex queunt; alii omnes, queunt.
 313. Mss. et plures editi, hominum; in Reg. a pr. m. fuit hominem, mendose Hadam., Poelm., homini.
 314. Ott., isthic pro isthic. Rom., Reg., sub lumine lucis. Ott., sub limine lucis, sed a pr. m. fortasse scriptum fuit sub lumine. Editi, sub nomine lucis; Fabricius vero, sub limine lucis. Verba Matthæi xvi, 28, sunt: Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, etc.

NOTÆ.

292. Textus sacer habet, Multa pati a senioribus, et scribis, et principibus sacerdotum. Ad vers. 39, l. i, observavi sacerdotes a Juvenco vates appellari.
 297. Matthæus: Absit a te, Domine: non erit tibi hoc. Arabica versio: Absit tibi, Domine, ut fiat tibi hoc: cui accedit Juvencus. Evangeliarium Tridentinum: Propitius esto, Domine: non erit tibi istud. Præpositio a plerumque exprimitur, ut absint a tuis membris; sed nonnumquam omittitur, cum insit verbo ipsi absum.
 298. Nec fas est credere tantum. Virgilius l. iii Georg., vers. 391: Si credere dignum est.
 300. Vide Prudentium hymn. 6 Cathem., vers. 137: Procul, o, procul vagantem, etc.
 303. CAPUT XI. Debere unumquemque tollere crucem suam, et sequi Dominum. Item non morituros quosdam, donec videant Filium hominis. Matth. xvi, 24 seqq.; Marc. viii, 39; Luc. ix, 23, etc.
 305. Propriam, suam, ut veteres frequentius dicebant. Nam proprius est pertinens ad aliquem solum, peculiaris. Sextus Rufus, Ammianus Marcellinus, alique ejusdem temporis proprium pro suo usurparunt, poetæ etiam boni, Horatius, Lucretius, Ovidius.
 310. Matthæus: Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?
 311. Sub nomine pro in nomine.
 312. Fremo, et fremitus in plausu et lætitia nonnumquam usurpantur. Virgilius l. viii, vers. 717: Lætitia, ludisque viæ, plausuque fremebant; et l. v vers. 148: Tum plausu, fremituque virum, studiisque faventum — Consonat omne nemus.

- 315 Inveniam, cœli fulgens cum regna capessam. A
 Hæc ubi dicta dedit, passus, bis terna dierum
 Lumina convexo terras transcurrere cœlo,
 Tum secum jubet abruptum conscendere mon-
 [tem
 Petrum, Zebedeique duos per devia natos.
- 320 270 Inde ubi perventum secreti montis in
 [arcem,
 Continuo Christus faciem fulgore corusco
 Mutatur, vestisque nivis candore nitescit.
 Respiciunt comites, mediumque assistere san-
 [ctis
 Eliæ, Mosique vident. Tum talia Petrus :
- 325 Respice, num nobis potius discedere longe,
- An isthic tantæ spectacula cernere molis
 Conveniat : trina tamen hic tentoria vobis,
 Si jubeas, frondis faciam diversa paratu,
 Singula sub noctem quæ vos aula receptent.
- 330 Talia dum loquitur, cœlo præfulgida nubes
 271 Circumjecta oculis vestibat lumine mon-
 [tem,
 Et vox e medio lucis manifesta cucurrit :
 Unicus hic meus est Natus, mea sola voluntas ;
 Hujus justitiam justo comprehendite corde.
- 335 Discipuli pavido presserunt corpore terram.
 Nec prius e prono vultus sustollere casu
 Audebant, sancto Christi nisi dextera tactu
 Demulcens blandiss firmasset pectora verbis :

LECTIONES VARIANTES.

- Itaque vera lectio videtur *sub limine lucis*, ut libr. II, vers. 654 : *Lucisque vicens ad limina*. Et potest id intelligi de sine ipso vitæ, ut apud Apuleium libr. XI Metam., post med. : *Transactis vitæ temporibus jam in ipso finitæ lucis limine constitutos*. Matthæi textum alii de exortu Evangelii, alii de gloria ascensionis : item alii de Joanne Evangelista, alii de undecim apostolis exponunt : nonnulli de Transfiguratione, quæ paulo post secuta est.
317. Plerique *converso* : Ott. pro d. s., Fabr., *converso*, quod ex codice Helmst. magis arrisit Reuschio. In Rom. mendum *connexo* indicat etiam *converso*. Vide supra v. 224.
320. Reg., Ott., *perventum secreti* : ut v. 257 h. l. : *Inde ubi perventum liquidi*. Rom., cum editis, *perventum secreti est*. In Ott. et, ut videtur, in Reg. scriptum fuit *secreti in montis*, sed postea deletum in.
321. In Ottob. a pr. m., nisi fallor, exaratum fuit *facie*, a sec. m., *faciem* : quæ est vera lectio per Græcismum usitatum.
322. Rom., *vestis niveo*; reliqui, *vestisque nivis*.
324. Ott., *Mosique*; Rom., *Moysique*; alii, *Mosique*.
326. Mss. et plerique editi, *An isthic*. Torn., Poelm., Hadam., *Anne isthic*, quod fortasse ab aliquo factum, ne *an* produceretur : posse autem *an*, et similia monosyllaba, quæ brevia censentur, aliquando produci, ostendi ad libr. II, vers. 517.
327. Reg., *trino tamen hic tentoria vobis*, et glossator indicat *trino apparatu*. Ott., *baventr.*, Ald., Bas., Westh. in textu, *trina tamen hic tentoria vobis*, producto scilicet a *trina* ratione cæsurae. Hadam., Poelm., Fabr., Westh. ad marg., Torn., *trina tamen hic tentoria vobis*. Rom., *tamen hic vobis tentoria trina*.
328. Reg., *frondes*, bene correctum per *frondis*. In Ott. mendose, *diverso paratu*, quod mendum erat
- B etiam in Reg., sed in hoc emendatum fuit per *diversa paratu*. Error quoque videtur esse in Ott. *fronde faciam pro frondis faciam*.
329. In Ottob., *sub nocte*, et in Rom. *receptant* corrige per *sub noctem*, et *receptent*.
331. Reg., *vestiebat*, quod ita fortasse scriptum fuit in Ott. Editi plerique cum Ott. a sec. m., Rom., *vestibat*. Daventr., Poelm. pro d. s., *condebant*. Probum est *vestibat* pro *vestiebat*. Virgilius : *Tum mihi prima genas vestibat flore juventa*.
333. Ald., Bas., Westh. in textu, *Vivens hic meus est*. Alii editi, Westh. ad marg. cum inss. nostris, *Unicus hic meus est*. Ald., Bas., Poelm. pro d. s., Torn., *voluptas*. Mss. nostri cum aliis editis, *voluntas*; et glossa in Reg., *in quo mihi bene complacui*. Etsi *voluptas* videatur magis proprium, tamen auctoritatem mss. exemplarium sequamur, præsertim quia ad voluntatem pertinet, quod dicitur, *in quo mihi bene complacui*. In primo hemistichio sine dubio potior est scriptura codicum mss., nam verbum *Unicus* exprimit, quod in Evangelio dicitur, *Hic est Filius meus dilectus*, aut *dilectissimus*, ut in versione antiqua ex codice Colbert., vel *charissimus* ex codice Corb. I. Evangeliarium Tridentinum : *Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi*.
337. Rom., *ni*; Reg., Ott. cum nonnullis editis, *nisi*. Poelm. pro d. s., Ald., Fabr., Bas., Torn., *quam*. Equidem bene Latinam existimo hanc loquendi rationem, *Nec prius audebant, nisi dextera firmasset*, etc. Non sunt certe omnino similia, sed tamen non sunt valde dissimilia hæc : Cæsar libr. I Bell. Gallic., cap. 34 : *Non posse ejus imperia diutius sustineri, nisi quid in Cæsare sit auxilii*. Alii alio modo interpungunt. Horatius lib. I, sat. 5, vers. 79 : *Numquam erepsemus, nisi nos vicina Trivici — Villa recessisset*.

NOTÆ.

316. CAPUT XII. *Transfigurasse se Jesum in monte*. Matth. XVII, 1 seqq.; Marc. IX, 1; Luc. IX, 28.
317. *Lumina bis terna dierum*, positum id est pro sex diebus.
323. *Assistere*, adesse : eodem modo libr. I, vers. 617 : *Et precibus gaudii gaudent assistere turbas*.
325. Matthæus : *Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum : Domine, bonum est nos hic esse : si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliæ unum*. Juvencus id amplificat : sed cur ait, *Respice, num nobis potius*, etc.? Fortasse interrogative legebat, *Domine, bonum est nos hic esse?*
328. *Paratu*, apparatu. Val. Flaccus l. II, vers. 652. *Mensæque paratu — Regifico*.
330. *Præfulgidus* solius Juvenci auctoritate a For-
- cellino inter verba Latina collocatur. Omeisius eam vocem tribuit etiam Julio Firmico. Latini *præfulgens* potius dicunt.
331. *Vestibat lumine montem* : elegans metaphora. Virgilius l. VI, vers. 640 : *Largior hic campos æther et lumine vestit — Purpureo, solemque suum sua sidera norunt*. Adde Lucretium l. II, vers. 142 : *Conversire sua perfundens omnia luce*.
332. Libr. I, vers. 396 : *Tum vox missa Dei longum per inane cucurrit*.
333. *Unicus*, unigenitus, adeoque impense, et ante dilectus.
336. *Prono*, quo proni ceciderant in faciem suam.
338. *Demulcens firmasset pectora* : idem accusativus a duplici verbo regitur, ut sæpe vidimus.

Surgite, et abjectum fortes calcate timorem, A
 340 Nec cuiquam præsens pandatur visio vobis,
 272 Ni prius huc hominis soboles speciosa
 [reportet
 273 In lucem referens mortis de sede tropæa.
 Consurgunt, solumque vident, et voce requi-
 [runt,

Cur scriptis veterem Scribarum factis cœlet,
 345 Eliam primum cœli de sede reverti
 In terras, Christique dehinc consurgere lucem.
 Christus ad hæc : Veniet certo sub tempore
 [justus
 Elias, reddens mox omnia debita sæclo.
 Sed si quis credit, jam venerat ante renascens,

LECTIONES VARIANTES.

340. *Qui.*, vetus codex post vers. *Surgite* illico exprimit hunc *Nec cuiquam*, omisso quovis alio versu : sic etiam edidit Ald., et Bas. Alii inter versum *Surgite* et *Nec cuiquam* inserunt alium versum, quo hæc eadem sententia continetur, *Nec cuiquam præsens pandatur visio vobis*. Variant autem mss. codices, et editiones in hoc versu intrudendo. Reg., Rom., *Horomatis hujus expertes facite cunctos*. In Reg. est glossa : *Horomatis* — oraculi, vel visionis ; in Rom. scribitur *Horromatis*. Versus ita expositus absonus est, et exlex, adeo que Juvenco indignus. Alii ergo alio modo reformarunt. Poelm. pro d. scripti., *Oramatis hujus expertes reddite cunctos*. Torn., *Horamatis hujus expertes vos reddite cunctos* : omitti debet vos, ut versus constet. Fabricius, Davent., Poelm. in textu, Hadam., *Gloriæ et hujusce expertes vos reddite cunctos*. Beda Retract. in Act. Apost. cap. ix, vers. 11 et 12 : *Ecce enim orat : et vidit ritum Ananiam*, sic ait : *In Græco habetur ita : Et vidit in visu virum, hoc est, in opâpati, quod nomen et Juvencus presbyter in evangelico carmine posuit dicens : Horomatis hujus expertes reddite cunctos*. Labbens De script. cœlest. ubi de Juvenco agit, observat hanc lectionem a vulgata versione abesse, scilicet a plerisque vulgaris editionibus Juvenci, qua imperitus librarius, aut temerarius corrector, cum dictionem *horamatis* eum ignoraret, in *gloriam* vertere voluit, quam in luto herere. Schœttgenius etiam putat Juvencum retinuisse *horamatis* verbum ex textu Græco. Contra Omeisius et Joach. Kuhniius in litteris ad Kœnigium datis hunc versum tanquam spurium rejiciunt, quem in suo codice non existere affirmat Kuhniius. Quod autem is asserit, editionem Antonii Nelrissensis, quæ prima cum enarrationibus suis dedit Juvencum, e margine in textum hunc versum recepisse, id falsum omnino esse, ostendi in Prolegom. n. 71, cum nulla quidem existerit editio Juvenci cum enarrationibus Nelrissensis. Magnum profecto pondus ex auctoritate Bedæ accedit huic versui *Horomatis hujus expertes reddite cunctos*. Nihilominus censeo, eum spurium esse, et ante Bedæ tempora in aliquos codices irrepsisse. Cum enim hæc vox *horama* bonis Latinitatis auctoribus ignota sit, et sequiori ævo apud monachos frequen-

ter usurpata appareat, æquum est coniecere, aliquem glossatorem versum Juvenci, *Nec cuiquam præsens pandatur visio vobis*, ita explicuisse : *Horomatis hujus expertes reddite cunctos*, aut, si versum noluit componere, *facite cunctos*. Procedente tempore hic versus simul eum altero genuino in textum intrusus est ; et cum ea dictio *horama* minus postea fuisset usitata, aliqui clarius rescripserunt : *Gloriæ et hujusce expertes reddite cunctos* : ex qua mutatione etiam lit, ut expressa mentio visionis in utroque versu non occurrat. *Horama*, vel potius *orama* sine aspiratione ab scriptoribus infimi ævi diverso quantitalis intervallo effertur. Aldhelmus de Laude virg., cap. 26 : *Orama per noctem cernebat rite supernum*. Gualdo monachus Corbeiensis in Vita S. Auscharii, cap. 16 : *Pæna mali vindex fuit hujus oromatis index*. Nonnulli scribebant *orama*. De hujus vocabuli usu apud scriptores medii, et infimi ævi Ducangium plura profert ex passione SS. Perpetuæ et Felicitatis, ex Vita S. Willebrodi, ex S. Gerardo, ex Rodolpho Tortario, ex Ugutione, ex Olberto Abbate Gemblac., ex Fulcino, ex Fridogedo, et Ermenrico. De versu vero, qui vere Juvenci est, hoc notandum, mirifice eo explicari verba Matth. xvii, 9 : *Nemini dixeritis visionem*. Hæc eadem dictio *visio*, aut *vi um* in aliis veteribus versionibus sacræ Scripturæ reperitur, in nulla autem earum *orama*.

345. Mss., cum plerisque editis, *solumque vident, et voce requirunt*. Hadam., Poelm. in textu *solidumque vident*. Poelmann. pro d. s., Westh. in textu, *solumque videntes voce requirunt*. Westh. ad marg., *solidumque videntes voce requirunt*. Reuschius coniecit *solumque vident*, hoc est, solita specie, sueta figura. Sed sacer textus aiud suadet Matth. xvii, 8 : *Levantes oculos neminem viderunt, nisi solum Jesum* : quod paulo ante dictum, sed a Juvenco hoc loco opportune refertur.

344. Rom., *sanctio* : lege *factio*, ut sæpe alibi hoc vocabulum occurrit.

347. *Qui.*, certe ; alii, certo.

348. Westh. in textu *cælo*, ad marg. *sæclo*. Reuschius *cælo* cum Badio reciperet, si quidem codices hanc lectionem firmarent : nam propius ea accedit ad textum Græcum.

NOTÆ.

339. *Abjectum*, ab effectu ; qui eos abjecerat.

340. *Vobis pro a vobis* : phrasid Juvenco valde familiaris.

341. *Huc*, in Galilæam, exponit Schœttgenius ex Marc. xvi, 7 : *Quia præcedit vos in Galilæam : ibi eum videbitis*. Melius tamen interpretabimur *huc*, in orbem terrarum, in terras, ut hæc ab inferis distinguuntur.

342. Idem accusativus *tropæa* cum duobus verbis *reportet referens*, ut nuper observabam.

344. *Mattheus* : *Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes : Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oportet primum venire ? Marcus : Et interrogabant eum, dicentes : Quid ergo dicunt Pharisæi et Scribæ, quia Eliam oportet venire primum ?* Hæc nempe erat seniorum traditio, quam Juvencus vocat *scripta veterum*, ut h. l. vers. 136 *præcepta veterum*. Hanc traditionem Judæorum sic exponit Trypho in Dialogo cum Justino Martyre : *Christus siquidem natus est, et alicubi existat. Ignotus est, ac ne ipse quidem seipsum scit, neque potestate aliqua prælitus*

D est, donec adveniens Elias illum unxerit et manifestum omnibus reddiderit. Putabant etiam Eliam ante Christum omnia restitutum in meliorem statum. Hinc discipuli, cum vidissent Eliam protinus evanuisse, interrogabant, cur Scribæ ex traditione seniorum adventum Messie post Eliæ adventum docerent.

346. *Christi lucem*, Christum in carne manifestatum, qui vera lux est mundi. Libr. iv, vers. ult : *Per Dominum lucis Christum*.

347. Ante secundum Domini adventum Elias restituet omnia : quo spectat propheta Malachia iv, 5 : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis*. Reuschius *sæclo* accipit pro hujus vitæ conditione, vel pro hominibus in sæculo viventibus.

349. *Renascens* : Omeisius vel pro simplici *nascentis* accipit, vel metempsychoseos semina agnoscit, quam certe ut in Juvenco agnoscamus, nulla nos cogit ratio. Nihil enim aliud exprimit, nisi venisse Joannem in virtute Eliæ (ex cap. i Luca, vers. 17,

- 350 **274** Ignotum veluti rabies quem caeca furoris A
Demersit letho; mox sævior altera sedes
En hominis nato trucibus laniatibus instat.
Hæc ait, et populum repetit, montemque re-
[linquit.
Ecce sed inflexis genibus, stetuque solutus
- 355 Vir senior, precibus Christum veneratus adorat:
Davidis soboles, hominum lumenque salusque,
Te precor, horribilem nati de corpore morbum
Proturbes, reddasque seni solatia vitæ.
Nam cursus lunæ natum mihi dæmonis arte
- 360 Torquet, et in liquidas dejectum projicit undas,
Aut miserum liquida projectum volvit in igni.
Nam tua discipuli sectantes jussa, frequenter
Connixi, nulla in solidum mihi dona dederunt.
- 275** Tum Christus, magno commotus corda
[dolore:
365 O gens nullius fidei, gens effera semper,
En etiam patiar, vobiscum me fore terris?
Sic ait, et puerum mandat perferre parenti
Ante suos vultus. Tum vocis pondere multo
Incubuit, mentisque simul convulsa venena
- 370 Dæmonis horrendi, purgato corde, fugavit.
Discipuli rogitant cur non successerit illis
Ejusdem pueri toties tentata medela.
Respondit Dominus: Labat quia pectore vestro
Instabilis fidei nutans per lubrica gressus.
- 375 Nam si certa foret credendi portio vobis,
276 Instar quæ minimi posset præstare sinapis,
Istius hinc montis possetis vellere verbo,

LECTIONES VARIANTES.

351. Variant mss. et editi: sed melius est *demersit*, quam *dimersit*. Conjiiciebam *Demisit letho*, ut vers. 489, *letho demittere*. Verum Horatius l. III, od. 16, dixit, *Demersa excidio*.
352. Ott., *Inque hominis*: retine *En hominis*. Ald., Bas., *laniantibus*, retine *laniatibus*. Westh. in textu, *instat*; ad marg., *instar*, nescio quo sensu.
356. Reg., *sobolis pro soboles*, ut in aliis veteribus codicibus *famis pro fames*, et similia.
357. Rom., *natum*, supra *nato*; alii, *nati*.
358. Mss. cum Torn., *Proturbes*, ut *hostem proturbare* apud Livium, et Virgilium. Aldus. cum aliis editis, *Perturbes*.
359. Rom., *Nam lunæ cursus natum*; alii, *Nam cursus lunæ*.
360. Rom., *protrahit*; cæteri, *projicit*; Reg. et Ott. scribunt *proicit*.
364. Rom., Hadam., Poelm. in textu, *corde*; Ottob., Reg. a sec. m., Ald., Torn., Bas., *corda*; et glossa Reg., *per corda*.
366. Rom., *An etiam patiar*; melius alii, *En etiam*.
367. Ott., *præferre*, quod fortasse fuit etiam in Reg. Alii, *perferre*.
368. Rom., *pondere magno*; reliqui, *pondere multo*.
369. Reg., *mentisque sinu*; et glossa, *id est, a corde*, et postea alia glossa in *convulsa*, scilicet *ejecta*.
373. Mss. omnes nostri cum Daventr., Ald., Bas., *labat*. Hadam., Torn., Poelm., Fabr., *titubat*. Alibi etiam ex fide nonnullorum codicum *labat* occurrit prima producta, ut l. II, vers. 457. Genuina igitur
- B lectio videtur esse *labat*, non *titubat*, quamvis ad rationem metri propius accedat *titubat*, aut etiam *lapsat*.
375. Rom., *Jam si*; Torn., *Sed si*; alii, *Nam si*. Ott., Rom., *certa foret*; reliqui, *tanta foret*. Reuschius præfert *certa*, quia præcessit *titubare*, vel *labare*, *instabilis, nutans*. Hadam., et Poelm. pro d. s., *nobis*, minus bene pro *vobis*.
376. Ald., Bas., Poelmann. pro d. s., *Quæ minimi posset granum præstare sinapis*. Reg., Rom., Ott., cum plerisque editis, *Instar quæ minimi posset præstare sinapis*. In Rom. est. *Instar quod*; in Ottobon., *possit*; in Reg. glossa, *præstare—scilicet hoc vobis*. In vulgata lectione intelligi potest. Si tanta vobis esset fides, quæ instar minimi sinapis posset præstare, hoc est, eminere, vel etiam prodesse: nam *præstare* pro *prodesse* aliquando simpliciter ponitur, ut docui ad Dracontium vers. 607, *carm. de Deo*, libr. II, et vers. 64. Satisfact. Kœnigius melius explicat, quæ posset præstare instar (similitudinem) minimi sinapis: nam *instar* occurrit in nominativo, et accusativo. Pro *sinapis* fortasse legendum *sinapi*: nam *sinapi* neutro genere indeclinabile est, *sinapis, sinapis* cum declinatur, feminei generis est, adeoque deberet reponi *minimæ*. Verum *sinapa, sinapis* neutro genere declinabile multi admittunt ex Petronio, et Apicio, nonnulli etiam ex Columella. Adisis Forcellinum verb. *Sinapi*.
377. Ott. a pr. m. *hic*, a sec. m. *hinc* cum cæteris. Mss. nostri cum Ald., Torn., Bas., *possetis*. Hadam., Poelm., Fabr., *poteritis*, sic *poterimus* occurrit apud Juvencum, tertia producta.

NOTÆ.

de Joanne Baptista: *Et ipse præcedet ante illum in spiritu, et virtute Eliæ.*

350. Matthæus: *Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Sic et Filius hominis passurus est ab eis.* Est igitur comparatio veluti referenda ad alteram eadem, etc.

353. CAPUT XIII. Puerum lunaticum curam esse: *montemque e loco movere posse, qui tantam habeat fidem, quantum est sinapis granum.* Matth. xvii, 44 seqq.; Marc. ix, 16; Luc. ix, 36.

355. Lucas ait: *Vir de turba exclamavit. Juvencus seniore[m] vocat, fortasse quia et vir erat, et pater. Iterum vers. 358: Reddasque seni solatia vitæ. Hoc etiam loco idem accusativus Deum conjungitur duobus verbis veneratus adorat.*

356. Libr. I, vers. 312: *Terris lumenque, salusque.*

359. Libr. I, vers. 482: *Nam lunæ cursum comitata insania mentis.*

363. *In solidum* pro *solide*, plane, integre, vere. Apuleius adverbii more dixit *solidum* l. v Metam.

Virgilius l. II Georg., vers. 78: *Aut rursus enodes trunci resecantur, et alte — Finditur in solidum cuneis via,* ubi subauditur *lignum*, vel *robur*. Ex usu forensi in *solidum* sumitur pro in totum, aut omnino. Omeisius explicat: *Mihi solide satisfacere non poterunt.*

368. Matthæus: *Et increpavit illum Jesus, et exiit ab eo dæmonium.* Evangeliarum Tridentinum: *Et corripuit illum Jesus, et exiit ab eo dæmonium.* Illarius in hunc loc.: *Objurgatis his, et increpato dæmone, sanus puer factus est.*

369. *Mentis convulsa venena dæmonis horrendi*: duo genitivi ab eodem substantivo reguntur in communi hac scriptura, ut observatum etiam fuit a Renschio l. I, vers. 195. Vide etiam libr. II, vers. 313, 456.

370. *Dæmonis horrendi*: alibi dæmon dicitur *ater*, ut l. II, vers. 459.

371. *Illis* pro *ipsis* positum, ut advertit Omeisius.

374. *Lubricum* substantivi more accipiunt Plinius Junior, Macrobius, Ulpianus, Papinianus, ut veteres scriptores Christianos omittam.

Inque alias sedes cunctam transolvere molem. A
 Nam genus hoc morbi precibus sine fine fidesque,
 380 Multaque robusti jejunia pectoris arcent.
 Inde Capharnaum gradiens pervenerat oras.
 Convenerunt Petrum, quibus instat cura tributi,
 Solvere poscentes solitum pro nomine Christi.
 277 Ille sed ad Petrum conversus, talia fatur:
 385 Dic, inquit, reges, quorum dependere natos,
 Externos, propriosne sibi jussere tributa?
 Respondit Petrus: Alienos solvere certum est.
 Cernis, ait Christus, natum non solvere regis?
 Sed ne quem laedam, praeceptum suscipe no-
 [strum:
 390 En maris undisoni rupes quae prodit in altum,

Scandatur tibi summa, Simon, hamusque pro-
 [fundo
 Stamine setarum connexus praecipitetur.
 Haeserit et curvo qui primus acumine piscis,
 Hujus pandantur scissi penetralia ventris.
 395 Illic inventum duplex dissolve tributum.
 278 Discipuli post inde rogant, quis maxi-
 [mus alto
 In caeli regno meritis pro qualibus esset.
 Tum Christus medio puerum consistere caetu
 Praecipit, et placido doctor sermone profatur:
 400 Quisque cupit celsam caeli conscendere sedem,
 En hujus pueri similem se fingere certet:
 Erroris laqueos saeculis increscere certum est.

LECTIONES VARIANTES.

378. Reg., *Hincque alias sedes*; lege *Inque alias*.
 379. Torn., Poelm. pro d. s., Fabr., *Nam genus hoc morbi dumtaxat vota, precesque*. Ott., cum Ald. et plerisque editis, *Nam genus hoc morbi precibus sine fine, fideque*. Vera scriptura exstat in Rom. et Reg., *Nam genus hoc morbi precibus sine fine, fidesque*, quod explicat glossa in Reg., *Et fides cum precibus, et multa jejunia arcent*.

381. Fabr., *Capharnitum* pro *Capharnaum*. Mss., *pervenerat oras*. Sic etiam nonnullae editiones. Aldus cum Torn., Bas., Poelm. pro d. s., *pervenit ad oras*. Sed *pervenio* invenitur etiam cum accusativo sine praepositione. Ovidius III Met., vers. 462: *Verba refers aures non pervenientia nostras*.

385. Mss., et plerique editi, *solitum*. Ott. etiam ad marg., *solitum*, in textu verbum abrasum est. Hadam., Poel., Fabr., *solidum*. Intelligunt hi editores nummum aureum integrum, et justum ponderis, qui posteriore aeo *solidus* dicebatur, et cujus valor non idem quovis tempore fuit. In Evangelio fit mentio didrachmae, non solidi: didrachma autem, ut supputat Calmetus in Diction. Bibl., solidis decem, et denariis duobus respondebat. Praestat igitur legere *solitum*, videlicet tributum.

385. Ott., *rependere*; alii, *dependere*, quod metro magis congruit. Alioquin *re* in compositis nonnumquam produciuntur.

386. Ald., Bas., *propriosve*; alii, *propriosne*. Westh. in textu, *sive*; ad marg., recte, *sibi*. Rom. in textu, *jussere*; ad marg., *misere*, aut mendose *missere*, quod non ita clarum est. Mutari non debet *jussere*.

387. Poelm. pro d. s., *Petrus his: alienos*. Deest *his* in plerisque, et necessarium quidem non est.

390. Mss., cum Ald. et aliis, *En maris*. Hadam., Poelm., Fabr., *Et maris*. Rom. ad marg., *undosum* pro *undisoni*, videlicet *undosum in altum*. Ott., *rupis*

quae prodit in aequa, sed factum *in altum* eadem veteri manu. Poelm. in textu *in altum*: pro d. s., *in aequor*.

394. Ott., *pandatur*; supra, *pandantur*.

395. Ald., Poelm. pro d. s., Torn., Bas., *invento*, mirum solve tributum ea re, quam illic invenneris. Plerique, cum mss., *inventum*.

397. Ott., *In caelis regno*; lege, *In caeli regno*. Bas. contra metrum *meritisque* pro ex Aldo scilicet, qui ita edidit, sed Aldus errorem in Erratis animadvertit, et emendavit.

399. Reg., *Praecipit et placido*, resistente metro.

400. Reg., Ott. hunc ordinem servant, primum *Quisque cupit*, tum *En hujus*. Rom., cum editis, priori loco, *En hujus*; posteriori, *Quisque cupit*. Aldus edidit, *Quisque cupit celsam caeli conscendere sedem*; in Erratis reposuit, *Qui cupit excelsam caeli conscendere sedem*. Sed genuina lectio est *Quisque cupit*: nam a Juvenco, et aequalibus ejus *quisque* pro *quicumque* saepe adhibetur, ut ostendi in Comment. ad Prudentium hymn. 7 Cath. vers. 216, et in not. ad Dracontium libr. II, vers. 719.

401. Reg., Rom. ad marg., *En hujus pueri similem se fingere certet*. Ald., Davenr., Torn., Hadam., Bas., *En hujus similem pueri se reddere certet*. Rom. in textu, *Istius en pueri similem se moribus aptet*, quod videtur voluisse Ott., ubi est *sermonibus pro se moribus*. In Ott. pro d. s. indicatum est *Istius en pueri similem se fingere certet*. Ita edidit Fabricius, sed *fingere* mutavit in *reddere*. Omeisio non displicebat lectio quorundam codicum suorum *pueri similem se moribus aptet*, nempe animo, qualis pueris esse solet, simplicissimo. In nostra lectione *fingere* est formare, quod non intellectum varietatem scripturae peperit.

NOTAE.

378. *Transolvere*. Prudentius hymn. Cathem. vers. 29: *Donec rotata annalium—Transolverentur saecula*.

380. *Robusti pectoris*, ut l. I, vers. 407: *Sed contexta simul firmi jejunia cordis*.

381. CAPUT XIV. *Petrum in piscis ore nummum invenisse, quo tributum solberet*. Matth. XVII, 25. Badius notat, *Capharnaum*, penultima producta, poni, ut *Menelaus*.

386. Ordo hic est: Dic, reges quorum natos jussere sibi dependere tributa, externos, propriosne? Sententia clara est.

389. Matthaeus: *Ut autem non scandalizemus eos*. Ambrosius in psalmo XLVIII: *Ut autem non faciamus illis offendiculum . . . mitte hamum*, etc. Eodem sensu Juvencus, *Sed ne quem laedam*.

390. *Undisoni*: hac voce usi sunt Propertius, Statius, Val. Flaccus, Dracontius. Amplificat Juvencus verba Matthaei, qui ita solum ait: *Vade ad mare, et*

mitte hamum: et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, et, aperto ore ejus, invenies staterem: illum sumens, da eis pro me, et te.

394. Cur *penetralia ventris*, cum sermo tantum sit de ore? Sic enim Vulgata: *Et aperto ore ejus, invenies staterem*. Intelligit Juvencus os aperiendum, ut et penetralibus ventris stater extrahatur. Quod fortasse innuit Itala in Evangelionario Tridentino: *Et ascendentem primum piscem affer, et aperti os ejus, et inveniens in illo staterem, sume illum*, etc.

395. *Dissolvere* pertinet ad aes alienum, ut *dissolvere pecuniam, aes alienum*, et similia.

396. CAPUT XV. *Qui in caelum ascendere velit, humilem, qualis puer est, esse oportere, ac ne unum quidem decipiendum puerulum, et qui deceperit, dignas poenas daturum*. Matth. XVIII, 1, etc.; Marc. IX, 35; Luc. IX, 46, XVII, 2.

402. *Erroris laqueos*: vide not. ad h. I, vers. 12, *Saeculis pro hoc mundo. Vae mundo u scaudalis*, etc.

Sed tamen infelix, per quem generabitur error. A
 Qui vero e parvis istis deceperit unum,
 405 Si sapiat, nectat saxo sua colla molari,
 279 Præcipitemque maris sese jaculetur in
 [undas.
 Nec quisquam fastu parvos contempserit istos.
 Horum custodes cœlesti in sede teneantur
 Altithroni vultum genitoris sidera supra.
 410 Sed si quis pastor, cui pascua credita tondent
 Centum balantes, unam cum forte seorsum
 Nescius error habet, quæsitores deserit omnes,
 Unius et totis lustrat vestigia silvis;
 Illam si magno possit reperire labore,
 415 Lætitiæ inventæ major tum nascitur agnæ,

280 Quam pro cunctarum numero quod nulla
 [resedit:
 Ex istis parvis Genitor sic perdere quemquam;
 Non patitur, gaudetque suis increscere regnis.
 Si fratrem proprium delicto commaculatum
 420 Cernis, secreto mox dictis corripere solus.
 Si tua verborum patiens moderamina laudat,
 Labentis mentem frater lucrabere fratris.
 Sin tua solius contemnet verba relinquens,
 Tunc alius monitor pariter pia jussa frequentet.
 425 Sed si decutiet doctorum frena duorum,
 281 Tunc ad concilium referantur crimina
 [plenum,
 Ut populi saltem sanetur pondere victus.

LECTIONES VARIANTES.

405. Reg., *collo*; lege *colla*.
 410. Ott., *Et si quis*; Ald., Bas., *Sed si quis*; Reg.,
 cum aliis, *Sed si quis*; in Reg. tamen mendose scrip-
 tum est *Set. Ald., tondant*; plerique, *tondent*; in
 Rom. error est *tondet*. Sabatierius edidit, *Sed si quis*
pastor: cui pascua credita, tondens — Centum balantes,
quod, opinor, ex ingenio ejus est.
 416. Ald., *Quod pro*, postea obscure *quod nulla,*
vel quam nulla. Alii *Quam pro cunctarum numero*
quod. Ald., Bas., Poelm. pro d. s., *recessit*; cæteri
resedit: quod amplectitur Reuschius. Oves enim a
 grege raro, aut numquam solent, recedere. Reg. dis-
 tinguit, *numero, quod nulla resedit — Ex istis: parvis*
cum glossa in parvis — ex pusillis. Parum commoda
 est hæc distinctio.
 418. Ott., *con crescere*; alii, *increscere*, ut vers.
 402, pro *crescere*.
 419. Reg., Ott., *proprium*, quod magis placet,
 quam *proprio* cum Rom., et editis. Respondet autem
 verbum *proprium* verbo *tuum*. Matth. xviii, 15: *Si*
autem peccaverit in te frater tuus... lucratus eris fra-
trem tuum; et vers. 21: *Si peccaverit in me frater*
meus.

B 420. Rom., *secretis*, quo fortasse respicit Reg.
secretim: quamquam hoc ipsum adverbium *secretim*
 a Tertulliano et Ammiano usurpatum est. De adver-
 bio *secreto* nonnihil dixi ad vers. 205 libri hujus.
 425. Reg. a sec. m., *contemnit*; videtur prius fuisse
contemnet. Ottobon., Reg., Rom., Daventr., et Ald.,
relinquens; alii editi, *relictans*. Retineo *relinquens*, ut
 idem accusativus *verba* pro verbo *contemnet*, et parti-
 cipio præsentis *relinquens* deserviat, ut in phrasi si-
 mili dictum vers. 304 h. l. *Abneget ipse sibi, corpusque*
animamque recusans.
 424. Mss. Reg., Rom., Ott., *Tunc alius monitor*
pariter; in Ott. est *Tum*, quod metro non congruit,
 et *suit alios*, ex quo factum *alius*. Fabr., *Tunc alius pa-*
riter monitor; plerique editi, *Tunc aliis pariter moni-*
tor. Torn., *frequentes*; emenda, *frequentet*.
 425. Rom., *discutiat*; Ott., *dicutiet*; sed fortasse
 fuit *discutiet*. Reg., *descutiet*. Editi, *decutiet*, quod
 verbum in discrepantia codicum mss. præferendum
 videtur: siquidem occurrit etiam libro hoc vers. 193.
 426. West. in textu, *Tunc ad consilium*; ad
 marg., *rectius, Tunc ad concilium*. Rom. in textu,
concilium; ad marg., *judicium*.

NOTÆ.

Certum est poni solet pro *definitum, deliberatum est*.
 Hic significat *neesse est*. Observandum, Juvencum
 sententias trajicere: nam apud Matthæum prius re-
 peritur, *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis,*
 etc., quod postea refert Juvencus v. 404.

405. Generabitur: Quintilianus libr. vii, cap. 5:
Verba quæ litem generant.

404. Parvis, pueris. Vide not. ad Dracont., l. n,
 vers. 515.

405. Saxo molari. Sic Prudentius, de S. Quirino.
 hymn. 7 Peristeph., vers. 21: *Summo pontis ab ardui*
— Sanctæ plebis episcopus — In præceps fluvio dat-
ur, — Suspensum laqueo gerens — Ingentis lapidem
molæ. Et Lactantius c. 15 de Mortib. Persecut.: Do-
mestici, alligatis ad collum molaribus lapidibus, mari
mergebantur. Lucas vocat lapidem molarem, Mat-
thæus et Marcus molam asinariam, quia lapis super-
ior molæ ὄνος Græce, hoc est, asinus appellabatur.
 Cato de Re rust. c. 10, *Molas asinarias unas, et tru-*
satiles unas; al., *duas*. Quod attinet ad sententiam,
 Juvencus ait, *Si rapiat, nectat, etc., sese jaculetur,*
 etc. Matthæus ait: *Expedit ei, ut suspendatur mola*
asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum
maris. Marcus: Bonum est ei magis, si circumdaretur
mola asinaria collo ejus, et in mare mitteretur. Sen-
 sus est: Qui scandalizaverit unum ex his pusillis,
 majores pœnas dabit, quam si mola asinaria suspen-
 deretur collo ejus, etc. Juvencus videtur sic inter-
 pretari: Potius eligere deberes demergi in profun-
 dum maris; etc., quam unum ex his pusillis scan-
 dalizare. Favet huic interpretationi Marcus, qui ita

pergit: *Et si scandalizaverit te manus tua, abscede*
illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam, quam
duas manus habentem ire in gehennam: et Lucas aper-
tius: Utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa
collum ejus, et projiciatur in mare, quam ut scanda-
lizet unum de pusillis istis. Quod in Evangeliarum Tri-
dentino sic refertur: Expedit, ut lapis molæ cir-
cumjectus sit circa collum ejus, et projectus sit in mare,
quam ut scandalizet unum ex pusillis istis.

406. Sese jaculetur: vide l. i vers. 424.

409. Altithroni, ut l. i, vers. 52. Sidera supra,
 D prepositio postposita. Virgilius l. xi, vers. 509: *Est*
omnia quando — Iste animus supra.

411. Balantes pro ovibus poeticum est. Centum pro
 numero indefinito accipit Omeisius. Idem numerus
 in Evangelio refertur.

415. Agnæ, nempe ovis.

416. Ablativus cum particulis *quam* pro eleganter
 ponitur post comparativum. Livius libr. x, c. 14,
Minor cædes quam pro tanta victoria fuit.

419. CAPUT XVI. Quonam modo aliena vitia corri-
 gere oporteat. Matth. xviii, 15 seqq.; Luc. xvii, 5.
 Fratres et sorores se invicem appellabant Christiani
 veteres. Consule Comment. ad Prudent. hymn. 2 Per.
 vers. 75.

425. Sin tua solius, etc., si contemnet tua verba,
 cum solus, et secreto eum corripis.

424. Alius monitor: Matthæus ait: *Adhibe adhuc*
tecum unum, vel duos, quod versu seq. explicat Ju-
vencus.

427. Populi, nempe multitudinis. ed by Google

- Sin et multorum contempserit efferus ora, **A**
 Sit tibi divisæ mulctatus nomine gentis.
- 430 Namque in concilium semper præsentia nostra
 Adveniet, mediumque duum me stare necesse
 [est,
 Sive trium fuerit cœtus sub nomine nostro.
 Tum Petrus quærit, quot fratri errata re-
 [mittat,
 Vel septem lapsus hominum si ferre liceret.
- 435 Christus prosequitur : Non septem crimina tan-
 [tum,
 Sed decuplata super donentur vulnera fratri.
282 Nam cœli regnum Domini prædivitis aulæ
 Consimile est, nummi rationem qui sibi poni
 Jusserit, et servum, debentem multa talenta,
- 440 Præcipit abreptum cum conjuge, progenieque, **B**
 Atque opibus cunctis venali nomine sisti.
- Tum servus dominum prostrato corpore adorat,
 Et spondet, spatii sibi si foret ulla facultas,
 Omnem nummorum domino dissolvere sum-
 [mam.
- 445 Commovit dominum famuli miseratio flentis,
 Cunctaque trans meritum concessit debita servo.
 Ille sed egrediens conservum limine in ipso
 Nactus constringit : tum debita fortior urget
283 Persolvi, precibusque locum truculentus
 [abegit,
 450 Carceris et mersum tenebris, pœnisque præ-
 [mebat.
 Quæ postquam dominus famulorum noscere
 [verbis
 Incipit, adducto ingessit justissima servo
 Dicta dolens, iramque movet, jussisque severis
 In tormenta ferum detruisit, cuncta revolvens

LECTIONES VARIANTES.

429. Ott., Rom. ad marg., *diversæ*: melius *divisæ*.
 Ott., Reg., a pr. m., *mutatus*. Rom. cum editis pro-
 be, *multatus*, vel *mulctatus*.

433. Bas., corrupte, *Tum Petrus quærit, quod fra-
 tri permittat*.

434. Mss. nostri omnes, *Vel septem lapsus homi-
 num si ferre liceret*: et glossa Reg., *ferre—sustinere*.
 Editi, *An septem lapsus homini indulgere liceret*. Rarum
 quidem est si pro *an* cum *quæro*, et hujusmodi
 verbis, sed invenitur tamen a bonis scriptoribus usur-
 patum. Livius libr. xxxi, cap. 9: *Ad collegium
 pontificum referre consul jussus, si posset recte votum
 incertæ pecuniæ suscipi*; et libr. xxxix, cap. 50: *Ac-
 cepto poculo, nihil aliud locutum serunt, quam quæ-
 sisse, si incolumis Lycortas.... equitesque evasisent*.
 Restituenda ergo est Juvenco sua scriptura ex codd.

mss., eoque etiam magis, quia eadem phrasi usus
 est h. l. vers. 593: *Tum quærit Christus, calicem si
 sumere possent*.

437. Mss. omnes nostri, *domini*; et glossa Reg.,
 pro *domino*. Editi, *domino*, non male; sed retinere
 præstat codicum mss. lectionem.

444. Rom., Ald., Bas., *persolvere*; alii, *dissolvere*,
 ut supra v. 395, *dissolve*.

447. Bas., *limite in ipso* minus bene, et fortasse
 mendose.

448. Hadam., Poelm. in textu, Fabr., *fortius*. Mss.,
 et plerique editi, *fortior*.

450. Reg., *Carceris immersum tenebris*; alii, *Car-
 ceris et mersum tenebris*. Rom., mendose, *Carceris
 et emersum*.

NOTÆ.

429. Juvencus pro excommunicato accipit, ut ex- **C**
 ponit Kœnigius.

431. *Duum pro duorum*. Priscianus l. vii docet, in
 neutris solum dici *duum*, in masculinis *duorum*. Sed
 apud antiquos reperitur et *duorum* in neutris, et *duum*
 in masculinis. Confer Charisium l. 1, et Ciceronem in
 Orat., cap. 46.

433. CAPUT XVII. *Veniam dandam erranti
 septuagies septies*. Matth. xviii, 21, etc.; Luc.
 xvii, 4.

436. *Decuplata*, decupla, decies in se continens
 numerum septem, adæque septuagies septies, ut
 in Evangelio legitur. Apud Juvenco antiquiores non
 invenitur *decuplatus*. Kœnigius ex Augustino profert
 numerus *decuplatus*. Livius libr. xxxix, c. 44, dixit:
*Uti ea quoque decuplo tanto pluris, quam quanti es-
 sent, æstimarentur*. Quam scripturam, a Manutio et
 Scheffero probatam, a Grutero et Gronovio sollicita-
 tam, hic locus Juvenci tuetur. Alii apud Livium
 legunt *decem tanto*, alii aliter. *Super*, ut alibi dictum,
 est insuper, præterea. *Donentur*, condonentur: de
 quo vide not. ad l. ii, vers. 81. Sabatierius conjun-
 git *superdonentur*. De voce *vulnus* pro injuria, cas-
 ibus adversis, etc., vide Comment. ad Prudent.
 Psychom. vers. 695, et hymn. 9. Peristeph. v. 7.
 Sumitur etiam pro scelere, et crimine, ut probat
 Arnzenius ad Sedulium libr. iv, vers. 77.

437. CAPUT XVIII. *Parabola, Cuinam simile sit
 regnum cœlorum*. Matthæi c. xviii, vers. 23, seqq.

441. *Sisti*: verbum forense.

442. *Adorat*: sacer textus: *Orabat eum*. Versiones
 veteres vel sic, vel *Roaabat eum*. Evangeliarium.
 Tridentinum: *Et obsecravit dominum suum, dicens*.
 In Cantabr. invenio verbum Juvenci: *Ca ens autem*

servus ille, adorabat eum, dicens.

443. *Trans meritum*, ultra, præter meritum. Sæpe
trans accusativum loci regit. Translate auctor Decla-
 mationum sub Quintiliani nomine decl. 6, c. 10:
*Non nisi ab ultimo partitio exigitur pœna trans homi-
 nem, nempe ultra vitam hominis, seu postquam
 homo esse desit*. Kœnigius interpretatur *trans me-
 ritum*, h. e., gratis, præter, vel supra meritum.

448. Matthæus: *Et tenens suffocabat eum*, quia ad
 solvendum adigebat. Hinc *constringit*, quod significat
 etiam suffocare, suggillare, ut dixi in not. ad libr.
 ii, vers. 752. Metaphorice autem hæc dicuntur, ut
 Hispanice *Me sofoca, No me deja respirar*. Apuleius
 Metam. l. ix: *Philebum, cæterosque comites ejus in-
 volant avidi, colloque constricto... identidem urgent
 sermone compriment, etc.* Cui loco utraque signifi-
 catio congruit. De hoc verbo *suggillo* alia legi pos-
 sunt apud Mazochium tom. 1 Spicil. Biblic., c. xxvii,
 Genes. vers. 38, 39. In Evangeliariorum Tridentino
 hic locus ita exhibetur: *Et detinens illum, suffocabat
 illum, dicens: Redde mihi, quod debes*.

449. *Abigo* cum dativo. Silius libr. viii, vers. 124:
Quæ dum abigo menti. Reuschius ait: Rem duram
 duro, et inusitato verbo expressit.

452. *Ingessit dicta*, ut apud Horatium l. 1, sat. 5,
 vers. 11, *ingerere convicia*, apud Livium l. 2, c. 45,
ingerere probra.

453. *Dicta* aliquando sunt convicia. Plantus Pseud.
 1, 3, 125: *Jam ego te differam dictis meis, impudice*.
Iramque movet, scilicet acuit, attollit, sibi concitat
 iram.

454. Debitorum olim a creditoribus tradebantur
 non solum in carcerem, sed etiam in tormenta.

- 455 Debita, dum dignis lueret per vincula pœnis. A
Sic vobis faciet Genitor, qui culmina cœli
Possidet, immites sævo si pectore fratrum
Peccata orantium dure punire voletis.
Talia dicta dedit, Galilæaque arva reliquit :
460 Judæamque petit, qua pinguis rura silenter
284 Agmine Jordanis viridis perrumpit amœno.
Nec minus in stratis ægros donare salute,
Sublimisque Patris concedere munera perstat.
Ecce Pharisæi tentantes quærere pergunt,
465 Conjugis an liceat rejectum scindere vinculum,
Quidquid erit, læsi tangit quod corda mariti.

- Hæc ubi percepit, depromit talia Christus :
Principio Deus in terris par dispare sexu
Constituit, jussitque uno de corpore necti,
470 Amborumque animas junctis inolescere mem-
[bria].
Quod Deus ergo jubet proprio concreescere
[verbo ;
285 Illicitum est hominum sædo secernere
[luxu].
Moses præcepit, quod pectora dura videret,
Scribere discidium, quo saxea corda revinci
475. Per proprios apices possint sub iudice flammæ.

LECTIONES VARIANTES.

455. Ald., Bas., Reusch., *quæ pro dum*. Plerique, *dignis lueret per vincula pœnis*. Fabricii: *mutavit scribens, dum dignas lueret per vincula pœnas*: quod minus placuit Reuschio. Melius enim dicitur *luere peccata*, quam *luere pœnas*.

458. Rom. *mendose volentis*: qui error in Aldi textum irrepit, et inde in Basileensi editione transcriptus est. Aldus in Erratis mendum correxit, sed novo errore scripsit *dure punire voletis pro dure*.

459. Reg., *Galilæaque arva*; Ott., *Galilæaque arva* sed videtur fuisse *Galilæaque arva*. Rom., Ald., Daventr., Torn., Bas., *Galilæaque rura*, quod verbum v. seq. occurrit. Reuschius edidit, *Galilæaque arva* cum hiato. Omeisius Barthio tribuit *Galilæaque arva* quod melius est. Hadam., Fabr., Poelm., *Galilæaque arva*. Reuschius cum Cantabr. *r. linquit*; alii, *reliquit*.

460. Reuschius scribendum monet *petit pro petit*, si v. superior scribatur *reliquit*. Sed parum sibi constat; nam v. sup. scribit *relinquit*, neque obstat: sit, quod præcessit *dedit*, quod mille exemplis probari posse ait. Cur ergo scribi non poterit *petit* in præsentî, quamvis præcesserit *reliquit* in præterito? Rom., *silentis*, fortasse librarius voluit *silenti*, scilicet *agmine*. Non video sane, neque indicant lexicographi, quisnam Juvencus antiquior adverbium *silenter* usurpaverit.

461. Mss., *perrumpit*; Ald., Fabr., Reusch., Poelm. pro d. s., *prorumpit*. Hadam., Poelm. in textu, *prorupit*. Reg., *amœnos*, sed glossa indicat, conjungi cum *agmine*, adeoque legendum *amœno*.

462. Ott., *ægros*, sed correctum est *ægri*: sic legendum postea *salutem*. Rom., Ald., *ægri donare salutem*. Reg., Had., Poelm., *ægros donare salute*.

463. Rom., Daventr., Reusch., Westh. ad marg., *perstat*; Reg., Ottob., cum aliis editis, *præstat*.

465. Torn., *rejectionem*: corrige, *rejectum*.

466. In Ottob., et Reg. videtur fuisse, *Quidquid erit tale si tangit*; correctum deinde, *Quidquid erit læsi tangit quod*. In Ott. factum, *tangit ex tangit*. Rom., *Quidquid erit, læsi tangit quæ*. Had., Daventr., Poelm., *Quidquid erit, læsi tanget quod*. Ald., Bas., *Siquid erit, læsi tangat quod*. Ald., Bas., *Siquid erit, læsi tangat quod*. Evangelio magis congruit *Quidquid erit*. Primam scripturam Ott., et Reg. Il-

benter admitterem: sed altera clarior est.

470. Reg., Rom., et a pr. m. Ott., *animas*. Edlti, *animos*. Rom. cum aliis in textu, *inolescere*; sed ad marg., *increscere*.

472. Reg., Ottob., *hominum*, quod editum est ab Aldo. Rom., cum plerisque editis, *homini*.

473. Reg., Ott., *Moses præcepit*. Ald., et alii editi, *Moses præcepit*. Rom., *Moyses præcepit*. Posset scribi, *Moseus præcepit*. Pro *præcepit* bene esset *permisit*: hoc enim verbo sacra Scriptura utitur Matth. xix, 7 seq.: *Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, et dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic*. In Evangelio Tridentino: *Aiunt illi: Quare ergo Moyses præcepit dare libellum repudii, et dimittere? Dicit illis: Propter duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses remittere uxores vestras: ab initio enim non ita factum est*. Discrimen utriusque verbi notavit auctor operis imperfecti in Matth. homil. 52: *Bene dixit: Quia Moyses hoc permisit, non præcepit*. Nihilominus retineo verbum *præcepit* quo etiam Tertullianus libr. iv advers. Marcion. usus est: *Moses propter duritiam cordis vestri præcepit libellum repudii dari; a primordio autem non fuit sic*. Accedit, Marcum aliis verbis rem hanc exponere: *At ille respondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses! Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudii scribere, et dimittere. Quibus respondens Jesus ait: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Moyses igitur præcepit, scribi discidium, si vir repudiare vellet uxorem, non vero præcepit repudium ipsum*.

474. Mss., cum plerisque editis, *discidium*; nonnulli editi, *dissidium*. Vide l. 1, vers. 568.

475. Rom., Ald., Bas., *possent*; alii, *possint*. Rom., cum multis editis, *flamma*. Reg., Ott., *flammae*; et glossa in Reg., *flammæ — iræ utriusque, viri, et uxoris*. Alla glossa in Reg., *apices — repudii*. Westh. in textu, *flammæ*; ad marg., *flammæ*, quod mendum videtur pro *flamma*. Locus obscurus, siquis alius. *Divinabam sub iudice flammæ*. Erat enim *flammeum* velum croceum, seu luteum, quod novæ nuptæ gestabant in signum indissolubilis conjugii. Judex ergo flammæ erit, qui de matrimonii legitima solutione cognoscebat.

NOTÆ.

459. CAPUT XIX. *Uxorem non dimittendam nisi ob fornicationem. Item non arcendos esse a benedictione infantes*. Matth. xix, 4, seqq.; Marc. x, 4, etc.; Luc. xviii, 15.

460. *Silenter*: similia adverbium a lexicographis omissa colligit Kœnigius, ut *urgenter* ex Cypriano, *proficenter* ex Augustino, *accidenter*, et *consentienter* ex Boethio.

461. *Agmen aquæ* poetæ vocant perennis fluvii vicem; quos imitantur Christiani, Juvencus, Cyprianus, Victor, et Auctor de Laudibus Domini, ut observat Barthius l. xxxv Advers. cap. 16, pag. 1617.

465. *Perstat* pro *pergit*, perseverat cum infinitivo

usitatum est a Silio, et aliis.

465. In *rejectum* primam producit exemplo Virgilii, et aliorum, quod in similibus compositis sæpe accidit.

466. *Corda mariti*, h. e., maritum. Persius sat. 6, vers. 10: *Cor jubet hoc Enni*. Sic Martialis, et alii.

470. *Inolescere*, adolescere, coalescere, copulari, adherere, apud Virgilium, Columellam, Silium, Prudentium. Vers. seq. *concreescere* idem significat.

475. Innuit Juvencus, repudium solvitur fuisse permissum Judæis in foro politico et civili, non in foro conscientie. Non ergo Moyses absum hunc probavit, sed potius certis limitibus circumscriptis, (ne

- 286** Nam temere exsolvet casti qui jura cubilis, A
Alteraque illius thalamis sociabitur uxor,
Crimen adulterii populo sub teste subibit.
Discipuli referunt : Urget lex ista virorum,
480 Servitii que premit non æquo pondere partem,
Ut melius fuerit thalamis caruisse perosis.
287 Respondit Dominus : Non omnes pondere
[tanto
Subjicient humeros : lectæ sunt talia dona
Virtutis. Trino truncantur corpora more,
485 Quæ nulla gaudent genitali lege tororum.

- Namque alios tales progigni in luminis oras
Comperimus : plerosque hominum vis ferrea
[sexu
Exiit : ast alios ipsos sibi demere constat
Pro cæli regnis pronum de pectore amorem.
490 Quisque capax fuerit, celsa virtute capessat,
Quod paucis, lectisque Deus vult pandere mu-
[nus.
Hæc ait, et pueros, quos gaudens cura parentum
Cum precibus lætis certatim hinc inde ferebat,
Suscipit, et plebem sectantum, quod prohiberet,

LECTIONES VARIANTES.

- 476.** Ott., *exsolvit*, inde factum *exsolvet*.
481. Ald., et Bas. cum interrogationis nota *pe-rosis*? Alibi deest ea nota.
483. Poelm., *alia*, mendose pro *talìa*. Plerique, *lectæ*; Poelm. pro d. s. cum Ott. a pr. m., *lætæ*. Rom., *lectis* : quod etiam vult Reg., ubi est *lecti*, sed glossa *perfectis viris* indicat *lectis*. Distingunt vero Rom. et Reg., *lectis sunt talia dona*. — *Virtutis trino truncantur corpora more* : quæ distinctio inepta est.
484. Hic versus ita corruptus legitur in Rom. : *Vir tuus trino truncatur corpore amore*. Reg., *Virtutis trino truncantur corpora amore*. Lege, cum aliis, *Virtutis*. Trino truncantur corpora more.
485. Kœnigius suspicatur, *geniali lege*.
486. Poelm. pro d. s., *luminis auras* : communis

- lectio, luminis oras*.
488. Rom., Ald., Torn., *atque alios*, plerique, *ast alios*. Ald., Torn., Bas., *ipsis sibi*. Mss. cum aliis editis, *ipsos sibi*.
491. Westh. in textu *lætisque Deus*, in marg., *lætique Deus*. Neutrum quidem ferri potest.
492. Rom., Ald., Bas., *gaudens quos*; alii *quos gaudens*.
493. Mss. cum plerisque editis, *lætis*; nonnulli editi, *læti*. Reg., Torn., Fabr., Poelm. in textu, Hadam., *ferebant*; Rom., Ott., cum aliis, *ferebat*. Si legas *læti certatim hinc inde ferebant*, intellige esse mutationem generis et numeri.
494. Sabatierius edidit *sectantem*, et pro d. s. addit *sectantum*, quod unice in nostris mss., et editis invenitur. Vide v. 564 l. II. Rom. non male *prohiberet*:

NOTÆ.

licentius vagaretur. Constituit enim, libellum repudii necessario scribendum ab iis esse, qui uxores repudiarent, ut res sub iudice posset cognosci. Huc pertinet, quod Juvencus l. I, vers. 567, ait : *Præcipiunt veteres, si quis connubia rumpit, — Scribere discidium, juris feralia verba*. Lex repudii Deuter. xxiv, 1, etc., hæc erat : *Si acceperit homo uxorem, et non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fæditatem, scribit libellum repudii, et dabit in manu illius, et dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, et ille quoque oderit eam, dederitque libellum repudii... vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, etc.* In hujus legis interpretatione Judæi inter se discrepabant. Alii tenebant, repudium solum permitti ex aliquo gravi crimine contra honestatem. Alii defendebant, quamvis leviores mitioremque causam sufficere, vel eam etiam, quod uxor minus grata viro videretur. Christus legem de causa fornicationis intelligi docuit, ac simul ex interpretatione Juvenci ostendit, eam causam non valere ad perfectam matrimonii dissolutionem in foro conscientiæ. Aliud est de divortio, seu separatione tori.

476. Libr. I, vers. 570 : *Nam casti jura pudoris, etc.* Sensus est : Qui sine libello repudii dimittit uxorem, aliamque ducit, adulter palam judicabitur.

479. Sensus est : Lex ista conjugii perpetui urget partem virorum, eamque premit non æquo pondere servitii. Matthæus ait : *Dicunt ei discipuli ejus : Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere*. *Nubere* proprium est femine : sed reperitur a Christianis usurpatum de viro. Græce est *γαμῶσαι*, uxorem ducere. Hieronymus epist. ad Amand. tom. IV : *Si ita est, non expedit homini uxorem accipere*. Augustinus in psalm. ciii : *Si talis est causa cum uxore, non expedit ducere*. Cur autem hæc lex viro, et femine non æqua dicitur? Nam sicut viro non licet a matrimonio resilire, ita neque uxori. Advertendum est, non licuisse feminis repudiare viros, ut testatur Josephus Antiquit. l. xv, c. 11 : *Salome libellum repudii marito mittit præter legitimum morem patriæ. Lex enim nostra solis maritis hoc jus permittit, mulieribus*

autem ne dimissis quidem fas est nubere, nisi prioris viri permissu. Cum ergo pro viris lex repudii data esset, quo magis licentia repudiandi coercetur, eo gravius est viris vinculum matrimonii. Christus ergo uxorum causam relinquebat in eo statu, in quo erat, quantum quidem ad libertatem repudiandi spectat; at virorum causam difficiliorem reddebat. Putabant autem Judæi, hac in re magis concedendum esse viro, qui caput est femine, quam femine, quæ viro subjecta esse debet : adeoque ægre ferebant, ipsis repudium, et polygamiam prohiberi. Aliæ etiam gentes viris divortium permittebant, non uxoris. Hinc Medea apud Euripidem v. 230 querebatur : *Quæcumque sunt animalia mente prædita, — Miserrimum horum mulierum genus sumus. — Grandi pecunia ante omnia namque adigimur — Emere maritum, hoc est, dominum emere corporis. — Tum gravius istud, ac periculosius, — Quod jacitur ancipiti exitu semel alea, — Bonone nubas, an malo : nam repudia — Inhonesta nobis, nec nostrum est divertere*. Lege Christiana separatio tori æque uxori ac viro permittitur certis de causis. Cornelius a Lapide ex veterum dictis ostendit, ob feminarum ineptias matrimonii onus gravius esse viris quam mulieribus.

481. *Perosis*, odio dignis. *Perosus* est, qui odio habet : sed hic passive sumitur, ut a Tertulliano non semel.

482. *Pondere*, h. e., sub pondere. Omeisius ex Virgilio l. VI, vers. 465 profert : *Teque aspectu ne subtraha nostro, et ex Ennio : Esuriente leone exculpere prædam*. Sed hæc alio pertinent.

484. Verbum *truncare* Cellarius contra nonnullos aureæ Latinitati restituit.

487. *Vis ferrea hominum*, nempe homines ferro, etc. sive acies ferri aut culter.

489. *Pronum*, scilicet ad venerem.

490. Ovidius l. VIII Met., vers. 243 : *Animi ad præcepta capaxis*. Verba Matthæi sunt, *Qui potest capere, capiat*. Juvencus exponit, *Qui potest accipere, accipiat*. Mazochius ad h. I. *capere* accipit pro *glutire, concoquere*, quod de durioribus dicitur, quæ non possunt concoqui, sive facile credi.

- 495 **288** Increpat, ac tales affirmat regna mereri
Aulæ cœlestis. Sanctas his ordine palmas
Imponit, redditque humeris portare parentum.
Ecce sed e populo juvenis, cui rura, domusque,
Et gaza stabat, rerum possessio fulgens,
500 Accedit, Christumque palam summissus adorat :
O bone præceptor, dic nunc quæ facta sequa-
[mur,
Ut mihi perpetuam liceat comprehendere vitam?
Huic auctor vitæ tum talia reddit Iesus :
289 Nunc demum quæris, veteri quæ lege
[tenentur ?
505 Non hominis perimes vitam, non furta tororum
Invades, quæstumve alienis noxia rebus
Mens, aut dextra leget, non testis falsa loqueris.
Sit genitor, genitrixque tuo sublimis honore,
Proximus et puro pro te tibi cedat amore.

LECTIONES VARIANTES.

496. Fabr., *hinc*; alii, *his*.

497. Deest hic versus in Torn. Putabat Gallandiu eum desiderari in editionibus, quæ editionem Reuschii præcesserant: sed adest in Ald., Fabr., Hadam., Poelm., Daventr., et aliis. E mss. nostris Ott., Reg., *redditque humeris*; Rom., cum editis, *redditque ulnis*. Veram censeo lectionem, *redditque humeris portare*: nam *humerus* proprie est lacertus, sive os superius brachii ab scapula ad cubitum. Præterea alio sensu communiori *humeris* possunt filii portari.

498. Reg., *jura*; melius, *rura*.

499. Ott., Rom., Bas., *Et gaza distabat rerum possessio fulgens*. Torn., *Et gazæ, et rerum stabat possessio fulgens*. Reg., *Et gazæ astabant rerum possessio fulgens*. Hadam., Fabric., Poelmann., *Et gazæ stabat rerum possessio fulgens*. Ald., Reusch., *Et gaza stabat rerum possessio fulgens*, producta videlicet ultima in gaza ob st dictionis sequentis. Beda de Arte metr. ait, Juvencum corripuisse primam in gaza: viderat aliquem codicem, in quo hic versus legebatur, ut in Ott., et Rom., *Et gaza distabat*. Sed cum Juvencus paulo post primam in gaza producat, neque huic loco satis congruat verbum *distabat*, in eam descendo sententiam, ut credam, corruptam eam esse lectionem. Bedæ verba sunt cap. de Commun. syllab.: *Octavus modus est, cum correptam vocalem in eadem parte orationis sequitur z consonans Græca duplex. Est enim longa in hoc Juvenci: Difficile est terris affixos divite gaza. Est brevis in hoc ejusdem: Et gaza distabat rerum possessio fulgens*. Cap. præ-

B ced. de Syllaba dixerat: *Nam et z quoties in eadem parte orationis brevem sequitur vocalem, potest eam producere, si ita voluerit poeta, ut gaza*. Verum, dissentientibus inter sese codicibus mss., et libris editis, amplector scripturam Aldi, *Et gaza stabat*, quam fortasse librarii mutarunt, quia absurdum ipsis videbatur, quod ultima in gaza produceretur.

503. Mss. nostri, *Hic auctor*. Editi, *Huic auctor*.

504. Rom., *Tunc demum*; lege, *Nunc demum*. Bas., Torn., *qua*, et Torn. cum interrogationis nota, *tenentur*? Retine *quæ lege tenentur*? Interrogatio ab aliis omittitur, sed recte ex Evangelii textu adhibetur.

507. Reg., Rom., Ott., a pr. m., *liget*, quod ab Ald., et Bas. editum est. Alii editi, *leget*. Rom., mendose, *Mens haud dextra, pro Mens, aut dextra*. Idem Rom., *loquaris, pro loqueris*.

510. Reg., *isthic*; Rom., *ista hæc*, Ott., *cuncta hæc*, sed videtur fuisse *cuncta isthæc*, quod metro adversaretur. In Reg. etiam videtur abrasum *cuncta*. Editi, *ista hæc*, aut *isthæc*. Magis accedit ad verba Matthæi *cuncta hæc*: sic enim habet cap. xix, vers. 20. *Omnia hæc custodi*, etc. Evangeliarium Tridentinum: *Omnia ista observavi a juventute mea*.

514. Rom., mendose, *Prætendere, pro Prendere*. Poelm. pro d. s., *pro celsis*: lectio communis *præcelsis*. Et Juvencus quidem ita solet loqui, ut *præstupidus, præpulcher*. Mss. nostri cum Ald., Daventr. *fastigia vitæ*. Hadamar., Fabr., Poelm., *vestigia vitæ*. Illud magis placet ex Matth. xix, 21: *Si vis perfectus esse, etc.*

516. In Fabr. mendum est *Distrahe, et miseros*.

NOTÆ.

495. *Mereri*; Kœnigius probare vult, hoc verbum pro impetrare sine ullo respectu ad meritum proprie dictum a scriptoribus ecclesiasticis usurpari. Et aliquando quidem ita accidit: sæpe tamen operibus justorum verum meritum tribuitur.

498. CAPUT XX. *Divitem difficile introire in regnum cœlorum*. Matth. xix, 16 seqq.; Marc. x, 17; Luc. xviii, 18.

505. *Furta tororum*: vide v. 170 h. l. cum nota.

506. *Invades*: confer not. ad Dracont., l. iii, vers.

319, *invasor thalami*.

508. Præceptum de honorandis parentibus Juvencus eleganter ita transtulit, ut ait Cellarius Latinit. Græciss., et poet. in posterior. cur., ubi cum Valla observat, *genitor, et genitrix* poetis quam oratoribus frequentiora esse.

509. *Proximus* substantivum soli ecclesiastici scriptores habent ex imitatione Græcismi sacri, ut notat Cellarius Poster. cur. Latin. ecclesiast. At Forcellini-

nus eadem significatione *proximus* usurpari a Val. Maximo l. vi, c. 9, et a Quintiliano declam. 259 observat. Matthæus ait: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*, quod non satis clare a Juvenco hoc versu exprimitur.

516. *Distrahe, vende*. Vide not. ad Dracont. v. 510, l. ii.

519. Notanda phrasim, *veniunt per aures, pro veniunt ad aures*.

522. Interpretatur Evangelium de divitibus, qui terris divitiisque affixi sunt.

523. Glossa Reg., *leves — volentes, fortasse volantes*.

524. Sic Sedulius l. iv, vers. 9: *Namque foramen acus sicut penetrare camelus — Membrorum præ mole nequit: sic dives, opima — Fertilitate tumens, tenuem non possit adire — Cœlestis regni ducentem ad limina callem*. Nonnulli evangelicum proverbium accipiunt de fune nautico: nam proverbium Talmudicum est:

- Quam queat ut dives cœlestia regna videre. A
 Talibus attoniti comites, stupidique silebant,
 Volventes, quæ tanta foret sub pectore virtus
 Humano, talem possit quæ prendere vitam.
- 550 Respicit æternæ justorum Gloria vitæ,
 Atque ait: Hæc homini forsæn videantur acerba,
 291 Sed Deus electis facilem præpandit in
 [æthra,
 Possibilemque viam, virtus quam celsa capessat.
 Tum Petrus, fidei munitus mœnibus, infit:
- 553 Omnia nostrorum projecta reliquimus omnes,
 Et tua jussa sequi nobis spes unica restat.
 Quid nostris animis superest? dic, Christe,
 [precamur.
 Talibus ad Petrum verbis respondit Iesus:
- Vos quicumque meum mentis penetrabilibus altis
 540 Credentes servatis iter, cum sederit alto
 Progenies hominis, cœlo quem cinget honore
 Majestas, bis sex illie pulcherrima virtus
 Constituet vobis sublimes in vertice sedes,
 545 292 Hic quicumque sui linquat generisque,
 [domusque
 Gazas, affectusque omnes pro nomine nostro,
 Centuplicata dehinc capiet, vitamque perennem,
 Primorum meritum postremo transgredientur,
 Ultima præteriti capient vix præmia primi.
- 550 Sedulus ut ruris dominus, cui dulcia fundum
 Pinguibus in campis late vineæ coronant,
 Hic, ubi progressus primo cum lumine solis,

LECTIONES VARIANTES.

526. Hadam., mendose., *Quam queat dives*. Ald. B cum aliis, *Quam valeat dives*. Mss. cum Poelm. in textu, *Quam queat ut dives*. Westh. in textu, *Quam dives valeat*; ad marg., *Quam queat dives*.
529. Reg., *Humanum*; corrige, *Humano*. Rom., Reg., Ott. a pr. m., Torn., Ald., Bas., *possit*; alii, *possit*. Rom., *quæ possit*; reliqui, *possit quæ*.
532. Forte præstaret legere *æthram*.
533. Rom., *capesset*, Reg., Ott., Daventr., Torn., Ald., *capessat*. Hadam., Poelm., *capessit*.
534. Ott., *monitus*, bene emendatum per *munitus*. Rom. in textu, Ald., *inquit*: Rom., ad marg., cum aliis, *infit*.
535. Poelm. pro d. s., Fabr., Ald., *nostra olim*. Alii cum mss., *nostrorum*. Rom., *relinquimus*: corrige, *reliquimus*.
538. Mss., *respondit*; editi, *respondet*.
541. Helmst., *quam*; alii, *quem*, eodem sensu per synthesisi seu mutationem generis, ut si præcessisset, *Filius hominis*. Rom., Ott. a pr. m., *cingit*; melius, *cinget*, in Ott. a sec. m. et aliis.
545. Torn., corrupte, *sublimis in vertice*. Reg., *sublimi vertice*. In Ott. ex *sublime vertice* factum *sublimi in vertice*.
545. Rom., Ald., *Sic*; alii, *Hic*; Ott., *linquit pro linquet*.
552. Rom., *Sicubi progressus*, quod rectius videtur, quam *Hic ubi progressus* in aliis. Id autem retineri potest commoda interpunctione. In Basil., *gressus*, pro *progressus*; et in Torn., *solus*, pro *solis*, mendum.

NOTÆ.

- Gravis est exitus animæ ex corpore, ut rudentis per foramen angustum*. Sed cum funis nauticus, sive rudentis apud Suidam dicatur *καμῖλος*, *camilos* per *iota*, non *καμῖλος*, *camelos* per *e* longum, et aliunde proverbium etiam Talmudicum sit, *Non est Elephas, qui intret per foramen acus*, de camelo bestia cum plerisque veteribus recentibusque interpretibus proverbium evangelicum æquum est explicare. Exstant duæ de hoc proverbio dissertationes, altera Joann. Philippi Pfeiffer, altera Joannis Sommerin. Evangeliarium Tridentinum sic nobis exhibet hunc locum: *Facilius est camelo per cavernam acus pertransire, quam divitem introire in regna cœlorum*. Correctio veterum *cavernam*. Proprie autem *caverna* est locus cavus, et pro foramine aliquando accipitur.
552. *Præpandit*: delectatur Juvencus verbis compositis præpositione *præ*, ut dixi ad vers. 514 h. l. Alioquin *præpando* verbum est Ciceronis, Lucretii, Plinii. *Æthra* est accusativus per syncopen ab *ætheris*, *æthera* Græco more. Libr. iv, vers. 68. dixit similiter in *æthra*, ut ex nostris mss. legimus.
555. Quintilianus l. iii, c. 8: *Nostrum possibile nominant; quæ ut dura videatur appellatio, tamen sola est*. Jurisperiti veteres frequenter ea voce uti sunt. Pro eadem voce allegatur Pomponius I. C. Omittit Christianos Lactantium, Prudentium, Sedulium, alios. Durius verbum est *possibilitas*, quod tamen apud Ammianum, Palladium, Marianum Capellam, Arnobium reperire licet, *Virum quam celsa capessat*, repetitum ex v. 490, *Celsa virtute capessat*.
554. CAPUT XXI. *Jesus promittit centuplum recepturum, qui bona omnia reliquerit propter Deum; et primos fieri notissimos*. Matth. xix, 27, etc.; Marc. x, 51; Luc. xiii, 50: *Petrus fidei munitus mœnibus, ut v. 271, Sed stabilis Petrus*.
557. *Quid nostris animis superest? videlicet Quid ergo erit nobis?* ut ait Matthæus.
544. *Tractare* præter alia significat etiam exercere, administrare.
546. Servius ad v. 765 l. ii *Æneid.* affirmat, *gazam* singularis tantum numeri esse. At in plurali *gazas* dixerunt Lucretius, Horatius bis, Seneca Tragicus ter, etc., *Affectus omnes* vocat fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios. Apuleius l. ii de Dogmat. Plat.: *Charissimis orbatus affectibus*, Capitolinus in Antonino Philos. c. 24: *Non est satis motus defectione Cassii, nec in ejus affectus saviit*, et in Maximino cap. 25: *Milles quorum affectus in Albano monte erant*. Hieronymus libr. iii in Matth., c. x: *Qui ergo propter fidem Christi, et prædicationem Evangelii omnes affectus contempserint, atque divitias, et sæculi voluptates, isti centuplum recipiant*, etc. Plures alios allegant Kœpzigus, et Schœtzgenius.
547. *Centuplicata*: vox Fulgentii Mythologi, Prudentii, et similium. Plinius libr. vi, cap. 25, adverbium *centuplicato* usurpavit.
548. Reuschius obscuritatem in Juvenco notat: sed clariora non sunt verba Matthæi: *Multi autem erunt primi novissimi, et novissimi primi*.
550. CAPUT XXII. *Parabola de operariis in vinea conductis*. Matth. xx, 1, etc.
551. *Coronant*, cingunt. Lucretius l. ix vers. 555: *Lacum myrtetis coronant*. Virgilius l. ix vers. 580: *Aditum casode coronant*. Fortasse apud Juvencum *coronant* positur pro *implent*, ut l. n vers. 143: *Undasque coronant*. *Vinetum* vero in hoc a vinea differt, quod plures vineas contineat, ut totam a parte. Infra vers. 712: *Cui jugera multa nitentis—Vineti sepe circum densata coeret*.

Condexit juvenum fortissima robora, pactus
Unius in lucis certa mercede laborem,
555 Et sua tum jussit cultu vineta polire.
293 Ipse sed egrediens, ubi tertia venerat hora,
Invenit ecce alios, operique accrescere jussit,
Pro meritis operum promittens præmia digna,
Illi non aliter læti præcepta sequuntur.
560 Ast ubi sexta dehinc lucis transfuserat hora,
Haudsecus hinc alios juvenes conducere per-
[git.
Horaque nona dehinc ubi solis cursibus acta est,
Tunc alios pariter conductos jussit adire.
Ultima labentis restabat portio lucis ;
565 Egressus cernit juvenes, causasque requirit,
Cur pigris manibus torperent otia lenta.
Aiunt, conductoris quod præcepta fuissent
Nulla sibi. Dominus mox hos insistere ruri

A 294 Tunc etiam jussit. Sed vespere protinus orto,
570 Præcipit, ut cuncti caperent mercedis honorem,
Æqualique omnes portarent præmia nummo.
Tum manus illa virum, prima quæ luce laborem
Sustulerat, factisque diem toleraverat æquum,
Indignans, secum tali cum murmure fatur :
575 Injustum est, istos similem, ut nos, querere
[nummum,
Ultima quos operi sero conduxerat hora.
Tum dominus ruris sedato pectore fatur :
Illibata tibi mercedis portio salvæ
Redditur, et pacti servantur jura fidelis.
580 Istis de nostro liceat concedere tantum,
Extima quos operis glomeravit portio ruri.
Nam multos homines dignatio sancta vocavit,
295 E queis perminimam dignum est secer-
[nere partem.

LECTIONES VARIANTES.

553. Rom., *pactis*; emenda, *pactus*.
554. Rom., *laborum*, non bene, pro *laborem*.
555. Ald., *poliri*.
556. Hadamar., *venerit*, pro *venerat*. Poelm. utram-
que lectionem indicat *venerat*, et *venerit*.
557. Mss. nostri cum Cantabr. apud Reuschium,
operique accrescere jussit. Torn., Poelm. pro d. s.,
operique adolescere jussit. Hadam., Poelm., in textu,
ad opus quos ire jubebat. Ald. Daventr., Poelm. pro
d. s. *ad opus quibus ire jubebat*. Reuschio non displice-
bat in Parisiâ, *adolescere*, pro *accrescere*, eadem si-
gnificatione.
558. Reg., *Promeritis operis promitteus*, quod reti-
neri posset: sed melius est cum aliis, *Pro meritis
operum*, ut apud Dracontium l. 1, vers. 42: *Pro me-
ritis morum*.
564. Ottob., *labentes*, correctum per *labentis*.
566. Reg., *torpere*; corrige, *torperent*.
567. Reg., Ott., Torn., Aiunt, *conductoris quod
præcepta fuissent* — *Nulla sibi, Dominus*. Rom., con-
tra metri regulam, *Conductoris aiunt quod non præ-
cepta fuissent* — *Ulla sibi: Dominus*. Poelm. in textu,
Hadam., Ald., et Daventr., *Conductor, reddunt, ipsis
quod nulla dedisset*. Poelm. pro d. s., *Aiunt quod
conductoris præcepta fuissent* — *Nulla sibi Dominus*.
Fabricius, *Conductor reddunt ipsi, quod nulla dedisset*
— *Jussa sibi, Dominus* et in comment. observat,
summi reddunt pro respondent, et hunc locum in prio-

B ribus editionibus corruptum esse.
578. Plerique, *sibi Dominus*. Ald., Bas., *Jussa
Suo dominus*.
575. Reg., *æquis*, non ita bene, pro *æquum*.
575. Reg., Ott. a pr. m., *similem nos querere*. Ott.
supra, et editi, *similem ut nos, querere*. Rom., non
ita bene, *Injustum cum istis similem nos querere
nummum*, fortasse librarius omisit est post *Injustum*.
Suspicari libet, *Injustum est istis similem nos querere
nummum*. Matthæus ait: *Pares illos nobis fecisti*.
576. Mss. Reg., Rom., Ott., *operis*. Reg. *seri*,
sed videtur fuisse a pr. m., *sero*. Rom., et alii co-
dices apud Reuschium, *conjunxerat*; retine *condu-
xerat*. Adjunctum temporis ponitur pro eo, quod
paterfamilias in illa hora peregerat, ut exponit
Reuschius.
579. Reg., et Ott., *pactis*, sed in Reg., glossa, *pro-
missionis meæ inquit pacti*, quod sensus etiam pos-
tulat.
581. Rom., *Extrema quos*: lege, *Extima quos*.
C 585. Rom., *Quis per minimam*. In Reg. fuit *Ec-
quis*, ut puto, nunc est *e quis*, et glossa *ex quibus*.
Torn., Poelm., Hadam., Daventr. dividunt per *mi-
nimam*. Ald., et Bas. legunt, *per nimiam*. Reg., Ott.,
perminimam, quod edidit Fabricius; qui in Comment.
addit, hanc esse insolitam compositionem. Vera hæc
est scriptura *E queis perminimam*, et Evangelio consi-
stiens; *Multis sunt vocati, pauci vero electi*. Etsi

NOTÆ.

553. *Juvenum robora*, juvenes robustos. Vide not.
ad l. 1 vers. 478.
555. *Polire*, excolere, verbum rei rusticæ pro-
prium. Nonius cap. 2, n. 359: *Politiones, agrorum
cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta, et
ad nitorem deducta*. Ennius Satir. libr. III: *Lati
campi, quos gerit Africa terra politos*. Idem Annalium
l. VIII: *Rastros dente sâber capsit causa poliendi agri*;
al., *fubres capsit*. Hinc *politor agri* apud Calpurnium de
Re rustica, cap. 5.
560. *Transfuserat*: Claudianus epist. 4, vers. 5,
Transfluxere dies. Eodem verbo proprie utitur Plin-
ius pro *transire fluendo*.
562. *Acta est*: Virgilius l. III Æneid., vers. 512:
Nec tunc orbem medium nox horis acta subibat.
564. Prudentius hymn. 8 Carthæm. vers. 11:
Quarta devexo superest in ære — Portio lucis.
569. *Vespere orto vesper hesperus*, stella Venus est,
quæ matutino tempore lucet dicitur. Horatius
libr. II od. 9, vers. 10: *Nec tibi vespero — Surgente
decedunt amores*. Virgilius l. I Georg. vers. 251:
Illuc sera rubens accendit lumina vesper.
575. *Sustulerat a suffero*. *Diem æquum*, diem in-

tegrum totum, cui nulla pars deesset. Columella
dixit *operas justas*.

575. *Querere*, lucrari. Cicero Paradov. VI, c. 2:
Qui honeste rem quarunt mercaturis faciendis. Hinc
quæstus lucrum.

578. *Illibata*, integra. Cicero pro Sext. c. 45: *Ut
eorum veteres, illibatasque divitiis in profundissimum
libidinum suarum gurgitem profundat*.

580. *Tantum*, tantumdem, tantum, quantum vobis.

581. *Extima*, extrema. Sc enim hoc vocabulum
optimi scriptores usurpant. *Glomerare* verbum a
Juvenco alibi adhibitum. Vide not. ad l. II vers.
579, 725.

582. *Dignatio* plerumque est bona existimatio,
qua aliquis ex aliorum opinione gaudet. Nonnum-
quam active est opinio, qua aliquis alium honore
dignum censet. Suetonius in Calig. cap. 24: *Reli-
quas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit*.
Justinus sub fin. l. XXVIII: *In summa dignatione re-
gis vixit*. Alii *dignitate* minus bene. Apud Juvenem
dignatio sancta est Dei bonitas, qua homines ad
cælum vocare dignatur.

Hæc ait, et Solymos repetit, comitesque A
[seorsum
585 Alloquitur, Solymisque iterum regionibus, infit,
Ingredimur gnari, truculentaque mœnia adi-
[mus.
Filius hic hominis prodetur ad ultima mortis,
Scribarum, procerumque ferens ludibria mem-
[bris,
Affixusque cruci post tertia lumina surget.
590 Hinc tum Zebedei conjux summissa rogabat,
Ut Christo medio cœli sublimis in arce
Felices nati dextra, lævaque sederent,
Tum quærît Christus, calicem si sumere pos-
[sent,

296 Quem sibi præceptis instaret sumere Patris.
595 Respondent se posse simul. Tum talia Christus :
Vos nostrum calicem fas est potare, sed altis
Sedibus æquali mecum considerare honore,
Non hoc nostra dabit cuiquam pro munere vir-
[tus.
Hæc certis Genitor sublimia dona reservat.
600 Exhinc discipulos, dictis pro talibus omnes
Commotos, tali sermonis mulcet honore :
Gentibus infidis celsa ditione potestas
Imponit quoscumque super dominantur eorum,
Exercetque trucem subjectis urbibus iram.
605 297 Vos hinc sed longe: tranquillior æquora
[vitæ

LECTIONES VARIANTES.

autem exempla compositionis *perminimam* in anti-
quioribus Juvenco fortasse non occurrant, tamen
similia passim occurrunt, ut *permirus*.

585. Reg., *iteris*, sed videtur fuisse *iterum*, quod
certe mutandum non erat. Reuschius tamen cum
Kœnigio legit *solitisque iteris*, non *Solymisque iterum*.
Matthæus nominatim ait: *Et ascendens Jesus Hiero-
solymam, assumpsit duodecim discipulos secreto, et
ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, etc.* Hoc
ergo est: *Solymis regionibus ingredimur*. Additur
iterum ex Marco: *Et assumens iterum duodecim,
cæpit illis dicere, etc.*

587. Mss. nostri *prodetur*: editi *tradetur*, quæ est
glossa in Reg.

590. Mss. nostri, *Hinc tum*; editi, *Hic tunc*.

591. Ald., *Christi media*.

593. Ott., *possint* pro *possent*:

594. Badius, *Quem si*; melius alii, *Quem sibi*.

596. Reg., *portare*: dubito, an ita etiam a pr. m.
scriptum fuerit in Ott., sed non dubium quin legem-
dum sit *potare*.

597. Ottob., *consedere*; correctum per *considerere*.

598. Rom., Reg. a sec. m., Torn., Ald., Bas.,
pro munere. Ott. et alii, *pro nomine*.

599. Ald., Bas., *paucis*; plerique, *certis*. Rom.,
His certis; melius, *Hæc certis*. Certi homines ali-
quando sunt homines fideles.

600. Mss. nostri, *Exhinc*; alii, *Exin*.

601. Mss. nostri, *tuli*, quod in Torn., et Fabr. edi-
tum video. Plerique editi, *stabili*, quod a pr. m. in
nonnullis mss. fuisse suspicor ex rasura.

603. Mss. nostri, *quoscumque super dominantur
eorum*, sed in Reg. *eorum* mutatum est in *earum* cum
glossa quibus *incipiantur*. Hadam., Poelm. in textu,
Imponit, quemcumque super dominantur eorum. Ald.,
Poelm. pro d. s., Reusch., *Imponit quoscumque velit
dominantur eorum*. Sic Fabr., sed *dominantur* pro
dominentur. Lego, cum mss., *quoscumque super do-*

minantur eorum, et possunt hæc duo verba conjungi
superdominantur ut *superingerere*, *superaddere*, *super-
ducere*, et similia. *Eorum*, non *earum* habent Vul-
gata, et veteres aliæ versiones Matth. xx, 25: *Prin-
cipes gentium dominantur eorum* per synesin: perinde
quasi dixisset: *Principes gentium dominantur eorum*.

603, 606. Reg., *Vos hic sed longe: tranquillior
æquora vitæ* — *Concordi sternit mitis moderatio pace*;
et glossæ hic — *in præsentis sæculo*; LONGE — *estis ab
illis*; ÆQUORA — *planities*; STERNIT — *vobis*. Scilicet
moderatio sternit æquora. Ad hanc lectionem respici-
cit Rom., sed admixtis erroribus, *Vos hic sed longe
tranquillior æquore vitæ* — *Concordi sternit mitis mi-
seratio pace*. Eadem scripturam Reg. expressit
Reuschius, sed edidit *æquore*. Kœnigius retinebat
æquora, sed restituere volebat *Vobis sed longe*. Ottob.
sic habet, *Nos inter longe tranquilliora æquora vitæ*
— *Concordes cernit mitis moderatio pacis*, quod cor-
ruptum sane est. Quod atinet ad priorem versum,
cohærent Cantabr., et Fuld., sed hic scribit *tranquil-
liora*, uterque *Vos inter*. Aldus, *Vos hic sed longæ
tranquillior æquora vitæ* — *Concordi sternit mitis mo-
deratio pace*. Daventr., Had., Torn. ita, sed scribunt
longe, ut accedant ad codicem Reg., nisi quod sine
interpunctione exhibent *longe tranquillior*, Poelm.,
Fabr. sic etiam, sed inchoant versus *Vos inter longe
tranquillior*. Recitemus verba Matth. xx, 26: *Non
ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos ma-
jor fieri, sit vester minister*. Amplicter igitur scrip-
turam cod. Reg., mutato hic in *hinc*, scilicet, *Vos
hinc sed longe: tranquillior æquora vitæ* — *Concordi
sternit mitis moderatio pace*. Intelligo *longe hinc* poni
pro *procul hinc*. Cicero pro Quintio, cap. 25: *Quam
longe est hinc in saltum Gallicanum? Sic longe abesse,
longe abire*. Pro sternit non inepta est lectio Rom.
sternet ex Evangelio Tridentino: *Erit vester mi-
nister.... Erit vester servus: quo spectat Vulgata: Sit
vester minister.... Erit vester servus....*

NOTÆ.

584. CAPUT XXIII. *Jesus prædicit discipulis pas-
sionem suam*. Matth. xx, 17, etc.; Marc. x, 31; Luc.
xviii, 31.

587. *Ultima* substantivi more, ut *ultima pati, ul-
tima experiri, expectare*, etc. Aurelius Victor de Cæ-
sarib. cap. 40: *Constantium patrem ultima vitæ age-
bant*. Calpurnius eclog. 3, vers. 91: *Lycidas habet
ultima rerum*. Hoc sensu Juvencus ait *ultima mortis*.
Horatius l. 1, ep. 16, vers. ult., *mors ultima linea
rerum est*. Consule not. Burmanni ad Calpurnium.

590. CAPUT XXIV. *Petitio uxoris Zebedæi pro fi-
liis*. Matth. xx, 20; Marc. 10, 32.

593. *Calix* pro tormentis, morte, passione vox
ecclesiastica e sacris litteris petita, quæ occurrit l.
iv, vers. 491: *Quæro cum si* pro *an* rarum est, ut
dixi in lect. var. ad vers. 434 h. l. Græcorum imi-
tatione id sit, quibus et vicem particulæ interrogandi

D frequenter subit.

597. *Considerere a considò, considis*.

600. *Pro talibus dictis*, ut vers. 416 h. l. pro nu-
mero. Sensus est: discipulos vehementius commo-
tos, quam his dictis commoveri oportuisset. Ex
Evangelio autem intelligendum est, discipulos non
verbis Christi commotos fuisse, sed verbis matris
filiorum Zebedæi pro filiis suis.

602. *Ditionis* vocabulum recte pro imperio, seu
jurisdictione usurpat. Potestas metonymice pro ma-
gistratu ponitur, ut apud Salvianum, et alios.

604. *Subjectis urbibus*, intellige in *subjectis urbibus*.
Recte enim dicitur *exercere odium, iram in aliquo*,
vel in aliquem. Vulgata Matthæi: *potestatem exercent
in eos*. Itala in plerisque exemplaribus mss., et Hie-
ronymus epist. ad Damasum tom. iv, pag. 159, *Po-
testatem exercent in eis*.

Concordi sternit mitis moderatio pace :

Magnus et obsequiis crescit super alta minister.
Nec primus quisquam, nisi cunctis serviat ,
[unus

Esse potest. Hominis natus sic vestra minister

610 Obsequio solus proprio pia munera gestat,

298 Pro multisque animam pretioso sanguine
[ponit.

At vos ex minimis opibus transcendere vultis,

A Et sic e summis lapsi comprehenditis imos.

Si vos quisque vocat cœnæ convivium ponens,

615 Cornibus in summis devitet ponere membra,

299 Quisque sapit. Veniet forsitan si nobilis alter,
Turpiter eximio coegetur cedere cornu ,

Quem tumor inflati cordis per summa locarat.

Sin contentus erit mediocria prendere cœnæ ,

620 Inferiorque dehinc si mox conviva subibit ,

Ad potiora pudens transibit strata tororum .

LECTIONES VARIANTES.

607. Rom., *crescet pro crescit.*

609. Mss., *sic vestra ministrat*; editi, *sic cuncta*; Westh. in textu, *nate sic cuncta*; ad marg., *natus sic cuncta*. Rom. codex sic habet, *sic vestra minister* — *Obsequio solus proprio pia munera gestat*, quæ scriptura præferenda videtur, et confirmatur lectione mss. Reg., et Ott., vers. seqq., et pro d. s. indicatur a Poelm.

610. Rom., Poelm. pro d. s., Reg., Ott., *gestat*; alii *gestans*.

611. Hic versus in Reg. omissus fuerat, sed insertus postea fuit inter lineas. Ejus loco a pr. m. hic versus adest in Reg.: *Et multos redimens pretioso sanguine salvat*. In mss. Rom. et Ott. prius ponitur *Pro multisque*, tum additur *Et multos*, etc., sed *servat* pro *salvat*. In editis deest hic versus *Et multos*, neque certe necessarius est, nisi prior *Pro multis*

expungatur. Uter autem eorum magis Juvencum redeat, non ausim judicare. Retineo vero *Pro multisque*, quia pluribus testimoniis comprobatur. Reuschius ait, in aliis libris legi non pessimum versum, *Et multos redimens pretioso sanguine servat*, ubi in *B* *servire*, quod præcessit, et *servare* auctor lusit; quos lusus sæculum xi sapere affirmat.

612. Rom., *Et vos*; melius, *At vos*.

613. Ott., *est summis*; fortasse librarius voluit, *ex summis*. Editi, et mss., *e summis*.

616. Rom., *Quisquis sapit*, quod metrum non patitur. Vera lectio, *Quisque sapit*, quam Aldus etiam in textu exhibuit; sed in Erratis importune correxit *Qui sapit*, *adveniet*, quia scilicet ignorabat *quisque* sumi pro *quisquis*, ut in poetis christianis passim observatur, et in Juvenco animadversum jam fuit ad libr. iii, vers. 400.

NOTÆ.

606. Reuschius totum hunc locum sic ferme exponit: Potestas celsa editioe, h. e., Deus imponit, seu præponit gentibus infidelibus quoscumque eorum, sive, ex iis ipsis populis incredulis, velit ut dominantur in gentes illas infidas, vel dominantur urbibus subjectis: et hi principes exercent in eas urbes iram vehementem Patris mei. At vos non iræ ministri, sed clementiæ estis. *Moderatio mitis*, regimen benignum. *Traquillior concordia aquore vitæ*, tranquillior qualibet vita placide tractata. *Sternit*, insternit, implet, vos, qui mei discipuli estis, hic, hoc sermone jam, hac in vita, pace, quam mundus dare nequit.

608. *Quisquam unus*, h. e., unus quisquam.

611. *Ponit animam*, impendit, dat. Phrasis ecclesiastica. Augustinus in Joann. 121: *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et animam suam ponere pro multis*.

612. De his versibus peculiarem dissertationem conjeci in proleg., c. 5. Cum nuper viderim apographum Evangelii Tridentini nondum editi, operæ pretium duco scripturam versionis Italæ, quam secutus est Juvencus, denuo confirmare verbis ejus Evangelii exscriptis: *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam pro multis redemptionem. Vos enim queritis de pusillo crescere, et de majore minorari. Intrans autem, rogati ad cœnam, nolite recumbere in eminentioribus locis, ne forte honoratio te superveniat, et accedens, qui ad cœnam te vocavit, dicat tibi: Accede deorsum, et confundaris. Si autem in loco inferiore recubueris, et supervenerit humilior te, tunc dicet tibi, qui te ad cœnam vocavit: Accede superius. Et tunc erit tibi gloria coram discumbentibus. Et cum egredieretur Jesus ab Hierico, etc.*

614. CAPUT XXV. In novissimo loco recumbendum. Matth. xx in Itala, et Luc. xiv, 7, etc. *Vocat*, et convivium ponens verba propria in cœnis. Vide not. ad l. i, vers. 795, et l. iii, vers. 80.

615. *Cornua* sæpe dicuntur de extremis cujusque rei partibus, ut *cornua aciei, classis*, etc. Livius libr. xxv, cap. 3, ad fin.: *Et forte in cornu primus sedebat Casca*. Apollinaris Sidonius l. i, epist. 11, sive ult. sic convivium describit: *Postridie jussit Augustus, ut*

*epulo suo circensibus ludis interessemus. Primus tacebat cornu sinistro consul ordinarius Severinus... Juxta eum Magnus, olim ex præfecto, nuper ex consule... recumbente post se Camillo, filio fratris. Pæonius hinc propter. Atque hinc Athenius. Hunc sequebatur Gratianensis omni ab infamia vir sequestrandus, qui Severinum sicut honore postibat, ita favore præcesserat. Ultimus ego jacebam, qua purpurati (imperatoris) lævum latus in dextra margine porrigebatur. Sirmondus hunc locum illustrat, ex quo hæc colligo: In sigmate, seu stibadio, hoc est, lectio semitotundo, duo erant extrema velut cornua. Hi primi accubitus censebantur. Honoratissimus stibadii locus erat cornu dextrum, proximum sinistrum. Id novum videri queat, et ab usu nostro remotius, quod tertius, quartus, ac reliqui deinceps illum ordine subsequantur, qui primus est in cornu sinistro. G. Fabricius nove a Juvenco dictum putabat cornuâ summa pro primo accubitu. Vide ejus Comment. Poetar. christ., verbo *cornua*. Consule etiam Petrum Chacon, de Triclin. Rom., cum appendice Fulvii Ursini, Hieronymi Mercurialis dissertationem de accubitus in cœna Origine, et plures alios quos laudat Fabricius, Bibliograph. Antiq., c. 19, n. 3.*

618. *Tumor inflati cordis*, superbia. Sic Prudentius, alique christiani scriptores loquuntur. *Per summa*, ut vers. 615, *Cornibus in summis*.

619. *Mediocria*, nempe loca inferiora. *Mediocris* sæpe pro exiguo ponitur.

620. Ex hoc versu colligo, Juvencum parabolam sumpsisse ex Matthæi Itala versione, non ex Luca, cap. xiv. Nam, ut vidimus, in Evangelio Tridentino id exprimitur apud Matthæum: *Si autem in loco inferiore recubueris, et supervenerit humilior te, tunc dicet tibi, qui te ad cœnam vocavit: Accede superius. Lucas solum ait: Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco, ut cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Paulo aliter Evangelium Tridentinum: In novissimo loco recumbe, ut cum venerit qui te et illum invitavit, dicat tibi.*

621. *Pudens*, verecundus: transibit ad potiorem strati et tori locum, quia pudenter inferiorem elegit. Boni viri est pudore suffundi cum gloria ei quasi invito tribuitur.

Proxima tum Solymis conscendit culmina A
[montis,
Ordinibus lucent quæ glaucicomantis olivæ.
300 Hinc lectis jussit sectatum discipulorum,
625 Obvia castelli monstrans habitacula Christus,
Inde asinam pariter cœtu comitante repertam
Ducere : vel si quis causam disquirere vellet,
Cur sua tam subito quoquam jumenta trahantur,
Dicere, tunc operam Dominum sibi sumere
[velle.
630 Discipuli celeri complent præcepta paratu.
Adducunt, mollique super velamine vestis

Insternunt placidum pullum, præbentque se-
[dendum.

301 Hinc veteris quondam fluxit vox nuntia
[vatis:
Ecce venit placidus tibi rex, quem terga se-
[dentem

635 Præmitis gestant asinæ, pullique sequentis.
Tum populi stratas prætexunt vestibus omnes,
Quaque iter est Christo, subnexa fronde coronant.
Proxima tunc alii spoliant palmeta virore,
Conclamantque omnes : Davidis origine creto
640 Hosanna excelsis sit gloria læta trophæis !

LECTIONES VARIANTES.

623. Reg., quo; et glossa, quo monte. Sensus exigit quæ. Rom., corrupte : *Ordinibus lucent glauci comantis olivæ.*

626. Rom., *Unde, lege Inde,*

628. Ott., *trahuntur*; Rom., *trahatur* : lege B
trahantur.

629. Mss. Reg., Ott., Rom., *Dicere, tunc operam Dominum sibi sumere vella.* Sic etiam Ald., Torn., Bas., Poelm., pro d. s., sed nonnulli interpungunt *Dicere tunc : operam.* Hanc lectionem exstare in quinque impressis et quatuor codicibus confirmat Reuschius, quam poetico magis habitu ingerere putat. Hadam., Westh., ad marg. : *Huic reddas, nostro nunc iis opus esse magistro.* Ita Daventr., sed *Huic reddant*, quod Westhemerus in textu expressit. Ita etiam Poelm., in textu, et Fabr., sed uterque *Reddere huic.* Hanc scripturam tuetur Fabricius, in Comm., verbo *reddo*, pro respondeo, et locum hunc ante depravatum fuisse affirmat : eandem secutus est Schoettgenius, et Reuschius, qui observat,

legendum *Reddere non reddant* : præcessit enim copulativa *vel.* Verum cum lectio codicum mss. bona sit, nulla est causa cur eam deserere debeamus.

631. Rom., Ald., *mollique super velamine vestis.* Hadam., Poelm. et alii, *mollique super velamina vestis.* Prior lectio melior est, et confirmatur quamvis obscure a mss. Reg., Ott. Elegantius etiam est *molli velamine, quam mollis vestis.* Super vel est *insuper,* vel per timesin *superinsternunt,* vel ad pullum referunt.

633. Alp., Bas., *Huic non ita bene, ac Hinc.*
637. Rom., Ald., *subnixa* : alii, *subnexa.* Kœnigius suspicatur *subjecta* : Reuschius tenet *subnixa,* hoc est, fulciete, et quasi gestante.

640. Reg., Ott., a pr. m., *Osanna in excelsis.* Rom. cum editis, *Osanna excelsis* vel *Hosanna excelsis,* vel *Osehanna excelsis,* ut edit Fabricius. Scriptura *Osanna in excelsis* metro adversatur, nisi scribere velimus *Osana,* ut dactylus inde fiat. Sed vers. 647, Reg. et Ottob. exhibent *Osanna excelsis.* Vulgata scribit *Hosanna.*

NOTÆ.

622. CAPUT XXVI. Christo pullo asinæ insidente, C
populos stravisse viam, qua ibat, suis vestibus. Matt. xxi, 1 seqq; Marc. xi, 1; Luc. ix, 29; Joann. xxi, 15.

625. Ordo de dispositione arborum scite dicitur. Cicero, pro Cæcina, cap. 8. *Ejus fundi extremam partem olivæ directo ordine defununt.* Confer notam Passeratij. Virgilius, in Georg., vers. 276 : *Sin tumulis acclive solum, collesque supinos : — Indulge ordinibus. Lucent, h. e., conspicua, nitent.* Campi bene culti, et ipsæ etiam arbores nitere dicuntur. Plinius, l. xvii, cap. 4 : *Non utiqua lætum solum est, in quo proceræ arbores nitent.* Sic campi nitidi, nitentes, terra herba, nitens; et Juvencus, infra, vers. 712, *nitentis vineti. Glaucicomans,* vox a Juvenco formata, ut l. iv, v. 201 : *flammicomans.*

624. *Lectis discipulorum,* h. e., ex discipulis, vel positivum est pro superlativo quasi *lectissimis discipulorum,* ut h. l. vers. 293 : *Eximios vatum.* Virgilius, l. ix, vers. 47 : *Turnus, ut antevolans tardum præcesserat agmen, — Viginii lectis equitum comitatus,* D
et urbi — Improvisus adest.

625. *Obvia,* quæ ex adverso, seu contra erant. Hæc enim est propria significatio hujus vocabuli. Matthæus ait : *Ite in castellum quod contra vos est.*

627. *Vel ai, pro et ai.* Vel pro et ab idonei, auctoribus aliquando adhibetur.

632. Matthæus ait : *Et adduxerunt asinam, et pullum : et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere fecerunt.* Versio antiqua in ms. Colbertino : *Et adduxerunt asinam, et pullum ejus, et imposuerunt super eos vestimenta sua, et sedebat super eum Jesus.* Plerique alii mss. cum Evangelicaria Tridentino legunt, *Et imposuerunt super eum vesti-*

menta, et sedebat super eum. Hanc lectionem tenuerunt Auctor oper. imperf. in Matth., et Arnobius Afer Annot. in Evangel. Alii Evangelistæ super pullum asinæ sedisse Jesum disertis verbis narrant. Postea Juvencus, Isaïæ vaticinium reddens, sic ait : *Quem terga sedentem — Præmitis gestant asinæ pullique sequentis.* Probabilis interpretatio est, Jesum prius usum fuisse asina, sequente pullo : deinde in civitatem Ingressum super pullum, sequente asina. Mysterij hujus plures causas assignant veteres, recentisque Interpretes. In veterum christianorum monumentis sæpe expressa apparet imago Salvatoris asino vel asinæ insidentis; eaque sic exstat in quodam cochleari antiquissimo, ferruminato argento insculpta, apud v. c. Giovenazzum, qui ejus modi cochleare ad sacram synaxin populo veteri more impertendam olim adhibitum fuisse prudentissime conjiciebat. Ita enim fideles ad tantum mysterium accedentes in memoriam revocare poterant verba Matthæi : *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullum filium subjugatis.*

635. *Præmitis* : sic hæc nomina formare amat Juvencus, ut non semel notatum.

636. *Stratas,* vias, ut alibi dictum.

637. De hoc triumpho Salvatoris, de more veterum prætendi vias floribus, et de acclamatione puerorum *Hosanna* legendus est Martinus Roa, libr. II Singular. cap. 15.

638. Judæa palmetis abundabat. Horatius, l. II, ep. 2, vers. 184 : *Ungi — Prasferat Herodis palmetis pinguibus.* Plinius, libr. v, cap. 14 : *Hiericuntum palmetis consitam.* De voce roror dictum l. II, vers. 818.

Sic adeo ingreditur Solymorum mœnia Christus. A
Ingresso occurrit, primo sub limine templi,
302 Cruribus atque oculis certatim debile
[vulgus.

Quos ubi tam subito gressu, visuque vigentes
645 Cuncta sacerdotum cognovit factio mirans,
Et pueros templi complentes tecta canore
Hosanna egregia Davidis stirpe creato,
Ipsam percunctant cuncti, quæ causa canoris
Impubem tanta tollat per gaudia plebem.

650 Christus ad hæc, Legis, inquit, vos scripta tenere
Creditis, infantum quæ dicit ab ore venire,
303 Lactentum et linguis Justis consurgere lau-
[dæm.

Hæc ait, ingratham linquens cum civibus ur-
[bem,
Bethaniamque petit, rediensque, in margine cer-
[nit

655 Stratæ, tendentem diffusa umbracula, ficum.
Illic forte cibi pertentans corda voluntas,
Arboris attricat ramos: sed nulla facultas
Pomorum sterilis frondis concreverat umbræ.
Olli Christus ait: Non sit tibi fructibus um-
[quam
660 Copia promendis. Tum protinus aruit arbos.
Discipuli celerem mirantur in arbore mortem.
Sed Christus stupidis assistens talia fatur:
Nunc ligni istius nostro stupuistis honore

LECTIONES VARIANTES.

641. Ald., Poelm., pro d. s., *Sic tunc: ceteri Sic adeo.*

642. Rom. *Ingresso primo occurrit: alii, Ingresso occurrit primo.* Torn., *lumine: lege limine.*

644. Bas., *jam pro tam.* Reg., in textu, cum aliis, *gressu visuque; supra, manu veteri, visuque et voce.*

646. Mss. omnes nostri, codex ms. Divionensis, et alius P. Pithæi a Jureto collatus, *tecta clamore: editi, tecta canore.* Prima in *clamor* longa est, et a Juvenco etiam producitur libr. ii, vers. 410; l. 4, vers. 590, 702. Retinendum ergo est *canore*, quod verbum est Virgilii, Lucretii, Ovidii, et aliorum præsertim poetarum. Vide not. ad vers. 648.

647. De voce *Hosanna*, vel *Osanna*, vide varias lectiones vers. 640. Ald., Bas., *create*, pro *creato*.

648. Reg., Ott., Rom.: *Ipsam percunctant cuncti quæ causa clamoris.* Legam cum editis *quæ causa canoris*, ut vers. 646, *tecta canore*, et l. iv, vers. 392: *Restitit adverso complens cava saxa canore.* Juretus, libr. iv Paulini Petrocorii de Vita S. Martini, vers. 172, ex ms. codice S. Benigni Divionensis, his in locis legit *clamoris* et *clanore*, cui fivet Cantabrig., et aliorum poetarum auctoritas, qui primam ejus vocis syllabam corripunt. Paulinus Petrocorius, loc. cit.: *Verbera cædentem resonabant, verba clamantem. Tertullianus*, de Jona et Ninive, vers. 42. *Nauticus interea geminus clamor omnia tentat.* Plerique editi: *Tunc percunctantur cuncti; Hadam. præcunctantur*, quod non bene Latinum est. Poelm., pro d. s., *codex Barthii: Ipsam præcunctant cuncti.* Alii scribunt *percunctor*, alii *perconcor*. Verbum activum *percuncto*, et passivum *percunctor*, non admodum usitatum est: ab hominibus non dubito quin Juvenici sit, cum iterum *percunctata* passive occurrat vers. 679. Idem verbum usurpant Nævius, Gellius, et Apuleius.

649. Rom. cum editis *tantam*; Reg., *tantum*; Ott., *tanta*. Id præ cæteris placet, quod ab sciolis libræris mutatum, quia nesciebant, ultimam in *tanta* D

B *ratione casuræ* produci posse, præsertim ex consuetudine poetarum inferioris ævi.

650. Rom., Ott. cum Hadam., Poelm., in textu, *Legis, inquit, vos.* Reg. cum Ald., Torn., *legis sanctæ vos.*

651. Reg. cum Torn., Poelm., pro d. s., *Creditis.* Rom., Ott. cum Ald., *Creditar.* Rom. cum Ald. et aliis ita interpungit: *venire — Lactentum, et linguis.* Sed aliter Scriptura distinguit, *Ex ore infantum, et lactentium.*

652. Reg., *lactantum*: Rom., Ott. cum editis, *lactentum.* Versiones veteres apud Sabatierum omnes habent *lactantium*, quod pariter legitur in Evangelio Tridentino, ex quo confirmatur *lactantum* in Reg. Sed multi Patres antiqui cum Vulgata exhibent *lactentum*, et pro eo, qui lac sugit, certius vocabulum est *lactens*, quam *lactans*: nam de hoc aliqui dubitant. Nonnulli apud Reusehium *justis*: *reline justis*, videlicet Christi.

653. Poelm., pro d. s., *Stare extendentem.* Vera lectio *Stratæ, tendentem.* Nescio an aliud voluerit Aldus *Strate tendentem.* Alibi etiam apud Juvencom occurrit *strata, stratæ* pro *via*, ut paulo ante vers. 636.

656. Rom. supra *corda* indicat *corde*, quod non admiserim. Reuschius pro *voluntas* conjicit *voluptas*, hoc est, appetentia.

658. Reg., Ott., Daventr., Ald., *sterilis frondis concreverat umbræ.* Sic Rom., sed *sterili*, Had., Poelm., in textu, Fabr., *sterili frondis concreverat umbra.* In Reg., glossa hæc est *UMBRE — in umbra.*

660. Reg., Ott., *arbos*: Rom., *arbor.*

665. Omeisius suspicatur *Nunc ligni stirpem*, Reuschius *Nunc lignum istius*, nempe arboris. Alioquin supplendum *arborem*: *Nunc stupuistis, arborem ligni istius auctoritate nostra desisse ad vires ducere terrenos succos.* Putabam *Nunc ligni istius nostro stupuistis honore — Desisse vires terrenos ducere succos*, quod, producta ultima in *desisse* ob cæsuram, optimum videatur.

NOTÆ.

644. Quos, synesis, sive mutatio numeri et generis: quasi non præcessisset *debile vulgus*, sed *homines debiles e vulgo*.

647. *Creto*, genito. Hæc est enim propria hujus verbi significatio: quamvis non quidquid genitum est, creatum quoque dici possit.

655. CAPUT XXVII. *Christum maledixisse ficum, quia foret sterilis, atque illam confestim exaruisse.* Matth. xvi, 17 seqq.; Marc. xi, 13.

654. *In margine stratæ.* Textus sacer, *secus viam.* Ms. Cantabrig., *super viam.* Margo proprie est extrema ora cujuslibet rei, ut *margo fluvii, agri,*

via, libri, etc.

655. Lib ii, vers. 116: *Cum te diffusæ tegerent umbracula ficus.*

657. *Facultas*, nulla vis producendi poma concreverat frondis sterilis umbræ.

658. *Pomum* de quovis fructu. Vide not. ad Drac. lib. i, vers 186.

661. De senio et morte arborum vide not. ad lib. ii, vers. 749, et Grunerum, ad Sedulium, lib. i, vers. 15.

662. *Stupidis*, valde mirantibus, ut vers. seq. *stupuistis.*

- 304** Desisse ad vires terrenos ducere succos. **A**
665 Sed veris verbis iterumque iterumque monebo :
 Namque fides si certa animi consistet in arce,
 Nec dubiis nutans vitiis tremebunda jacebit,
 Arboris istius vobis substantia cedit.
 Nec tantum istius, sed montis celsa revelli
670 Credentum verbo poterunt, undisque profundi
 Cum silvis pariter, saxisque, ferisque recondi.
 Et quæcumque fides robusto pectore poscet
 Credentum, semper digna virtute tenebit.
 Hæc ubi dicta dedit, templi se mœnibus infert.
675 Confestim proceres populi, miracula rerum,
 Collecti inquirunt, virtus quæ tanta dedisset.
 Ollis Christus ait : Quærentibus omnia vobis
305 Dicere jam facile est, si nobis vestra vi-
 [cissim
- 680** Percunctata prius paucis sententia solvat.
 Nuper Joannes, puro qui gurgite lavit
 Sordentis populi maculas, divina potestas,
 An hominis potius vobis fallacia visa est?
 Hæc ait, incipiti verborum pondere claudens
 Captantum procerum mentem : nam magna pro-
 [phetam
685 Plebis Joannem veneratio suscipiebat,
 Nec poterant ejus fallacem dicere vitam.
 Rursus sublimem dixissent esse prophetam,
306 Occidisse illum traheret confessio culpam.
 Se nescire tamen respondit factio fallax.
690 Tum Christus : Non est injustum claudere vocem,
 Cum mihi claudantur procerum responsa su-
 [perba.
 Nam geminæ proles genitor majoris in aures

LECTIONES VARIANTES.

- 665.** Reg., iterum iterumque : rescribe iterumque **B** *iterumque.*
666. Reg., animæ, pro animi. Daventr. cum. mss. Reg., Ottob., consistit. Ald., Bas. cum Rom., consistat. Had., Fabr., Poelm. consistet.
667. Westh., in textu, nutans; ad marg., nutans, quod unum probandum est.
670. Ald. verbis : alii, verbo. Ald., Bas., profundi : melius, profundi, nempe maris.
675. Rom., Credendum : lege Credentum, ac fortasse præstiterit interpungere poscet, — Credentum semper digna virtute tenebit. Paulo ante, Credentum verbo.
676. Poelm., pro d. s., Mirantes rogitant, qua virtute efficit ista; in textu, cum mss. et aliis editis, Collecti inquirunt, virtus quæ tanta dedisset.
678. Ald., nobis si.
679. Rom., Percunctata : lege Percunctata, aut Percontata, ex dictis ad vers. 648. Mss. cum plerisque editis, solvat : Had., Poelm., solvet.
680. Torn., Joannis pro Joannes.
681. Reg., Ott., Rom., Sordentis : editi, Sordentes.
682. Reg., Ott., Ald., Bas., An hominis. Rom., An Joannis. Hadam., Fabr., Poelm., Anne hominis. Probum est An hominis : quod enim an produci possit, dixi ad libr. 2, vers. 517. Hoc autem loco peculiaris est ratio ob aspirationem dictionis sequentis quæ vim habet producendi aliquando brevem dictionis præcedentis.
683. Ott., ludens, pro claudens, et fortasse a pr. m. fuit laudens, vel claudens. Facile in mss. inter se confunduntur ludens et claudens, et, quod idem est, cludens. Neque hoc loco mihi displiceret ludens. Sed multo magis placet claudens. Sicl. iv, vers. 8 : Cur tentatis, ait, nunc me concludere verbis?
685. Reg., Ott., a pr. m., Torn., suscipiebat : Rom., cum plerisque editis, suscipiebat. Barthius, libr. xxvi Advers., cap. 7, col. 1265, pro suscipiebat correxit etiam suscipiebat : quod verbum, inquit, corruptum et in Ligno vitæ apud Cyprianum, sive alium poetam christianum : Circum spatiantes gramine molli — Suscipiunt alta pendentes arbore fructus. Legendum Suscipiunt. Vide libr. iii, vers. 51, ubi idem legitur versus.
687. Reg., contra metri rationem, sublimem si dixissent esse. Ott., a pr. m., Rursus sublimem dixissent esse prophetam, quod genuinum videtur : necessaria enim non est particula si. In Ott., ut in editis, apponitur supra si inter dixissent, et esse. Particula si eleganter sæpe omittitur non solum a poetis, sed etiam ab aliis. Virgilius, l. vi, vers. 31 : Partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes. Ovidius, vi Fast., vers. 115 : Huic aliquis juvenum dixisset amantia verba, — Reddebat tales protinus illa sonos. Cicero, Philipp. xiii, c. 11 : Recesseris, undique omnes insequentur : manseris, hærebis.
689. Torn., Poelm., pro d. s., igitur, pro tamen.

NOTÆ.

- 665.** Virgilius, iii Æneid., vers. 436 : Prædicam, et repetens iterumque iterumque monebo.
666. Animi in arce, quasi in fastigio et apice animi. Statius, lib. ii, silv. 2, vers. 151. Celsa tu mentis ab arce — Despicias errantes, humanaque gaudia rides.
668. Arboris substantia, arbor. Vide not. ad libr. 1, vers. 446, 631.
669. Celsa montis. De vocabulo celsa substantivè dixi ad Dracont., lib. ii, vers. 3.
674. CAPUT XXVIII. Jesum interrogatum, qua potestate hæc faceret, respondisse : Facile erit, quæ quæritis, dicere, si prius, quæ nos interrogabimus, solveritis de Joannis baptismate. Matth. xxi, 25 seqq.; Marc. xi, 24; Luc. xx, 2; Joann. xiv, 15; xvi, 25.
675. Ordo est : Continuo proceres, sive seniores populi collecti inquirunt, quæ tanta virtus dedisset miracula rerum, vel quæ virtus dedisset tanta miracula rerum.
680. Supra, vers. 263 : Justus Ioannes, populos qui flumine lavit. Confer notam.
683. Incipiti, qui in utramque partem premebat. Vide not. ad l. ii, vers. 235.
684. Captantum, capere volentium. Adisis not. ad h. l. vers. 154. Interdum captare conatum indicat, capere effectum.
688. Confessio occisionis prophetæ argueret culpam. Sed quænam culpa seniorum fuit, quod Joannes ab Herode occisus fuerit? Satis ex Evangelistis hoc loco constat, Scribas et Phariseos Joanni non credidisse. Ait enim Lucas : At illi cogitabant intra se dicentes : Quia si dixerimus, De celo, dicit : Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, Ex hominibus, plebs universa lapidabit nos. Certi sunt enim Joannem prophetam esse. Probabile ergo est, eos mortem Joannis, quoque poterant modo, procurasse. Lamyus hinc suam sententiam confirmat, Joannem bis in carcerem fuisse conjectum, primum a Scribis et Phariseis, tum ab Herode, cum Scribæ et Pharisei illum dimisissent, quia timebant plebem.
691. Responsa superba, quia ipsi superbi sunt, et aut non respondent, aut superbe respondent.
692. CAPUT XXIX. De eo, qui filios habens, in vineam ire eos jussit. Item publicanos et meretrices credituros in Christum, Judæos vero obstinatos fore. Matth. xxi, 28 seq. Digitized by Google

Talia dicta dedit : Vitis mihi portio major
Semiputata jacet. Sed perge, et robore forti
695 Nunc scrobibus, nunc falce premens, vineta re-

[tonde.

Tum juvenis sese tam sordida vincla laboris
Nolle pati memorat. Post omnia jussa parentis

307 Exsequitur, damnansque sibi responsa
[coercet.

Post alium natum simili sermone jubebat

700 Ad vineta sui dependere jussa laboris.

LECTIONES VARIANTES.

695. Rom., *retonde*; Helmst., *reconde*; alii *retunde*. Reuschio magis arridet *retunde* pro *tonde*. Id verbum tribuitur Plauto, et *retusus* a Plinio usurpatur libr. xviii, cap. 17, de segete. Vitis tondetur, cum putatur. Columella, libr. iv, cap. 21 : *Vitis in pollicem tondetur*. Plinius, libr. xv, cap. 1 : *Olea tondentur, cum et vites*. Sic *tonsa ilex, tonsa myrtus*, et similia. In scriptura communi et vulgata eundem sensum habet *retunde* : et quantum quidem ad scrobes attinet, dici potest vitem *retundi*, cum prosternitur. Columella, libr. iv, cap. 4 : *Facto in pastinato scrobe, tota vitis a media fere parte sulci prosternatur*. *Scrobibus vineta premere* est fodere, ac pastinare, seu vertere terram.

698. Mss. nostri omnes cum Torn. : *Exsequitur, damnansque sibi responsa coercet*, nimirum corrigit a se responsa. Plerique editi, *Exsequitur, dura damnans responsa loquelæ*. Conjiciebam : *Exsequitur, damnansque suæ responsa loquelæ*.

702. Poelm., pro d. s., Fabr., *uter potius*; in textu cum cæteris, *quis potius*. Rom., corrupte, *genitoris gloriamque sequatur*.

703. Reg., *Olli collaudant responsum posterioris*; sic Ott., sed *responsa* contra metrum. Rom., similiter : *Illi collaudant responsa posterioris*. Poelm., in textu, Daventr., Ald., Hadam : *Illi collaudant natæ responsa prioris*. Poelm., in textu, Daventr., Ald., Hadam : *Illi collaudant nati responsa prioris*. Poelm., pro div. s. : *Olli non laudant responsum posterioris*. Restituenda et Juvenco sua lectio ex nostris mss. : *Illi collaudant responsum posterioris*. Librarii veteres, aut primi editores Juvenci, qui sacræ Scripturæ vulgatam versionem noverant, non aliam, hunc versum corruperunt. Verba in Vulgata sunt Matth. xxi, 31 : *Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei. Primus*. Consentit versio antiqua ex codice Colbert., et S. German. 2; at ex ms. Corbeiens. 1 et 2, et S. German. 1, ex Clarom., ex Cantabr., ex cod. S. Andreae Aven., pro *Dicunt ei*, *Primus*, exhibetur *Dicunt ei, Norissimus*. Ita etiam legitur in codice Vercellensi ab Irico edito, et in Veronensi a Bianchini typis excuso. Birchius, in opere *Quatuor Evangelia*, etc. pro eadem scriptura laudat celeberrimum codicem Vaticanum Græcum 1209, qui optimus est omnium quotquot exstant, Vind. Lamb. 31, et versionem Syram Hierosolymitanam. Wetstenius, in Testamento novo græco, eandem lectionem commemorat ex codicibus Græcis Cantabrigiensi antiquo, duo-

A Annuit his juvenis, nec dictis facta repensat.
Dicite, quis potius genitoris jussa sequatur?

Illi collaudant responsum posterioris.

308 Prosequitur Christus : Nunc vera advertite dicta.

705 Jam magis hinc cœli sedem comprehendere certum est

Corporis e vitii quærentes sordida lucra,
Quam vestrum quemquam. Vobis nam venerat ante
Justus Joannes : sed non est credere vestrum.

busque aliis recentioribus, necnon ex versione Copta, Armena, Saxonica, Arabica, ac præterea ex Damasceno, Pseudo-Athanasio contra Arium, Victorino et Hippolyto, in Genesin. Accedit nunc Evangeliarum Tridentinum, sæpe a me laudatum. Thomas Marescallus animadvertit, in versione Anglo-Sax. legi : *Tum dicebant illi : Posterior*. Omitto versiones, Arabicam in nonnullis exemplaribus, et Ægyptiacam, in quibus unius et alterius filii invertitur responsio, adeoque mirum non est, laudari responsum posterioris. Mss. Latinis plerisque, in quibus sine ulla perturbatione versiculorum 29 et 30, constanter subditur, *Dicunt ei. Novissimus*, et non *Primus*, Sabatierius adjungit S. Augustinum, libr. v Locut., tom. 3, part. 1, col. 368; et clarius Hilarium, in Comment., col. 716. S. Hieronymus agnoverat etiam hanc lectionem, quamvis in aliis exemplaribus, quæ ipse vera vocat, aliter legi asserat Comment. in Matth., tom. IV, col. 101 : *Quod dicitur : Quis ex duobus fecit voluntatem patris, et illi dicunt : Novissimus ; sciendum est, in veris exemplaribus non haberi NOVISSIMUM, sed PRIMUM, ut proprio judicio condemnentur. Si autem NOVISSIMUM voluerimus legere, manifesta est interpretatio, ut dicamus intelligere quidem veritatem Judæos, sed tergiversari, et nolle dicere, quod sentiunt : sicut et baptistum Joannis scientes esse de calo, dicere noluerunt*. Sabatierius Juvencum adduxit pro lectione Vulgatæ, quia scilicet exemplaria cod. mss. Juvenci non viderat : ex his autem constat, eum legisse, *Dicunt ei : Novissimus*. Reuschius vulgatam Juvenci scripturam retinuit, quamvis non dubitaverit, ut ait, quin genuinus sit versus Juvenci a nobis exhibitus. Sic autem interpretatur : Responsum videlicet, et verba posterioris collaudarunt, sed non factum. Eo ipso autem factum prioris probant. Christianus Fridericus Matthæus in novo Testamento Græco et Latino affirmat, in nonnullis suis mss. responsionem filiorum inverti, et hanc transpositionem ortam esse ex Commentariis interpretum, qui hunc locum de populo Israelitico, et de gentilibus accipiunt. Quo posito, exoriebatur quæstio, utri prius vocati essent.

705. Ott., Reg., *comprehendere possunt*, Rom. cum editis, *comprehendere certum est*.

707. Ott., Reg., *quisquam* : alii, *quemquam*, ut hic versus versus 705 respondeat. In Ott. fortasse fuit *quemquam*.

NOTÆ.

694. Virgilius, eclog. 2, vers. 70 : *Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est*.

695. *Premens vineta retonde* : idem accusativus cum duobus verbis.

696. *Sordida* non sunt vincla laboris rustici, si *Sordidus* accipiatur pro infami, turpi, sædo. Alio sensu rura dicuntur *sordida*, aratra *sordida*, otia *sordida* ruris, *sordida tecta villæ, casæ*, etc., quia nullus ruri munditiarum cultus. *Vincla laboris* petuntur videtur ex Horatio, l. 1, epist. 7, vers. 67 : *Excusare laborem, et mercenaria vincla*.

700. Notanda locutio : *Jubebat ad vineta depen-*

dere jussa sui laboris : nempe jubebat ire in vine-tum, ut laboraret. *Dependere* significat etiam insu-mere, ut *dependere operam*. Fortasse hoc sibi vult *dependere jussa laboris*.

701. *Repensat*, frequentativum a *rependo* eadem fere significatione. Nec facit, ut dictis facta respondeant, aut paria sint.

706. *Quæstus* de professione meretricia frequenter dicitur. Plautus, Pœn. v, 3, 20 : *Facerentque indignum genere quæstum corpore*.

708. *Non est vestrum*. Terentius, Heautont. iii, 2 : *Non est mentiri meum*.

- Namque fidem potius meretricum pectora cer- A
[tam
710 Hauserunt, sordesque animi posuere pudendas.
At vos tantorum scelerum nil posuistis unquam.
Sic quidam dives, cui jugera multa nitentis
Vineti sepos circum densata coerceat,
309 In medio turrem, praelumque, et dolia
[fecit,
715 Cultoresque dedit, fructusque locavit habendos.
Impositam statuens mercedis solvere legem.
Tum longinqua petii, sed fructus tempore certo
Actores famulos mittit, queis portio, salva
Cultorum certa ruris mercede, daretur.
720 Ecce colonorum rabies hos verberare sævo,
Ast alios lapidum proterrent undique telis.
Denique lethali prosternunt vulnere multos. B
Tum dominus ruris plures incedere servos
- Præcipit, et rursus mercedis pacta reposit.
725 310 Major at in plures audax injuria surgit.
Ultima jam domino natum dimittere mens est,
Quod sobolem, partemque sui vis digna pudoris
Cultorum cordi venerandam posceret esse.
Sed contra illorum jam mens maculata cruore,
730 Progenie exstincta domini, sibi post dominatum
Cedere credentes, crudeli vulnere fixum
Obtruncant, jaciuntque foras trans septa ca-
[daver.
Post hæc jam dominus veniet, pœnasque re-
[poscet
Tantorum scelerum. Sed vobis tradita quondam
735 Fulgentis regni sedes translata feretur
Ad gentem, dignos possit quæ reddere fructus.
Ut rex, qui nato thalamorum vincula nectens,
Præcepit, proceres convivia lata frequentent,

LECTIONES VARIANTES.

710. Reg. et Ott. scribunt *Auserunt*. Reg., *animæ*, pro *animi*.
713. Rom., *coheret*: lege *coerces*. Nonnulli conjungunt *circumdensata*. Sed *circum* potius adverbii more positum videtur.
718. Plerique scribunt *quis*; nonnulli, *queis*.
720. Reg., *verberare servos*. Rom., Ott., cum editis, *verberare sævo*.
721. Reg., Ottob., Hadam., Poelin., Fabr., *proterrent*: quo fortasse pertinet mendum in Rom., *prosternunt*, nisi legendum sit *prosternunt*, quod tamen minus placet, cum v. seq. occurrat. Ald., Bas., *diverberat*. Pro submovere, expellere ponitur *proterrent*. Terentius Heaut. 3, 1: *Protterruisti hinc*, illium scilicet.
723. Fabr., mendose, *dominos*, pro *dominus*.
724. Rom., Ott., Ald., *rursus*; alii, *rursum*. Ott., *Præcepit*, bene correctam per *Præcipit*.
726. Reg., *demittere*, fortasse melius quam *dimittere*. Arantzenius ad Sedulium v, 395, vix ullam diversitatem in his verbis agnoscit.
730. Rom., *Progeniem exstinctam*; alii *Progenie exstincta*.
731. Mss. nostri, *Cedere credentium*; editi, *Cedere credentes*. Est figura synthesis. *Credentes*, quasi præcessisset non mens illorum, sed illi habentes mentem maculatam, etc.
735. Rom., *refertur*; melius cæteri *feretur*; id. eum poscit sententia Evangelii.
736. Reg., Rom., Torn., Ald., *Ad placidam gentem, possit quæ reddere fructus*. Ott., cum aliis editis, *Ad gentem, dignos possit quæ reddere fructus*.
737. Rom., Hadam., Fabr., Poelm. in textu, *At rex*. Reg., Ott., Ald., Torn., Bas., *Ut rex*. Sic præstat legere. Postea quidem non additur *sic*, aut simile aliquid, quo pars secunda comparationis explicetur: sed jam intelligitur, hic comparari regnum cælorum regi qui fecit nuptias filio suo, ut v. 712 h. l., *Sic quidam dives non dissimili modo exponitur parabola vineæ*.
738. Obscura est constructio hujus versus et seq. Cogitabam, *Præcipit, ut proceres convivia lata frequentent*, — *Accitos famulis*, etc., vel *Præcepit, proceres convivia lata frequentent*, — *Accitos famulos, aut famulis*. In scriptura vulgata variant tempora: *Præcepit, proceres frequentent, præceptique accitos famulos concelebrare*. Schoettgenius repetendum ait *Præcipit concelebrare*, non *Præcepit*.

NOTÆ.

710. *Sordes animi*, culpas, crimina, scelera, avaritiam. Hoc loco recte de corporis et animi impunitatibus dicitur.
712. CAPUT XXX. *Parabola de vinitoribus, qui interficiunt ad se missos ad poscendam locati ruris mercedem*. Matth. xxi, 35 seqq.; Marc. xii, 1; Luc. xx, 9. *Nitentis vineti*, vide not. ad vers. 623 h. l.
713. Supra, vers. 550: *Cui dulcia fundum—Pinquibus in campis late vineta coronant*.
717. *Fructus tempore certo, nempe tempore suo, seu vindemiæ*. Ovidius de Remed., v. 189: *Temporibus certis maturam rusticus uvam—Colligit*, etc.
718. *Actores*, verbum maxime proprium de servis, qui pecunias et fundi reditus administrant. Vide Digestor. l. xxxiii, tit. 7, leg. 20, ubi aperte Scævola actorem a villico distinguit, quamvis actorem etiam numeret inter instructi fundi officia. Primis Ecclesiæ sæculis multi Christiani scriptores in foro versati fuerant, jusque dixerant, aut defenderant. In Prudentio, Dracontio, et Juvenco sæpe verba et phrasæ et legum intima cognitione petitas observavi.
719. *Sensus*, et ordo est: *Queis portio ruris daretur, salva, sive excepta certa mercede cultorum, h. e., debita cultoribus*. Pignoriarius de Servis, pag. 148 seq., probat, in rei dominicæ procuratione primas sibi vindicasse servum actorem, ac recte Juvencum interpretatum fuisse *actores servos* a patrefamilias missos ad colonos agricolas, ut vineti fructus perciperent.
721. *Lapidum telis*. Nonius c. 6, n. 5: *Tela etiam lapides dici posse auctoritas docuit, et omnia, quæ jaciuntur*. Sisenn. Hystor. l. iv: *Manuales lapides dispersit, propterea quod is ager omnis ejusmodi telis indigebat*. Caius lib. ult. Digest. tit. 16, de Verb. significat., leg. 255: *Telum vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. Sed nunc omnia significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, ut et lapis, et lignum, et ferrum hoc nomine contineatur*.
727. *Filius pars dicitur patris. Vis digna pudoris* ponitur pro *pudor*, aut *virtus pudoris*. Confer not. ad l. 1, vers 420.
728. *Venerandam* passive, ut v. 281 l. ii. Vide var. lect. ibi.
732. *Septa*, sepos. Varro de Re rust. l. 1, cap. 14; *Nunc de septis, quæ tutandi fundi causa, aut partis fiant dicam*.
737. CAPUT XXXI. *Parabola de invitatis, qui contemnunt venire ad nuptias*. Matth. xxii, 1, etc.; Luc. xiv, 16: *Thalamorum vincula nectens; de his matrimonii vinculis confer not. ad v. 278, libr. ii.*

- 311** Accitos famulis voti regalis honorem
740 Concelebrare simul : cuncti sed adire recusant
 Regales thalamos, regalis pocula mensæ.
 Post alios mittit, sese largissima cuncta,
 Magnificasque dapes, convivia læta parasse.
 Illi, neglectis dapibus, diversa petebant.
745 Hic ædes proprias, hic ruris tecta propinqui,
 Ast alius potius merces ac lucra revisit.
 Multi præterea missos, qui ad læta vocarent,
 Insontes famulos rapiunt, et corpora ferro
 In mortem cruciant. Tum rex, ubi comperit
 [facta,
750 Millibus armatis cives cum mœnibus ipsis
 Subruit, effusi famulorum sanguinis ultor.
 Tum servis fatur : Nunc festa jugalia cœnæ
 Prælargis opibus quæcumque instruximus illis,
312 Contempsero meis proceres contingere
 [mensis.

- A 755** Ite igitur propere per publica septa viarum,
 Et quoscumque illic casus glomeraverit, omnes
 Huc lætis nati thalamis adhibete vocantes.
 Progressi famuli per compta cuncta viarum
 Inventos duxere simul. Jam denique cunctæ
760 Complentur mensæ mixtæ sine nomine plebis.
 Hic justî injustique simul cubuere vocati.
 At rex ingressus convivia læta revisit.
 Hic videt indutum pollutæ vestis amictu,
 Lætitia thalami fuerat quæ dissona longe.
765 Isque ubi regalis sermonis pondere causas
 Reddere pro vestis maculis, et labe jubetur,
313 Oppresso tacuit non puri pectoris ore.
 Et tum conversus famulis rex præcipit illum
 Connexis manibus, pedibusque, et corpore
 [toto
B 770 In tenebras raptum mox præcipitare profundas.
 Illic stridor erit vasti sine fine doloris,

LECTIONES VARIANTES.

- 759.** Reg., Rom., *Accitos famulis*; et glossa in Reg., *accitos* — *vocatos a famulis*. Placet hæc lectio, quia similis loquendi ratio familiaris est Juveenco, et sententia sic planior procedit. Communis scriptura est, *Accitos famulos*; in Ott. ex *Accitos* factum *Accitis*.
740. Hic, et sequens versus deerant in Reg., sed additi sunt.
745. Kœnigius conjiciebat *convivia lauta*; nam *convivia læta* jam præcessit.
744. Mss. nostri, Poelmann., pro d. s., *opibus*; plerique editi, *dapibus*, quod sententiæ magis congruit.
746. Ald., *merces potius*.
747. Ott. cum cæteris, *vocarent*; sed, a sec. m., *vocarant*.
751. Reg., Ott., *et fusi*: tunc distinguendum erit, *et fusi famulorum sanguinis ultor*, — *Tunc servis fatur*. Melius tamen est *effusi* cum Rom., et editis.
755. Mss. nostri, *opibus*; editi, *dapibus*. Hoc loco libentius amplectar *opibus*. Ott., Ald., *instruximus, illi* — *Contempsero*. Alii plerique mss., et editi, *instruximus illis*, — *Contempsero*.
754. Reg., *proceris*, pro *proceres*.
756. Ottob., *glomeraverat*; supra recte, *glomeraverit*.
758. Rom., Torn., Ald., Bas., *compita læta*, ut l. iv, vers. 206, *per compita læta viarum*; alii mss., et

- editi, compita cuncta*.
760. Rom., Ott., a pr. m., Fabr., Had., Poelm. in textu, *Complentur mensæ mixtæ sine nomine plebis*; sic etiam Reg., et Ott. a sec. m., sed *plebes* pro *plebis*, hoc fortasse sensu: *Mixtæ erant sine nomine plebes*. Ald., Bas., Poelm., pro d. s., *Complentur mensæ mixtæ sine nomine plebe*. Displicet hæc lectio Fabricio, qui in Comment., affirmat, verbum *compleo* stare hoc loco cum genitivo *plebis*. Vide a vobis notata in variâ lectione vers. 90 hujus libri, et vers. 255 in not.
764. Ott., *Hic justî, injustique simul venere*; et, pro d. s., *cubuere*. Rom., Ald., Bas., *Sic justî*. Reg., Had., Poelm., *Hic justî*. Plerique mss., et editi, *cubuere*.
762. Rom., *Et rex*; alii, *At rex*.
765. Rom., Reg., Ott., a pr. m., *vidit*: recte a sec. m. Ott., *videt*.
764. Reg., *Lætitiis*, pro *Lætitia*. Ott. a sec. m., Had., Poelm. in textu, Westhem. ad marg., Fabr., quæ *dissona*. Reg., Rom., et, ut videtur, Ott. a pr. m. cum Ald., Westh. in textu, Bas., *cui dissona*, Reg., Rom. cum plerisque editis *longe*: in Ott. a pr. m. fuit *lingua*, pro d. s., vel tanquam correctio est *longe*. Ald., *dissona valde*.
767. Ott., *puro*; supra, *puri*, cum aliis.
768. In Ottob. præcepti bene emendatum per *præcipit*.

NOTÆ.

- 759.** *Votum de nuptiis* solemne verbum, ut notavi ad l. ii, vers. 368.
740. *Adire*: Sedulius in prolog. v. 5: *Adi solemnia mensæ*. Plura ibi Arnizetius.
744. *Diversa*, opposita, vel alla omnia.
747. *Vocarent*, et vers. 757, *vocantes*, et v. 761; *vocati*, etc., verbum proprium conviviorum, ut notatum est ad libr. i. vers. 795, *Revocare*, de iis dictum, qui prædii vicem reddunt, ex Cicrone, Phædro, et Lactantio observat Mazochius Spicil. tom. iii, ad c. 14, vers. 12, Lucæ.
752. *Festa jugalia*, nuptialia. Catullus Carm. 63 de Nupt. Pel. et Thet., v. 302: *Tædas celebrare jugales*. Frequens est usus hujus significationis apud poetas.
755. *Prælargus* prius a Persio usurpatum fuerat. *Instruere* verbum de conviviis passim adhibitum, ut dixi ad l. ii, vers. 55.
756. *Glomeraverit*, verbum familiare Juveenco. Vide not. ad v. 579, l. 2.
760. Libr. 1, vers. 485. *Mixtæ sectantur turbæ*. Sedulius Juveencum imitatur l. 4, vers. 2. *Sine nomine vulgus* — *Mixtum*, etc.

- 763.** *Vestis amictu*, hendiadys.
764. *Dissona*, discrepans. Claudianus de consul. Mallii, vers. 249: *Ritu dissona barbaries*.
765. *Sermonis pondere*, ut l. ii, vers. 483: Cicero pro Ligario c. 7: *Verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset*.
769. Libr. iv, v. 395: *Connexis manibus, pedibusque*.
770. *Tenebras exteriores* interpretatur Mazochius l. iii Spic. ad h. l. comparate ad lucernarum jubar, quod noctu cœnantibus afulgebat, ut qui foras egerentur, eos in tenebris versari oporteret. Alia est ejusdem Mazochii explicatio, exposita l. i, v. 797, in nota, cui favet Juveencus utroque loco. Interpretatio vero, quam h. l. adhibet, propria ejus non est, sed communis cum Maldonato, aliisque. Habebat hoc Mazochius, ut interdum quasdam expositiones tanquam ab aliis prætermittas sibi adjudicaret, ignorans, vel dissimulans se scire, eas in celeberrimis interpretibus obvias esse. Et tamen is erat Mazochius, qui aliorum pennis ornari minime indigeret.
771. *Vasti*, magni. Sic plerique alii loquuntur.

Et semper fletus. Multis nam sæpe vocatis,

773 Paucorum felix hominum selectio flet.

LECTIONES VARIANTES.

772. Torn., jam; rescribe, nam.

773. Post hunc versum Reg., *Explicit evangelio-*

rum liber tertius. Incipit liber quartus. Ottob. Explicit liber III. Incipit ejusdem liber IV.

NOTÆ.

773. *Selectio contraria est rejectioni. Utroque hoc vocabulo utitur Cicero.*

LIBER QUARTUS.

314 Talia dicentem confestim factio frendens
Tentare aggreditur verbis cum fraude malignis :
Certum est, veridicum te nunc venisse magis-

[trum.

Nec quemquam metuens, Domini vestigia ser-

[vas.

5 Dic ergo, an liceat nostræ dissolvere genti
Cæsaris urgentis semper sub lege tributum?
Ille sed inspiciens sævi penetralia cordis,

Cur tentatis, ait, nunc me concludere verbis,
Fallaces? mentis prodit fallacia fructum.

10 **315** Inspicite en nummum, sculptique nomis-

[matis æra.

Cæsaris expressum promptum est ibi cernere

[vultum.

Solvite nunc illi propria sub lege tributum,
Atque Deo proprium legis servetis honorem.
Post Sadducæi tali cinxere latratu :

LECTIONES VARIANTES.

Versu 3. Ott., *veridicum*, ex quo non recte factum *veredicum*.

4. Rom. Ott., *metuis*, *Domini vestigia servans*. Poelm., pro d. s., *tueris*, *Domini vestigia servans*. Plerique editi, cum Reg., *metuens Domini vestigia servas*.

6. Reg., non male, *semper ex lege*.

9. Editi cum Reg., Ott. *Fallacis mentis*. Putabam *Pellacis mentis*: nam postea est *fallacia*. Sed in Rom. vera videtur esse lectio *Fallaces? mentis prodit fallacia fructum*. Nimirum cur, fallaces, tentatis, etc. In Aldo est *perdit pro prodit*.

10. Reg., Ott., *Inspicite in nummum*. Ald., Fab., Hadam., Poelm., *Aspicite en nummum*. Daventr. interpungit, *Aspicite: en nummum*. Rom., *Aspicite in nummum*. A manu Juvenci fortasse est *Aspicite nummum*, vel *Inspicite nummum*; producto e ratione cæsurae. Revera Cant. legit *Inspicite nummum*, et Reuschio etiam, qui edidit *Aspicite en nummum*, superfluum en videtur. Rom., *sculpti numismatis*; lege, *sculptique numismatis*, vel *nomismatis*. Pro æra legerem libenter, si per mss. liceret, *ora*. Plerique scribunt *numismatis*, sed Ald., Bas., scribunt *nomismatis*, quod exstat etiam in ms. Ott. Eandem scribendi rationem tenui, et defendi in Comment. ad Prudentium hymn. 2 Perist. v. 50 et 96, *Nomisma nummis inditum*, ubi de hac voce, et re ipsa disserui.

11. Rom., *facile est ubi*; Ald., *facile est ibi*; Fabr., *proprium est ibi*; plerique *promptum est ibi*. Reuschius tribus his versibus 11, 12, 13, vocem *banc proprium* retinendam ait. Nam hujusmodi repetitiones frequentes sunt apud Juvencum, Homerum et alios, et venustatem habent.

B 12. Rom., Fabr., Had., Poelm. in textu *proprium*. Reg., Ott. cum plerisque editis, *propria*, hoc est, peculiari, aut etiam sua: nam hac significatione sæpe Juvencus vocabulum *proprius* adhibet.

13. Fabr., Poelm., Had., *servetis*. Mss. cum Ald., Daventr., Torn., Bas., et aliis, *servemus*.

14. Reg., Ottob., Torn., *Post Saducæi hinc inde latratibus urgent*. Sic etiam Rom., et Poelm. pro d. s., sed Rom. scribit, *Saducei*. Poelm., *Sadducæi*. Ald., Bas., *Inde Saducæi tali cinxere latratu*. Sic etiam Hadam. Poelm. in textu, Fabr. Daventr.; sed Hadam., inchoat, *Inde Sadducæi*, quod sustineri nequit; Poelm., et Fabr., *Post Sadducæi*; Daventr., *Inde Saducei*. In Vulgata, et in aliis plerisque veteribus versionibus scribitur *Sadducæi*: sed melius scribetur *Saducæi*, vel *Saducei*, qui sic dicti sunt a *Sadoc*, eorum auctore. Reuschius mavult, *Inde Saducæi tali cinxere latratu*. Libro III, vers. 221: *Ecce Pharisæi, Sadduceique dolosi*. Sed fortasse Juvencus alia quantitate syllabarum id nomen proprium nunc effert. *Cingere* verbum proprium venatorum est, et *latratus* pro incondito sono, vel impudenti clamore poni solet.

NOTÆ.

Versu 4. CAPUT I. *Interrogatur Christus, an liceat reddere tributum Cæsari*. Matth. xxii, 15, etc.; Marc. xii, 13; Luc. xx, 20.

5. Libr. III, vers. 395: *Dissolve tributum*. Eusthat. Swartius Analect. I, II, c. 15, contendit scribendum esse hoc, et innumeris aliis locis *dissolve*, non *dissolve*, ut *dinumerare*, *diluere*. Opinionem hanc suam non dum plerisque aliis persuasit.

7. *Penetrata cordis*. Vide. I, I, vers. 541, Damasus carm. I post. edit. Rom.: *Sedibus depositis purgant penetralia cordis*; et carm. 13: *Virtus tenuit penetralia cordis*. Primus versus in epigrammate S. Hieronymi nomine legitur correctior, *Sordibus expositis*, etc. Aut legendum *Sordibus hæc positis*, scilicet monita: præcedit enim in Damasi carmine: *Nunc*

Damasi monitis aures præbete benignas. In Hieronymi vero epigrammate præcedit: *Quisque silit, veniat: cupiens haurire fluentia — Inveniet latices, servant qui dulcia mella*. Præstabit ergo hic legere: *Sordibus hi positis purgant penetralia cordis*, nimirum latices.

8. Matthæus ait: *Quid me tentatis, hypocritæ? Supra vers. 2: Tentare aggreditur. Concludere verbis est verbis capere, constringere, ac velut ad incitas redigere*. Libr. III, v. 685: *Anctipiti verborum pondere claudens*. Terentius Hecyr. IV, 4, 80: *Tot me nunc rebus miserum concludit pater*.

14. CAPUT II. *De muliere, quæ septem fratribus nupsit*. Matth. xxii, 25, etc.; Marc. xii, 19; Luc. xx, 28.

- 15 Mosea, qui legum posuit præcepta, jubere,
316 Si quis conjugium properata morte relin-
 [quet,
 Pignoribus mediis nondum de germine cretis,
 Hujus germano rursus sociabile vinclum
 Deberi, generis pereat ne portio lapsi.
 20 Finibus in nostris septem germana fuerunt
 Corpora : sed major primus mox vincula nuptæ
 Sumpsit, præceleri cecidit sub acumine mortis.
 Post alius frater thalamis sine fructibus isdem

- A 317** Concidit, et cuncti jacuere ex ordinē fra-
 [tres.
 25 Unius et cunctos fletus gemuere maritæ :
 Post ipsam rapuit gelidæ inclementia mortis.
 Si venient igitur cuncti sub lumina vitæ,
 Cujus connubiis mulier reddenda resurget ?
 Illis Christus ait : Errori obnoxia pravo,
 30 Legibus et jussis Domini mens dura resistit.
 Namque sequenda dehinc lætæ reparatio vitæ
 Non thalamos novit, non terræ gaudia vana :

LECTIONES VARIANTES.

15. Reg., *Moysea*; Rom., *Moyseia* minus bene; Poelm. pro d. s., *Mosen*; in textu cum codice Ott., et plerisque editis : *Mosea qui legum posuit præcepta jubere*. Si intelligat *Mosea* esse adjectivum cohærens cum *præcepta*, rejiciendus hic sensus est. Nam Sad-ducæi dicebant, Math. xxii, 24 : *Magister, Moyses dixit*.

16. Rom. Ald., Bas., *Connubium*. Alii, *conjugium*.

17. Reg. scribit, *Pigneribus*.

18. Rom., mendose, *Cujus* pro *Hujus*, et *sociabere* pro *sociabile*.

21. Mss. nostri *Corpora : sed major primus mox vincula*; et glossa in Reg., *mox — ut*. Editi, *Sed major natu cum vincula nuptæ*.

23. Reg., Poelm. pro d. s., *thalami sine fructibus isdem*. Ald., Poelm. in textu, Daventr., Had., Fabr., *thalami sine fructibus æque*. Veram lectionem eruo ex Ott., et Rom., *thalamis sine fructibus isdem*, videlicet concidit isdem thalamis sine fructibus.

25. Poelm. pr. d. s., Westh. in textu, *Utque maritæ uni fletus omnes genuissent*. Poelm. in textu cum cæteris, *unius et cunctos fletus genuere maritæ*, ut *gemere malum suum*, et similia. Westh. ad marg., *unius cunctos sine et*. Utrolibet modo dici potest sive cum et, sive sine et.

27. Rom., *sub lumina vitæ*; Ott., *sub limina vitæ*; Reg., cum editis, *sub lumina vitæ*. Gallandius cum Kœnigio, et codd. præstantioribus Omeisii prætulit *limina vitæ*, quod occurrit etiam v. 443. Sed etiam

in eo v. multi legunt *lumina vitæ*, et pariter *lumina vitæ* dixit Juvencus v. 735 et 757. §h, l.

28. Reg. *Cujus conjugio*; alii, *Cujus connubiis*.

29. Alii, *Ollis*; alii, *Illis*.

30. Plerique mss. et editi, *Legibus et jussis Domini mens dura resistit*; Ott., *repugnat pro resistit*.

B Poelm. pro d. s., *Nescia virtutum, et legum mens decolor errat*. Ald., Bas., Torn. conjungunt hos duos versus, prius *Legibus*, tum *Nescia*. Rom., post vers. *Legibus, et jussis*, addit hunc, *Legibus et virtute Dei mens decolor errat*. Kœnigius in versu omisso *Nescia* commentatur *decolor*, i. e., turpis, foeda. Eusthatius Swartius Analect. ii. 13, in eodem versu pro *mens decolor* legere jubebat *gens decolor*. Reuschius eum omisit cum codd. Helmst., et Cantabr. Si legas cum Swartio *gens decolor*, sensus erit *gens abominabilis*: nam *decolor* convicii loco aliquando ponitur, ut l. ii, vers. 685, ex quorundam mss. lectione, *Veniet sed decolor alter*, quod de Antichristo intelligitur.

31. Rom., *Namque secunda*, quod fortasse melius est quam *sequenda*, hoc est, secutura, ut Omeisius interpretatur. Swartius loc. cit. reponerat *Namque secuta dehinc*. Omnino vero rejicit in aliis *Namque secunda*, quia nulla est reparatio, quæ prior dici possit. At Wassius in editione Sallustii per Havercampum cap. 100 de Bello Jugurth. ex niembranis Collegii Corporis Christi legi jubet *secunda* pro *sequenda*.

NOTÆ.

15. *Posuit præcepta*, statuit. Sic *leges ponere* pro condere apud Horatium, et alios.

16. *Conjugium relinquet*, conjugem relinquet. Propertius, libr. 3, eleg. 11, vers. 18 : *Uxorum positus stat pia turba comis. — Et certamen habent lethi, quæ riva sequatur — Conjugium*; scilicet virum. Tacitus l. xii Annal. c. 65 : *Quod conjugium principis devotionibus petivisset*; videlicet uxorem. Coniux superstes dicitur relinqui, vel destitui. Libr. i, vers. 251 : *Quam in flore juventæ — Destituit viduam mors imatura mariti*.

17. *Pignora* de liberis frequenter dictum. *Pignora media* sunt communia utriusque conjugii. Propertius l. iv, leg. 11, vers. 69 : *Nunc tibi commendo communia pignora natos*.

18. *Sociabile vinclum*, nuptias. Sæpius eo vocabulo utitur ad conjugium significandum. *Sociabile vox* est Livii, Senecæ et aliorum.

19. *Lapsi*. Matthæus ait : *Et suscitet semen fratri suo*. In versione vero Italica veteri ex ms. Colb., *semen fratris sui*; et in Deut. xxv, 5 : *Et suscitabit semen fratris sui*, quod magis ad Juvencum accedit. *Labi pro deficere*, obire a Virgilio usurpatum. *Generis lapsi*, h. e., extincti.

21. *Corpora germana septem* pro *germani septem*. Notatum id sæpe, ut l. ii, vers. 751 : *Mecum germana residunt — Corpora. Major primus*, Matthæus ait : *Et primus*, etc. Ita etiam Marcus, et Lucas.

Badius, qui cum editis legit *major natu*, reponit : *Latinus dixisset, Maximus natu*; nam *de multis loquitur*. Verum boni alii auctores Latinitatis, etiam cum de pluribus loquuntur, *major natu* dicunt. Hoc etiam loco synthesis advertenda est, *major primus*, quasi præcessisset *septem fratres*, et non *septem corpora*.

22. *Præceleri*: sic etiam ante Juvencum Plinius, et Statius. Morti telum tribuitur: hinc acumen, et aculeus mortis, ut in hymno *Te Deum laudamus*: *Tu, devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cælorum*. Ep. I ad Cor. c. xv, vers. 55 : *Ubi est, mors, stimulus tuus? Tertullianus de Resurrect. carn., cap. 54. Ubi est, mors, aculeus tuus?*

23. *Alius*, ut vers. 175, *Ignarusque alius*. Optimi auctores pro *alter* nonnumquam adhibent *alius*. Discrimen hoc est inter *alius*, et *alter*, quod *alius* de multis dicitur, *alter* de duobus tantum. Sed, ut dixi, *alius* pro *alter* aliquando ponitur, et contra *alter* pro *alius*.

24. *Jacuere*, obiere. Ita enim *jacere* interdum sumitur pro obire.

25. *Maritæ*, uxoris. Horatius epod. viii, vers. 13 : *Nec sit marita, quæ rotundioribus — Onusta baccis ambulet*. Ovidius l. ii Fast., vers. 159 : *Tu rapis, hic castas duce se jubet esse maritas*; et Heroid. ep. 4, vers. 154, de Junone : *Et fas omne facit fratrem marita soror*. Plura similia in antiquis inscriptionibus.

318 Sed similes levibus Genitoris iuxta minis- A

[tris

Constituēt regni virtus sublimis in aula.

35 Nec Deus illorum dominum se ponere ma-

[vult,

Qui terram proni meruerunt sumere mortem,

Sed potius vitæ possunt qui prendere lucem.

Ecce alii rogitant, quæ sint firmissima legis.

Ille indefessus nulli responsa negabat :

40 Sublimem cœli Dominum devotio cordis

Diligat ; est ista hæc virtus firmissima legis.

Consimile est isti : Magno teneantur amore

Ad jus fraternum justæ penetralia mentis :

His etenim geminis dependent omnia jussis.

45 **319** Sed vobis cujus soboles ventura videtur

Christus, quem cuncti spondent in sæcla pro- B

[phetæ !

Respondent, illum Davidis germine nasci.

Prosequitur Christus : Cur illum dicere David
Divino flatu scriptum est Dominumque Deumque :

50 Quod proprio patrem non æquum est dicere

[uato?

Talia Salvator : cuncti obstupuere silentes.

Ille sed, accita credentium plebe, profatur :

Aspicite scribas sublimi sede superbos.

Hi quæcumque docent, justum est comprehendere

[cordis

55 Obsequio, maculas ipsorum temnite vitæ.

Abrupta imponunt humeris nam pondera vestris,

Ipsi quæ digito saltem contingere nolunt.

Accubitu primo cœnæ, fastuque superbo,

Atque salutantum vano tolluntur honore,

60 **320** Et nomen sublime volunt gestare ma-

[gistri.

Sed vos noluerim præcelsi nominis arcem

Affectare tamen : vobis est una magistri

LECTIONES VARIANTES.

35. In Reg., et Ott., a pr. m., pro *justa* videtur scriptum fuisse *juncta*. Wassius loc. citat. ex eod. cod. legit *juxta*, h. e., æque.

35. Ald., Poëlm., pro d. s., *poscit* ; alii, *marult*.

36. Mss. nostri cum Ald., Poelmann., *Qui terram proni* ; in ms. Ott. in *proni* abrasum est ro. Torn., et alii editi, *Qui tetram proni*. Cogitabam, *Qui in terram proni*, vel *Qui proni in terram*, vel *Qui terræ proni* in casu dandi *terræ*. Dubium autem semper erit, quid sit *proni*, nisi eo sensu accipiamus, quo *prona dies* dicitur, quæ prope occasum est. Omnesius explicat *terram proni* voluptatibus terrenis dediti.

38. Editi, et mss. plerique, *quæ sint firmissima legis*. Hadam., Poëlm., *quæ sit firmissima legis*. Id secutus est Fabricius, sed addidit versus, qui in cæteris non apparet, et merito expungendus est, *quæ sit firmissima legis — Regula quod summum comprehendat cætera verbum*. Conjici posset *quæ sit firmissima legum*, vel *quæ vis firmissima legis*, ut v. 41, *est ista hæc virtus firmissima legis*. Verba Matthæi xxii, 56, hæc sunt : *Magister, quod est mandatum magnum in lege?*

39. Rom., *indeficiens* ; melius alii, *indefessus*. Ott., nullis, pro nulli.

41. Ald. cum Reg., Rom., *ista hæc* ; alii, *isthæc*. Reg., Rom., *fortissima* ; plerique, *firmissima*.

45. Ott. scribit *subolis* pro *soboles*.

47. Rom., a pr. m., cum aliis, *Davidis germine* ; a sec. m., *Davidis de germine*, quod non est absurdum, correptis duabus primis in *Davidis*. Verum Juvencus utramque solet producere, ac potius dixisset *David de germine*.

50. Rom., Ald., *proprium* ; alii, *proprio*. Ottob., *æquum dicere* ; cæteri, *æquum est dicere*.

55. Poëlm., pro d. s., *Aspice nunc scribas* ; in textu cum aliis recte, *Aspicite scribas* ; nam extrema in *Aspicite* produci debet, ut multi affirmant, certe potest, ut nemo negat, ob sc dictionis sequentis. In eodem Poëlm. error est *sublime* pro *sublimi*.

54. Reg., *quodcumque* ; alii, *quæcumque*.

56. Rom., *Obrupta* ; alii, *Abrupta*.

57. Reg., *contingere* ; emenda, *contingere*. Swartius loc. cit. reponerat *saltem uno prendere nolint*, quia scilicet veram scripturam *contingere* ignorabat, et alicubi legerat *saltem comprehendere nolint*.

61. Rom. *Quod* minus bene pro *Sed*. Bas. mendoze nos pro vos.

62. Reg., Ott. distinguunt *Affectare tamen : vobis est una magistri*. Nescio tamen an a pr. manu. Barthius quidem Advers. libr. xix, cap. 5, col. 976, ait hos versus distinguendos ait, qui vulgo *male* habiti. Editi enim cum Rom. interpungunt *Affectare : tamen vobis est una magistri*. Vide *variâ* lectionem h. l. vers 130, ubi similis loquendi ratio animadvertitur.

NOTÆ.

34. *Justa sublimis virtus* : duo epitheta uni homini attributa. Vide Comm. ad Prudentium, vers 169, l. i contra Symmach. Vel intellige, *in aula regni sublimis*.

35. Glossa cod. Reg., *illorum — mortuorum* : quod v. seq. declaratur.

38. CAPUT III. *Duo esse præcepta, quibus omnia dependent : et Christus cujus filius sit*. Matth. xxii, 55 seqq. ; Marc. xii, 28 ; Luc. x, 25.

40. *Devotio cordis*, ut l. i vers. 442 : *ut justus cœli Dominum devotus aoret*. Confer notam.

43. *Ad jus fraternum* : sacer textus : *Diliges proximum tuum, sicut teipsum*.

46. Libr. i, vers. 230 : *Omnia quem ratum spondent oracula Christum*.

51. CAPUT IV. *Quæ Pharisæi dicunt, facten'a esse, et non, quæ faciunt*. Hinc increpantur Scribæ et Pharisæi. Matth. xxii, 46, et xxiii, 1 seqq. ; Luc. xi, 46.

52. Confer l. ii vers. 759 : *Ille sed admota creditum plebe*.

56. Matthæus : *Alligant enim onera gravia, et importabilia, et imponunt in humeros hominum*. Badius D exponit *abrupta — gravia, quasi a monte rapta*. Barthius ad Claudian. pag. 1366 ait, abruptam pondus pulchre a Juvenco dici, quod in abruptam agl onere suo ferentem.

59. Frequentes erant apud veteres salutationes, quibus proceres honorabantur. Plinius l. vii. epist. 3 : *Saluta paulisper, quo sit tibi jucundius salutari*. De salutationibus veterum plures scripserunt, quorum nomina, et opera indicat Fabricius Biblioth. antiquar. cap., 22.

61. *Nominis arcem*, apicem, ut l. iii, vers. 666, *animi arce*.

Imposita æternum cœli de lege potestas,
 Vos eadem fratrum parili conjunxit amore.
 65 Unus item Pater est, cœli qui in culmine regnat.
 In vobis si quis sublimia colla levabit,
 Decidet, et barathri mergetur ad ultima cœno.
 Ast humilis clarum conscendet libor in æthra.
 Defendi semper scribæ, et lacrymabilis ævi
 70 Cœca Pharisææ cunctis fallacia plebis.
 Nam vobis itiner clausum quia jure negatur,
 321 Non sinitis, quemquam penetrare per ar-
 [dua lucis,
 Et cunctos trahitis sævæ ad consortia flammæ.

A Vos similes dicam tectis splendore sepulcris,
 75 Quis facies nitida est, internaque sordida bustis.
 Sic vox velatur justæ sub imagine vitæ,
 Atque adytis mentis celantur sordida corda.
 O Solyml, Solyml, ferro qui sæpe prophetas
 Ad vestram missos vitam sine fine necastis,
 80 Quam volui vestram gentem, populumque tueri,
 Ales ut molli solita est sub corpore pullos
 Objice pennarum circum complexa fovete!
 322 Sed vobis semper cœlestia munera sor-
 [dent.
 Deseritur jam nunc domos hæc vastata ruinis,

LECTIONES VARIANTES.

64. In Reg. deeranthi duo versus *Vos eadem*, B et unus item, sed inserti sunt inter lineas.

65. Reg., *qui culmine*: *qui in vertice*; Ott., cum editis, *qui in culmine*.

67. Apud Kœnigium nonnulli, *ad infima cœno*.

68. Reg., cum editis, *clarum conscendet liber in æthram*. Otob., Rom., *clarum conscendet liber in æthra*: quæ scriptura vera mihi esse videtur. Nimirum accusativus Græcus *æther*, *ætheris*, est *æthera*, et per contractionem *æthra*: ex quo *æthra*, *æthrae*, nonnulli factum putant. Vide., l. iii, v. 532 cum nota.

69. Rom., *lacrymabilis ejus*; alii, *lacrymabilis ævi*.

71. Poeln., pro d. s., *callis clausus*; in textu cum aliis, *itiner clausum*.

74. Rom., Ott., *splendere*; in Ott. diversa lectio, vel correctio est *splendore*, quod sensus ipse postulat.

75. Rom., *His*; alii, *Quis*, vel *Quis*. Plerique C *so dida bustis*. Hadam., Fabr., Poeln., cum Ott., a pr. m., *turpia bustis*. Rom., *sordida busti*; sed mendum videtur *busti pro bustis*.

76. Rom., Ald., Bas., *Hic vox*. Rom. *celatur pro relatur*. Omeisius et Reuschius ex conjectura Swartii, *Sic vox velatur*, h. e., obscura vitia lita fulgore quodam mendacii teguntur.

77. Swartius loc. cit. rescribat, *Atque adyti meritit celantur turpia corda*, i. e., liminis ipsius mentis virtutibus corda vitii obsita celantur. *Merita* enim aliquando pro virtutibus accipiuntur. Ald., Bas., Rom., *sordida lucra*: cæteri *sordida corda*: in Ott. pro d. s., *turpia corda*. In Evangelii Tridentino sic invenio: *Ita et vos aforis quidem pareitis hominibus quasi justis; intrinsecus autem pleni estis rapina, et iniquitate*. Sic ergo legendum opinor: *Sic cor velatur justæ sub imagine vitæ, — Atque adytis mentis celantur sordida lucra*.

NOTÆ.

64. Glossa Reg., *eadem — lex*, vel *charitas*. M. D *lius eadem potestas*.

66. *Levabit*, attollet, efferet. Cervix elata signum est superbiæ, demissa animi humilis, aut abjecti.

67. Mergetur cœno barathri usque ad infimum locum. Consule not. ad. v. 587 libr. iii, *Ad ultima mortis*.

68. De voce ecclesiastica *humilis* confert Comment. in Prudentii Psych., v. 199.

69. Infra vers. 127: *Defendæ jam sunt*, etc. Reuschius observat, binos generandi casus *ævi*, et *plebis* ab uno substantivo regi.

70. *Pharisææ plebis*, factionis cœtus. Alii *plebs credentium* vocantur discipuli.

72. *Ardua lucis*, ut libr. iii, vers. 669, *celsa montis*, et h. l. v. 115, *sublimia lucis*.

74. *Tectis splendore sepulcris*. Codex sacet: *Similes estis sepulcris dealbatis, quæ aforis parent hominibus speciosa*. Nonnulli putant, apud Hebræos vela

78. Reg., *O Solyml, o Solyml*.

79. Ott., Rom., Ald., Bas., *necatis*: Reg. cum Daventr., et aliis, *necastis*, quod usitatum est.

82. Alii *Obice*, alii *Objice* scribunt; quæ varietas alibi etiam occurrit. Barthius libr. xix Advers., cap. 14, col. 958, hunc versum Juvenci laudat, et in hac dictione ridiculos ait nonnullos esse, qui ubique una littera *i* scribendam dicant; cum omnino quoties productim a poetis ponitur, duplici sit notanda: argumentum ejus, quod cum correptam voluit, eidem alterum iota tollere consueverunt, itidem ut in *adicit*, *obicit*, et aliis talis notæ. Unde et *objex*, cum producit, nominandi quoque casu scribendum putat Barthius, cui facile assentior. Pro *circum complexa* in Rom. mendum est *circumplexa*, quod Bas. expressit. Kœnigius conjunctim legit *circumcomplexa*, Reuschius *circum adverbialiter* positum ait.

84. Mss., et editi omnes, *vastata*. Sed Barthius libr. xiii, Advers. cap. 19, col. 744: *Mendum est*, inquit, *apud Juvencum auctorem piissimum cum in concione Salvatoris VASTATA TEMPLA dicit*. Affirmat igitur scribendum *vastanda*. Cum enim a Domino desereretur, non vastatum erat templum, sed ab ipso ei prædicabatur talis vastatio, ut nec lapis amplius lapidi cohærens esset. Emendationem Barthii Kœnigius, et Reuschius secuti sunt. Nondum tamen adducor ut, repugnantibus mss., et editis omnibus, rescribam *vastanda pro vastata*. Juvencus enim Salvatorem inducit prædicantem quidam futuram vastationem templi, sed narratam eam veluti præsentem: *Deseritur*, etc. Matth. xxiii, 38: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. Cum Juvenco tamen in præsentem faciunt quedam exemplaria Græca Ἰδοὺ ἀπίετοι, et Irenæus libr. iv, cap. 56: *Ecce remittitur vobis domus vestra deserta*. Favet versio vetus ex ms. 2 Corbelensi apud Sabatierium: *Ecce relinquitur vobis domus vestra*, absque seq. *deserta*.

candida sepulcris prætendi consuevisse; ex quo sepulera dealbata in Evangelio dicuntur. Diserui hac de re ad Prudent. hymn, 10. Cathem vers. 45.

75. Textus evangelicus: *Intus vero plena sunt ossibus mortuorum, et omni spurcitia*. Evangelium Tridentinum, *immunditia pro spurcitia*. *Bustum* proprie est locus, in quo mortui comburantur, et nonnunquam accipitur pro ipsa combustione, et pro corpore combusto. Statius l. xii, vers. 247: *Et ægena sepulcri — Busta juvete reor*. Juvencus latius usurpat pro quovis corpore defuncto.

76. Glossa Reg., *vox — hypocritæ verba*.

82. *Objice pennarum* pro *lotu*, et quasi tutela nove dictum ait Fabricius in Comment. Hiericus, laudatus a Barthio loc. cit., in allocutione libelli sui: *Tanti nominis objicem protervæ non ausint sprevisse phalanges*.

85. Ex Virgilio eclog. 2, v. 44. *Et faciet: quantum sordent tibi munera nostra*.

- 85 Nec nostrum vobis fas ultra est cernere vultum. A
 Egreditur templo, cujus præcelsa notantes
 Mœnia discipulos tali sermone docebat :
 Hæc operum vobis miracula digna videntur
 Obtutu stupido ; veris sed discite dictis,
 90 Quod mox cuncta solo passim disjecta jacebunt.
 323 Hæc ad Oliveti dicens pervenerat arcem. ;
 Discipuli solum postquam videre, rogabant,
 Ut sibi venturi tempus distingueret ævi,
 Promissa ipsius quo poscant prendere finem,
 95 Ejus et adventus terræ consumeret orbem.
 Quærentum verbis respondit talia Christus :

- Observate dolum, falso ne nomine capta
 Credulitas, laqueis errantium præcipitetur.
 Discurrent cunctis bellorum incendia terris.
 100 324 Sed vos prævalido consistite robore cor-
 [dis.
 Ne mens ad cæptos jaceat turbata tumultus.
 Non etenim prima imponent mox prælia finem,
 Gentibus et gentes, et regibus obvia reges
 Signa ferent, nec tum morbi corrumpere trac-
 [tum
 105 Aeris, aut pestes prosternere corpora parcent.
 Fixa etiam solido per inania pondere tellus

LECTIONES VARIANTES.

85. Reg., Ott., Rom., *Nec nostrum vobis fas ultra est*. Editi, *Nec vobis nostrum fas ultra est*.

90. Poelm. pro d. s., *Quam mox*; in textu cum aliis, *Quod mox*. Reuschio fere convenientior videtur Barthiani codicis lectio *dejecta pro disjecta*.

93. Barthius libr. xiii Advers., cap. 90, col. 745, observat, pro *distingueret*, quod vulgo scribitur, membranas Colonienses præferre *discingeret*, scilicet expediret : quod ipse reducendum putat. Addit, non exstare auctores corruptiores istis poetis Christianis, qui ubique omnibus erant in manibus. Verum hujusc emendationis oblitus erat, dum libr. xiii, cap. 41 Advers., hunc Juvenci verbum retulit, ut probaret, *distingueret* esse docere, interpretari. Ex hoc etiam Juvenci loco putat, ita esse capiendum Guilielmum Britonem libr. 5 : *Se quoque passurum promittit mente benigna*, — *Quidquid eis super his Francorum curia dicet*, — *Quæ regni proceres distinguere debet, et ipsum*. Hoc est, inter eos litium finire, verum eos jus docere, ut odia animis deponant. Adde, *distingueret* proprie esse discrimen apponere, rem distincte exponere : quæ significatio huic loco maxime congruit. Lucanus libr. v, vers. 399 : *Menstruus in fastos distinguit sæcula consul*.

94. Reg., Ott., quo. Ottob., pro d. s., Rom. cum editis, quem.

95. Reg., Rom., Ott. *Ejus et adventus*. Ald., Bas., Torn. *Ejus ut adventus*. Hadam., Fabr., Poelm. *Cujus et adventus*. Mss. nostri et editi, *consumeret*. Barthius l. xiii Advers. cap. 49, col. 745, cum membranis Coloniensibus præfert *Ejus ut adventus terræ consumeret orbem* : quia id ordo Latinitatis poscit, illud respuit. Nam quis ita loquatur, *Velim scire, promissa tua quem finem poscant, ut consumeres adventu tuo orbem terrarum?* Dicendum esset, ut con-

sumas. Addit Barthius, *consumeret* verbum esse non insuper habendum. Profecto ex hac Barthii emendatione Forcellinus verbum *consumeret* inter Latina reposuit, et sententia sic clare procedit. Sed Barthius ipse alibi non semel observat, mutationem temporum scriptoribus cadentis ævi familiarem esse.

96. Plerique mss., et editi *respondit* : nonnulli *respondet*.

97. Rom. mendose *capto pro falso*.

98. Reg. *errorum pro errantium*, quod fortasse exaratum fuit a pr. m.

100. Ott. scribit *robure pro robore*.

101. Ott., Rom., cum plerisque editis, *Ne mens accepto jaceat turbata tumultu*. Reg., et Torn., *Ne mens ad cæptos jaceat turbata tumultus*; quod magis e re videtur esse.

104. Reg., Ott., *nec morbi tunc*. Rom., cum editis, *nec tunc morbi*. Rom., *tractus*; alii *tractum*.

106. Hadam., Poelm., Fabr., *Fissa* : alii cum mss. nostris *Fixa*, quod indicat etiam Poelm. pro d. s., *Fissa a findo est, fixa a figo*. Barthius libr. xiii Advers., cap. 49, ait, ubique legi *Fissa etiam solido per inania pondere tellus*, et cum membranis Coloniensibus præfert *Fissa etiam solido per flamina pondere*. In qua scriptura optimam sententiam deprehendebat, in vulgari, quomodo solido pondere per inania tellus findatur, assequi non poterat. Barthio adhæret Schoettgenius. At si legatur *Fixa*, ut multi etiam ante Barthium legerant, clara redditur sententia. Pro *pondere* Ald. cum Rom. legit *pondera*, sed nullo sensu. Alii recte, *solido per inania pondere*, et glossa in Reg. *inania* — loca. Ovidius l. ii Met. vers. 506 : *Et celeri raptos per inania vento* — *Imposuit cælo*.

NOTÆ.

86. CAPUT V. *De templi structura, cujus subversio prædicitur*. Matth. c. 24, v. 1 seqq.; Marc. cap. xiii, v. 1; Luc. cap. 21, vers. 5.

89. Fortasse ex Virgilio l. i, Æn. v. 499 : *Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno*. Auctor de Bebiani baptismo apud Fabricium Poet. Christ. col. 782 : *Et cælum stupide suspiciens ait*. Barthius l. xiii, Advers. c. 49 observat., *obtutum stupidum* Juvenco esse admiratione in stuporem datum, quo pacto non sine elegantia locuti multi Latinorum. Vide eundem Barthium l. xlvi, c. 16.

97. CAPUT VI. *Signa, quæ in die judicii futura sunt, prædicuntur*. Matth. xxiv, 4, etc.; Luc. xxi, 42 et 20; Marc. xiii, 44 : *Observare dolum*, scilicet ut caveatis. *Observare* pro *cavere* sæpe adhibet Juvencus.

98. *Laqueis errantium* : scandala laqueos erroris Juvencus solet vocare. Vide notam ad vers. 42 libr. iii.

99. *Bellorum incendia* : pulchra metaphora ab aliis etiam adhibita. Cicero pro Marcello, cap. 9 : *Belli civilis incendium*. Virgilius l. i Æn. vers. 570 :

Virtutesque, virosque, et tanti incendia belli. Arator ex Juvenco, ut videtur, l. i, vers. 25, sive vers. 1, præfat. 2 : *Mœnibus undisonis bellorum incendia cernens*.

103. *Obvia*, contraria. Vide not. ad libr. iii, vers. 625. Lucanus initio libr. i : *Infestisque obvia signis* — *Signa, pares aquilas, et pila minantia pilis*. Similis sententia apud Virgilium l. iv. Æn. v. 628 : *Littora littoribus contraria, fluctibus undas* — *Imprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotes*.

104. Matthæus : *Et erunt pestilentiar, et fames, et terræmotus per loca*. In nonnullis mss. antiquæ Versionis : *Et erunt fames, et terræmotus per loca*. In Evangelii Tridentino : *Et erunt fames, et terræmotus per singula loca*. Juvencus æmulatur Virgilium libr. iii Æneid. vers. 437 : *Subito cum tabida membris*, — *Corrupto cæli tractu, miserandaque venit* — *Arboribusque satisque lues, et pestifer annus*.

105. *Pestes* in plurali numero non debet rejici a grammaticis, cum reperiat apud Ciceronem, Virgilium, et Columellam.

- Per diversa loci, motu quassante, tremiscet. A Testem lucifluso sanctæ sermone salutis :
325 Hæc in primitiis tentamina parva mane- 120 Et tunc finis erit, currentia sæcula solvens.
 [bunt. Adveniet jam tum tristis defectio terræ,
 Prodentur multi vestrum, lethoque dabuntur, **326** Quam Danielis habent jussa verissima
 [vocem.
110 Proque meo vobis incumbere nomine gentes Hæc dignus tantum poterit cognoscere lector.
 Tormentis, pœnisque feris, odiisque necesse 125 Nec quisquam domibus repetat sustollere æ-
 [est. [cum,
 Livor enim terris, erroribus omnia plena, Quæ fuga consociet, vestemve, aut mobile quid-
 Et falsi surgent populorum labe prophetæ. [quam.
 Hæc inter si quis protectum a vulnere pectus Desendæ jam sunt uteri cum pondere matres,
115 Ad finem servare queat, sublimia lucis Et miseros fœtus dolci quæ lacte rigabunt.
 Æternis vitæ sertis redimitus adibit. Poscite jam precibus, tristici ne frigore brumæ
 Regnorum cœli celebratio pervolabit
 In cunctas terræ metas; gens omnis habebit

LECTIONES VARIANTES.

- 107.** Westh. in textu, *locis*; in marg., *loci*, cum B sed suspicabatur *deletio*; Reuschius edidit *defectio terræ*, sed conjiciebat *dejectio*. Matthæus ait: *Cum ergo videritis abominationem desolationis, etc. Malo ergo defectio, quam deflectio, quamvis vers. 154 legam deletio.*
108. Poelm. in textu, Hadam., *Hæc in primitiis*. Plerique *Hæc in primitiis*. Ald., Bas., Rom. ad marg., *Hæc in principis*. Matthæus ait: *Hæc autem omnia initia sunt dolorum.*
109. Ald., Poelm. pro d. s., *Tradentur*, plerique, *Prodentur*. Scriptores ecclesiastici frequenter *trudo* usurpant pro *prodo*: inde *traditores* dicti.
111. Ald., *protectum vulnere*.
116. In Ott. videtur fuisse *abibit* pro *adibit*. Rom. scribit *adhibet*.
117. Reg., male, *pervolutabit*.
120. Rom., Ottob. cum multis editis *sæcula solvens*. Ald., Bas., *sæcla resolvens*. Reg., *sæcula volvens*; et glossa, *abbrevians, vel complens*. Matthæus ait: *Et tunc erit consummatio.*
121. Ott., *Adveniat*, sed aliud fuerat prius scriptum. Plerique *defectio terræ*. Ald., Bas., *defectio terris*. Poelm. pro d. s., *defectio terræ*, quod etiam Cant., et Rom. a pr. m. exhibent. In Reg. fuit *deflectio*, correctum per *defectio*. In Rom. ex *deflectio* factum *deflectio*. Schoettgenius retinebat *deflectio*,
 C
122. Poelm. in textu, Ald., Hadam., Fabr., Daventr., Torn., *Quæ Danielis habet jussam verissimam vocem*. Poelm. pro d. s., *Quæ Danielis habet jussa verissima voce*: sic Ott. in principio paginæ recentiori manu, nam suo loco deerat hic versus. Sic etiam Rom., sed *habent* pro *habet*. Reg., *Quam Danielis habent jussa verissima vocem*, producto a in *jussa* ratione cæsura. Hæc lectio placet præ cæteris.
124. Rom., *Judæa*; alii, *Judæi*. Hadam., Poelm., *fugient, montesque capessent*. Plerique, *fugiant, montesque capessant*, quod præferendum est. Sed et *Judæa* malo, cum solo Rom., quam *Judæi* cum cæteris. Sic enim melius explicantur verba Domini apud Matth. xxiv, 16: *Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes*. In veteri versione ex ms. 2 S. Germ., *Fugient ad montes*, ex quo defendi aliquo pacto posset *fugient, montesque capessent*.
125. Reg., *Nec quicquam*; lege, *Nec quisquam*. Poelm., *repetet*, ut vers. sup. *fugient*; plerique, *repetat*.
127. Fabr., *Desendæ tunc sunt*; reliqui, *Desendæ jam sunt*. Reg., *ventris* pro *uteri*, et videtur prius fuisse *ventres*.
129. Reg., *tristi*; alii, *tristici*.

NOTÆ.

110. *Incumbere* pro *premere*, *urgere*, *vexare*. *Summam vim hoc verbum continet.*

115. *Labe*, damno, in perniciem populorum. Prudentius in præfat. ad carmina, vers. 41: *Labem, Roma, tuis inferat idolis*. Confer Comment.

114. *A vulnere*, a scelere. Vide not. ad v. 436, libr. III.

115. *Sublimia lucis*: paulo ante v. 72, *ardua lucis*.

116. Barthius libr. II Advers. cap. 2, observat, *coronare* apud Christianos esse vita æterna donare, et *coronam* designare ipsam æternam felicitatem: quod hoc Juvenci versu, aliorumque verbis probat.

119. Libr. III, vers. 293: *Ast ubi lucifluis reddet sol tertius orbem*. Drepanius psal. xxii: *Lucifluisque calix pleno me proluat haustu*. Apud Prudentium Psych. vers. 625 nonnulli legunt: *Quærite lucifluis cœlesti dogmate pastum*. Mihi melius visum fuit *luciferum*. Elegantissimam hanc Evangelii descriptionem vocat Omeisius.

122. *Danielis*: nonnulli Danielis nomen apud Matthæum omittendum esse inepte censent. Versio vetus in omnibus mss. Danielis nomen exprimit. In Evan-

geliario Tridentino *Quæ dicta est per Danihel prophetam*.

125. Barthius l. 15. Advers. cap. 49, putat hoc loco *repetere* positum esse singulari quodam modo, ut apud Gratum Cynegetico, et apud Virgilium in Culice, ubi ait: *Ima susurrantis repetebant ad vada D lymphæ*. Kœnigius a Barthio dissentit, et interpretatur: *Domibus repetat*, h. e., afferat e domibus, quod secum in fugam sumat. Hæc verior est explicatio.

126. *Mobile*, verbum proprium jurisconsultorum, qui mobilia bona vocant ea, quæ solo non continentur. Distinguunt vero mobilia se moventia, ut servos, jumenta, etc., et non se moventia, ut pecuniam, vestem, vasa, etc. Adisis Digest. libr. VI tit. 4, libr. XXI, tit. 4, leg. 4.

127. Supra vers. 69: *Desendi semper Scribæ. Pondus uteri*, ut l. I vers. 169: *Manifesta uteri quod pondera vidit*.

129. Virgilius libr. III Æn., vers. 264: *Sed votis precibusque jubent exposcere pacem*.

- 130 **327** Adveniat fuga vestra tamen, neu sabbata
[festa.
Ancipis præcipiti turbet trepidatio cursu.
Nam cunctis venient sævisima pondera terris.
Tale malum non sæcla prius, nec postera norunt.
Et ni sublimis Genitor decerpere tempus,
135 Et numerum miserans vellet breviare dierum,
Nulla dehinc trepidæ superarent corpora vitæ.
Sed propter lectos veniet miseratio justos.
Nomine fallentes Christi, falsique prophetæ
Exsurgunt terris, et monstra potentia fingent,

- 140 Quæ forsân lectos capient miracula justos.
En prædicta patent instantia sæcula vobis.
328 Desertis si quis Christum peragrarè loquetur,
Occultisque procul penetralibus esse repositum,
Longa credulitas abest vanissima vobis.
145 Sicut enim fulgur cœlum transeurrit apertum,
Et cerni facile est cunctis, orientis ab oris
Usque sub occidentum cœli vergentis in orbem,
Sic rapido adventu clarebunt lumina Christi.
329 Abscondet furvis rutilos umbris radios sol,
150 Amittet cœcum lunaris gratia luctis,

LECTIONES VARIANTES.

130. In Rom. desideratur unum verbum: *Adveniat fuga, tamen neu sabbata festa*. Reg., Ott., *Adveniat fuga vestra tamen neu sabbata festa*; et in Reg. indicatur, intelligendum esse *poscite in tamen*. Eadem scripturam referunt Hadam. et Poelm., in textu, sed ne pro *neu*. Ald., Torn., Bas., Fabr., *Adveniat fuga vestra, aut ne tunc sabbata festa*. Cum in mss. nostris sit *tamen*, id retinebo, et distinguam, cum Reuschio, *Adveniat fuga vestra tamen, neu sabbata festa*: nimirum *poscite tamen*, ne *adveniat fuga vestra* frigore brunnæ. Hæc distinctio innuitur etiam in glossa Reg., et similis transpositio particulae *tamen* observatur vers. 61 seq. hujus libri: *Sed vos noluerim præcelsi nominis arcem — Affectare tamen: vobis est una magistri*, etc.

131. Ald., *perperam, turbæ, pro turbet*.
135. Westh., in textu, Ald., *nec postea norunt*. Mss. cum plerisque editis et Westh., ad marg., *nec postera norunt*.
134. Ald., Bas., Rom., *Et nisi: alii, Et ni*.
139. Pro *fugent* codex Barthii exhibet *fient*, ut testatur Kœnigius.
140. Rom., *justos capient miracula lectos: alii, lectos capient miracula justos*.
141. Ald., Bas., Torn.: *En prædicta docent instantia sæcula vobis*, scilicet, in vobis prædicta docent sæcula instantia, vel en instantia docent sæcula vobis prædicta. Mss. cum pluribus editis: *En prædicta patent instantia sæcula vobis*; sed nonnulli editi male distinguunt: *En prædicta patent, instantia sæcula vobis*. Reuschius elegit *docent*, quia vobis componendum est cum *instantia*.
142. Ald., Daventr., Bas., Fabr., *Desertum*. Rom., mendose, *Disertus*. Plerique *Desertis*. Ego nullo *Desertum*, vel *Deserto*, quæ vox magis propria est sacræ Scripturæ et poetarum christianorum. In auferendi casu *deserto*, vel *desertis* rarior est constructio. Barthius, libr. 15 Advers., cap. 19, cum notasset, verbo *peragrandi* Juvencum uti absolute, addidit, *contemnendam non esse ms. libri, puto*

Coloniensis, lectionem *Deserti*, quasi id ad *penetralibus* esset trahendum, cui ego neutiquam assentior. Nam et implicita esset hæc syntaxis, et Evangelium aperte distinguit desertum a penetralibus. Matth. xxiv, 26: *Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire; Ecce in penetralibus, nolite credere*. Consonant veteres versiones, sed pro *penetralibus* nonnullæ habent *in cubiculis*, aut *in cubiculo*, aut *in hospitio*, et Evangeliarium Tridentinum: *Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in promptuariis, nolite credere*; sic enim scribitur pro *promptuariis*. Hilarius in hoc cap. Matth.: *Nunc in desertis esse dicentes, ut errore depravent; nunc in penetralibus asserentes: quod facit, ut Desertis non ita ægre retineam*.

145. Ott., *Occultisque, pro Occultisque; et corrupte, penetrabilibus pro penetralibus*.
145. Ottob. et, a pr. m., Reg., minus bene, *fulgor, pro fulgur*.
146. Rom., *Ut cerni: lege Et cerni*. Reuschius hæc verba *Et cerni facile est cunctis* apte per parenthesis et significanter interseri posse affirmat.
147. Ald., Bas.: *Occiduum dicto citius volitare sub orbem*. Communis lectio mss. et editorum: *Usque sub occiduum cœli vergentis in orbem*. Reuschius inter cœli, et *vergentis* perspicuitatis gratia comma posuit. *Vergere in orbem* dicitur cœlum deceptione oculorum, quasi cœlum terram ipsam contingeret. Glossator aliqui bina præpositione *sub, et in* offensus, de hac deceptione non cogitavit, et alium verum supposuit.
149. Mss. nostri cum Torn., Poelm., pro d. s.: *Abscondet furvis rutilos umbris radios sol*. Ald., Had., Fabr., Poelm., in textu, *Sol rutilos furvis radios abscondet in umbris*. Poetæ veteres, cum solis mentionem faciunt, ejus nomen in finem versus conjicere solent, quod observavit etiam Juvencus, l. iii, vers. 1; l. iv, vers. 587. Notavit id Kœnigius post Barthium, in not. ad Claudian., pag. 206.

NOTÆ.

132. Matthæus habet: *Erit enim tunc tribulatio magna*. Evangeliarium Tridentinum: *Erit enim tunc pressura magna*. Hilarius in hunc locum: *Gravis vexatio incumbet, et intolerabilis cunctis*. Translate pondus, qua onus significat, calamitatibus applicatur. Seneca, in Herc. Oet. vers. 250: *Vires pepulit — Pondusque mali, casus animo — Qui tulit aquo*.
135. Verbo *breviare* usi sunt Manilius, Quintilianus, ac posteriores alii Vegetius, Lactantius, Orosius, qui etiam *breviator* dixit. Vide Cellarium, Post. cur. Lat. cad.
136. *Superarent*, superessent, superviverent. Virgilius, l. ii Æn. vers. 612: *Satis una, superque — Vidimus excidia, et capte superavimus urbi*.
150. *Monstra potentia*, efficacia ad seducendum. Ovidius, l. iii Amor., eleg. 11, vers. 51: *Desine Manditina, et verba potentia quondam — Perdere*.
144. *Vanissima*, aptissimum epitheton, quo levitas

- animi et inconstantia indicatur. Sic Omeisius.
146. Syntaxis est, *Et facile est cerni cunctis*, hoc est, a cunctis. Nam Juvencus frequenter cum verbis passivis dativum pro ablativo conjungit. Adverte interpretationem quam Julianus Toletanus secutus est l. iii Prognost. cap. 5, ex Chrysostomo, homil. 1 de Cruce et Latrohe: *Quemadmodum enim cum fulgur emicuerit, non egemus inquirere si facta sit corporatio: ita cum revelatio præsentis ejus effulserit, non indigemus interrogare an venerit Christus*. Sic in antiquissimo cod. ms., quem in notis ad Dracontium non semel laudavi. Editi paulo aliter.
148. *Clarebunt*, manifesta erunt. Racole not. ad l. ii, vers. 776. Paulo post, h. l. iv, vers. 154: *Clareat*, alio sensu, illustris appareat.
150. *Lux a Dracontio*, l. i, vers. 120, dicitur *gratia solis*. Prudentius, hymn. 11 Cath. vers. 5: *Heu quam fugacem gratiam — Festinaolvebat dies! Mat-*

Ignicomæque ruent stellæ, cœlumque relinquent. A
 Omnis item virtus cœli commota superni
 Signa dabit, proles hominis queis vertice cœli
 Clareat : omnigenasque tribus deflectio jugis
 155 Urgebit; veniet tunc nubibus ignicoloris
 330 Majestate potens hominis per sidera natus.
 Tunc tuba terrifico stridens clangore vocatos
 Justos quadrifido mundi glomerabit ab axe.
 Præteriet nec enim præsens generatio sæcli,
 160 Donec evincta sequens claudat sibi debita finis.
 Hæc tellus, cœlumque super solventur in ignes,

Sed mea non umquam solventur ab ordine dicta.
 Quis erit ille dies, nescire est omnibus æquum,
 Ni soli rerum Domino, qui sidera torquet.
 165 331 Ut quondam terras undæ involvere fu-
 [rentes,
 Et diversa sibi tractantes munera cunctos
 Diluvii rapuit subito violentia tractu,
 Sic subitus flammæ volvens descendet ab æthra
 Adventus noster : nec cunctos ille sub una
 170 Conditione premet. Nam tunc ubi jugera læta
 Insident gemini depresso vomere sulcis,

LECTIONES VARIANTES.

151. Rom., *Ignicomæ ruent* : corrige *Ignicomæque ruent*.

153. Reg., *qui* : lege *queis*, vel eodem sensu *quis*.

154. Reg., *deflectio jugis*. Ott., *deflectio vulgi*, pro d. s. ; vel tamquam correctio, *deflectio lucis*, cum Daventriensi. Rom. cum plerisque editis, *deflectio lucis*. Restituo *deflectio jugis*, ex Evangelio Matth. xxiv, 30 : *Et tunc parebit signum Filii hominis in cœlo : et tunc plangent omnes tribus terræ, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa et majestate*. A *defleo* est *deflectio*, atque hanc vocem ex Juvenco, vers. 121 hujus libri inter Latina Forcellinus reposuit : sed clarius hoc loco legendum est *deflectio*, quam cit. vers. 121. Barthii codex, teste Kœnigio, simili modo præfert *deflectio*.

155. Daventr., Ald., Bas., Poelmann., pro d. s. : *Urgebit, quando veniet nube ignicolori, sed Daventr., quoniam pro quando*. Mss. nostri cum aliis editis : *Urgebit; veniet tunc nubibus ignicoloris* : in Torn., *igni coloris*. Mutatus, corruptusque est hic versus a nonnullis librariis, quod nescirent, recte dici *ignicolorus*, et non solum *ignicolor*. Sic *unicolorus, versicolorus, decolorus, tripektorus*, de quibus confer Comment. ad Prudentii Hamartigeniam, vers. 819. Pro tunc Ott. et editi habent *cum*. Sed amplector tunc cum mss. Rom. et Reg., quia id sententiæ Evangelii magis congruit. Id etiam expressit Tichonius, reg. 1, ex ms. B. M. Rem., apud Sabatierium : *Plangent se omnes tribus terræ, et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli*.

159. Mss. nostri Reg., Ott., Rom. cum Torn., *Nec præteribit enim*, quod magis Latinum est quam *Præteriet nec enim* in plerisque editis, sed metro non congruit. Itaque præfero *Præteriet*, eoque etiam magis quia in cod. ms. Cantabr. legitur, *Cœlum et terra transiet, verba autem mea non transient* : in Evangelio veteri Tridentino, *Cœlum et terra transiet, sermones autem mei non transient* : et apud S. Hilarium, in Psalm. cxxiii : *Cœlum et terra præterient, verba autem mea non transient*. Missale Gothicum, Dom. 4 Adventus, *Quoniam non transiet generatio hæc*. Ita etiam sap. 1, 8 : *Nec præteriet illum corripiens iudicium*, et Eccle. xxxix, 37 : *Non præterient verbum*. Secutus ergo Juvencus est lectionem versionum ve-

terum sacræ Scripturæ, immo et plurium antiquorum auctoritatem, qui in compositis verbi *eo*, in futuro pro *ibo* interdum *jam* usurpabant, ut *inietur, transiet, redies*, et similia. Etsi enim dubia plerumque lectio est, tamen cum Tertullianus, advers. Jud. cap. 13, ita locutus fuerit, et in veteribus inscriptionibus quædam hujus generis exempla apparent, tenendum omnino est, cum consuetudinem bonis auctoribus inniti. Vide Tibullum, l. i, eleg. 4, cum notis.

165. Mss. nostri : *Quis erit ille dies* : editi : *Quis sit at ille dies*. Monosyllaba, quæ brevia esse dicuntur, mihi communia videri, alibi ostendi, nec video cur *quis* produci non possit. In ms. tamen Ott. videtur prius fuisse aliud, ubi nunc est *Quis erit ille dies*. Juvencus fortasse scripsit more suo *nesciri est omnibus æquum*, h. e., æquum est nesciri ab omnibus. Hanc conjecturam verus seq. confirmat.

164. Mss., *Ni soli rerum* : Rom., mendose, *Hi soli*. Editi plerique, *Ni solum*. Fabricius tamen edidit *Ni soli*. Reg., *fecit*, pro *torquet*, quod cum cæteris præfero, ex Virgilio, l. ix, vers. 93 : *Torquet qui sidera mundi*.

166. Mss. cum nonnullis editis, *munera*. Alii edidi, *munia*.

167. Rom., *fractu* : emenda *tractu*.

168. Reg., Ottob., *subitus*. Editi cum Rom., *subitas*, quod etiam fuit in Ottob., a pr. m., ut puto. Reuschius, ex Barthii profert, sed non approbat *Sic subitus, flammæ volitans*, h. e., instar flammæ volitans.

169. Rom., *ne* : lege *nec*.

170. Reg., Rom., et fortasse Ottob., a pr. m., *læta*. Editi cum Ott., a sec. m., *lata*. Melius est *læta*, ut lib. i, vers. 194, *pascua læta*; l. ii, vers. 425, *iterum pascua læta*; et ibid., vers. 428, *læta segetes*.

171. Ott. : *Insident gemini depresso vomere sulcis*. Rom., Reg., *Insident duo depresso sub vomere sulcis*. Editi : *Insident duo depressis sub vomere sulcis* : sed Ald., et Bas., *lucis*, pro *sulcis*. Placet scriptura Ott. Sic Virgilius l. i Georg., vers. 45 : *Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro—Ingemere, et sulco attritus splendescere vomer*. Alia syntaxis, eclog. 4, vers. 32 : *Quæ cingere muris—Oppida, quæ jubeant telluri insidere sulcos*.

NOTÆ.

thæus solum ait : *Et luna non dabit lumen suum*. Lactantius, lib. vii, cap. 16 : *Luna sanguine offusa meatus extraordinarios peraget*.

151. Relege not. ad l. iii, vers. 4, ubi sol *ignicomæ* dicitur.

152. Matthæus : *Et virtutes cœli commovebuntur*.

154. Supra, vers. 148 : *Clarebunt lumina Christi*.

158. Ordo est : *Hominis natus majestate potens veniet per sidera, etc.*

157. *Tubæ stridor et clangor* tribuitur. Lucanus, l. i, vers. 431 : *Quos arcæ recurvo—Stridentes acueret tubæ*. De clangore dixi ad l. ii, vers. 400. Utrumque Juvencus hoc versu comprehendit, et asperitatem sonitus aptissimis verbis expressit.

158. *Quadrifido* : vox hæc poetica est, nimirum

D Virgilii, Val. Flæci, Claudiani.

160. Matthæus : *Donec omnia hæc fiant*. Barthius, l. xii, cap. 49, hæc affert illud Horatii : *Debemus morti nos, nostraque*.

161. Fortasse sensus est *Super hæc, præter hæc, aut super est insuper, aut scribens solum supersolventur*. De hac phrasi, *solvi in ignes*, consule not. ad Dracont., l. iii, vers. 443.

166. *Diversa sibi tractantes* : videtur superfluum sibi. Matthæus : *Sicut erant enim in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes, etc.* Fortasse Juvencus innuit, homines tunc aliud, vel alias res egisse, ut loquuntur Latini. Omeisius exponit *contraria sibi*.

- Unus correpto tolletur corpore arator,
Ignarusque alius vasto linquetur in agro.
Uno quin etiam recubantes stramine lecti
175 Dispar iudicium diversa sorte subibunt.
Unus enim socium quæret per strata relictus.
Idcirco famuli vigilant, quia nescius illis
332 Adventus Domini subitas descendet in
[horas.
Si sciret certum furis insistere tempus
180 Quisque domus custos, vigilaret, et obvia ferret
Arma procul, ruptas ne quis penetraret in ædes.
Sed vos intentis animis assistite semper.
Namque repentinus vobis subitusque recurret
Filius huc hominis, iustus sua præmia servans.
185 Ille fidelis erit servus, cui credere cunctas
- A
Ædes, et famulos voluit per longa profectus
Vir pater ipse domus : sapiens, nimiumque
[beatus,
Quem veniens Dominus servantem jussa vide-
[bit.
Illum majori famulum redimibit honore.
190 Ast ille infelix, qui sordida luxuriatus,
333 Tardantem contemnit herum, famulosque
[fatigat
Verberibus, segnique indulgens ebrietati,
Luxuriosorum convivia concelebrabat.
Adveniet dominus, servumque incauta furentem
195 Præcipitem dignis pœnarum cladibus abdet.
Illum perpetuus fletus, stridorque manebit.
Conferri possunt cœlestia regna puellis

LECTIONES VARIANTES.

172. Ald., Bas., aratro, Westh., in textu, arato ; B
ad marg., arator, cum plerisque.
178. Pro descendet, Reg., a pr. m., descendit.
Mss. nostri, in oras ; editi in horas, quod præstat
retinere.
179. Mss. nostri, Si sciret certum furis insistere
tempus ; sed Rom., Si scirent. Torn., Si sciret cer-
tum furis si insistere tempus, ubi superfluum est al-
terum si, et in furis ultima recte productur ratione
cæsurae. Editi plerique : Præmonitum furis tempus
si insistere sciret ; ita etiam Westh. ; sed in textu
Per monitum, ad marg. Præmonitum.
180. Rom., Quisquis : corrige Quisque, pro quili-
bet, ut non semel jam occurrit. Mendum etiam est in
eodem Rom., Obviam, pro obvia.
182. Ald., perperam, assistere.
189. Ald., Fabr., Poelm., pro d. s., cumulabit.
Poel., in textu, cum mss. et aliis editis, redimibit,
quod pro redimiet positum est. Sic Virgilius, l. x,
vers. 538 : Infula cui sacra redimibat tempora vitta ;
et Ausonius, epigr. 94 : Punica turgentes redimibat
zona papillas.
190. Reg., Rom., qui sordida luxuriatus : Ott., qui
sordide luxuriatus, sed correctum sordida luxuriatus.
Editi qui obscene luxuriatus. Ex mss. restituendum
est sordida. Glossa in Reg. est sordida convivia cele-
brabat, ut sordida cohæreat cum convivia vers. 195.
Verum hæc constructio nimis implicata esset. Sor-
dida ergo more adverbii ponitur pro sordide, ut ap-
prima pro apprime, sera pro sero Georg. lib. iv, vers 122 ; et crebra pro crebro ib. lib.
iii, vers. 500. Sic torva tuens, acerba sonans, multa
gemens. Nonnulli apprime scribunt, etiam cum ul-
tima corripitur, ut inferne a Lucretio, superne a Lu-
cretio et Horatio corripuntur. Hæc ratione non
inepte rescribi posset cum Ott. a pr. m. qui sordide
luxuriatus, correpta scilicet ultima in sordide. Quæ
lectio in Cantabr. Schoetigenio se probabat, quia in
hoc bonis poetis usitatum est, ut adverbium in e corripi-
ant. Confer v. 194 et 547, h. l.
191. Rom., contemnat herum, famulosque fatigat ;
Reg., contemnet . . . fatigans ; Ott., contemnat . . .
fatiget, pro div. s. contemnit . . . fatigat : sic editi.
192. Mss., segnique. sed in Reg. fortasse fuit se-
gnisque, quod editi præferunt. Reuschius restituit
segnique per metonymiam effectus.
195. Poelm., Ald., alique editi, cum mss. nostris,
concelebrabat. Ott. pro d. s., concelebrari. Hadam.,
concelebrando. Westh., in textu, concelebrabat ; ad
marg., concelebrando. Sensus videtur postulare con-
celebrabit, præsertim cum contemnet.
194. Reg., Fabr., Ott., a sec. m., Adveniet Domi-
nus, servumque incauta furentem cum glossa in Reg.,
incauta adverbium est. In Torn. mendose incauta pro
incauta. Rom., et Ott., a pr. m., incaute pro incauta.
Poelm., Hadam., Adveniet Dominus subito, servum-
que furentem. Ald., Adveniet Dominus, stolidè ser-
vumque furentem : sic Daventr., sed non clare, an
stolidum, an stolidè, an stolido. Vera lectio ex mss.
petitur ; et ponitur incauta pro incaute, nisi aliquis
velit etiam incaute reponere. De utraque hac voce
dici potest, quod de sordida et sordide dixi ad
v. 190.

NOTÆ.

175. Ignarusque alius : cum sermo est de duobus,
alter dici solet pro alius. Vide vers. 23 h. l.
177. Nescius, passive pro ignoratus, incognitus.
Tacitus, Annal. libr. i, c. 59 : Aliis gentibus, igno-
rantia imperii Romani, in experta esse supplicia, nescia
tributa. Plautus, Capt. ii, 2, 15 : Si quid nescivi, id
nescium tradam tibi.
180. Obvia ut vers. 105, Obvia signa. De servis
custodibus publicis urbium, et privatis domorum vi-
dendus Pignorius in opere de Servis, pag. 145 seq. ;
qui totum hoc argumentum diligenter exponit.
182. Assistite, adeste. Vide not. ad l. i, vers. 617.
186. Per longa, per longum tempus. Silius, l. ii,
vers. 465 : Per longum celata fames : et l. xii, vers.
294 : At consueta graves per longum audire suorum—
Eventus Roma. Rursus, l. xv, vers. 787 : Rabidi ceu-
bellua ponti—Per longum sterili ad pastus jactata pro-
fundo.
187. Pater ipse, energice, futi in illo Maronis : Vir
pater ipse gregis.
190. Luxurio et luxurior, frequens verbum de iis
qui nimios et insolentes in cibum et cultum sumptus
faciunt. Pignorius, de Servis, pag. 161, exemplis
confirmat, apud veteres servos dispensatores impe-
gisse aliquando in scopulos meretricios non sine
magna rei dominicæ jactura.
192. Indulgens, licenter inserviens. Ita enim di-
citur indulgere somno, vino, choreis, etc.
193. Koenigius notat, hunc versum gravitatem
quædam præ se ferre. Imitari conatur Sidonius :
Innumerabilibus legionibus imperitabat. Rutilius in
Itiner. Bellerophonæis sollicitudinibus. Boli-lao Lob-
kowitzio tribuitur distichum quatuor his verbis : Con-
turbabantur Constantinopolitani — Innumerabilibus
sollicitudinibus.
195. Cladibus abdet, quia in inferos detrudet, et
quasi abscondet. Sic Tacitus ii Annal. 85 dixit : Ea-
que in insulam Seriphon abdita est. Prudentius Apoth.
v. 771 : Abde negatores Christi, nemo invidet, abde,
— Ut ere sorte tua, blasphemis nocte tenendis — Per-
petua. Sic mortem eo loco alloquitur.
197. CAPUT VII. De decem virginibus. Matth. xxv,

- 334** Bis quinis, quarum pars est sapientior una, A
Altera præstupido pars est stolidissima corde.
200 Occurrere illæ votis sponsalibus omnes,
Ornatu accinctæ tædarum flammicomantum.
335 Sed sapiens pars illa, sibi quo lumina
[flammæ
Susciperet, portare simul curabat olivum.
Stultarum vero non est prudentia talis.
205 Cumque moraretur sponsus, tum membra sopore
Solvuntur cunctæ per compita lata viarum.

- Jam noctis medio clamor crebrescere magnus
Exoritur, lætoque dehinc occurrere voto
Admonuit, lædisque vias ornare coruscis :
210 Surgere virginibus properatum, et lumina lædis
336 Instruere, et flammæ pingui componere
[olivo.
Tunc stolidæ rogitant olei sibi cedere partem,
Prudentes secum quod tunc gestare videbant.
Sed quoniam sapiens pavitat chorus, omnibus
[æque

LECTIONES VARIANTES.

198. Ald., *pars est quarum*.
199. Westh. in textu, *præ stupido*; ad marg., *præ-
stupido*. Badius cum Ald., *præ studio*, quia segnitiei,
et vitiiis studebant: neque enim per naturam
erant insipientes.
200. Mss., cum Ald., *illæ*; alii editi, *illi*, quod ex
Græco præferendum ait Gallandius. Sed melius est
illæ, quod tenuit etiam Reuschius. Matth. xxv, 1:
Exierunt obviam sponso, et sponsæ. Exemplaria Græca
variant: pleraque habent tantum *sponso*, sed alia
addunt *et sponsæ*. Certe in Juvenco cum non præ-
cesserit *Sponsi* vocabulum, non potest intelligi *illi*
de *sponso*, adeoque legere oportebit *illæ*.
205. Reg., *tum per membra*, sed fortasse *per* ex
glossa in textum transiit: nam v. seq. Reg. habet
Solvuntur cunctæ, ac proinde explicatio est *per* in
membra.
206. Reg., *Solvuntur cunctæ*: sed fuit *Solvuntur*.
Ott., *Solvuntur comptæ*, pro d. s. *cunctis*. Rom., *Sol-
vantur cunctæ*. Editi, *Solvuntur cunctis*, quod minus
placet, quam *Solvuntur cunctæ*, quamvis non negem,
recte dici *solvuntur membra sopore*. Reg., *per compita*
latæ. Ott., *per compita lata*, sed prius fuit *per compita*

- latæ*. Rom., cum editis, *per compita lata*. Vide vers.
758 l. iii.
208. Fabr., *Incæpit*; alii editi, cum mss., *Exoritur*.
Reg., *cooccurrere*, quod a pr. m. videtur fuisse in
Ott. pro *occurrere*. Non invenio alibi *cooccurrere*; sed
posset nihilominus admitti per analogiam.
209. Reg. scribit *choriscis*, sed in glossa habet
splendidiis.
210. Reg., Rom., *Surgere virginibus properatim et
lumina lædis*. Ita Ott., sed a pr. m. hic codex videtur
habuisse *properantum*, vel *properatum*, quæ verior
est lectio. Glossa in Reg. in *surgere* est *dignum erat*.
Sed id parum verbis Evangelii convenit, *Tunc sur-
rexerunt*, etc. Lego igitur *Surgere virginibus propera-
tum* pro *Virgines properarunt surgere*. Sæpe Juvencus
hanc phrasin usurpat, ut dativum verbo passivo pro
ablativo apponat. Editi sic habent, *Surgere tunc pro-
perant, et claro lumine tædas*. Ex hac scriptura, et
mss. Reg., Ott., Rom. non inepta conjectura est,
Surgere tunc properatim, et claro lumine tædas, etc.,
ut suppleatur *cæperunt*, vel *surgere* ponatur pro *sur-
rexerunt* per figuram etiam historicis notam. *Prope-
ratim* adverbium veterum est Cæcili, Pomponii, Sisen-
næ. Et Juvencus simili modo formavit *mensatim* l.
iii vers. 214.
215. Ott., mendose, *gestare* pro *gestare*.

NOTÆ.

1, etc.: *Puellæ* nomen virginibus sæpe tribuitur:
aliquando etiam non virginibus, atque iis omnibus,
quæ in ea sunt ætate, ut parere possint.

198. *Sapientior*, sapiens. Comparativum pro po-
sitivo.

199. *Præstupido*: vide similia in Indice verborum,
sic nove præpositione *præ* a Juvenco formata.

200. *Votis* de conjugio vide l. iii, vers. 759.

201. *Flammicomantum*: verbum novum, ut l. iii,
vers. 625, *glaucomicantis*. Prudentius v. 775 Psych.
dixit, *flammicomos ignes*, et Apoth. v. 495, *puero-
rum flammicomantum*, ex fide quorundam exempla-
rium. Verum ad eum loc. ostendi, legendum *puero-
rum flavicomantum*. Nuptias noctu olim celebrari
solitas observat cum aliis Wolfius Cur. philolog. ad
N. T. Martinus Roa libr. ii Singular. cap. 24 seq.
plures quæstiones in hac parabola ex veteri ritu ex-
plicanda agit: Exierintne virgines obviam sponso
simul, et sponsæ? Unde exierint istæ, hi vero quo
irent? Cur decem, nec plures, paucioresve? Cur
lampades, ac non potius tædæ, vel faces? Cum cla-
mor factus est, sponsum venire; quid sit, venerintne
in sponsæ domum, an in suam? Solusne, an simul
cum sponsa? Nuptiæ ubi celebratæ, apud hanc, an
apud illum? Verum nostra potius interest quærere,
cur Juvencus tædas pro lampadibus ponat, cum sacer
codex lampadas nominet, et Juvencus ipse paulo
post *olivum*, et *oleum*, quo lumina flammæ suscipe-
rent, seu flammæ componerent. Quæstio hæc resol-
vitur ex Lexico Rabbini Henrici Othonis, ubi
mos deducendi sponsam sic exponitur: *In terra
Ismaelitica mos erat, ut sponsam ducerent a domo pa-
tris sui in domum sponsi antè introductionem in tha-*

*lamum, ferrentque ante eam circiter decem baculos
ligneos, in uniuscujusque summitate vasculum instar
scutellæ habentes, in quo est segmentum panni cum
oleo, et pice. Ex his accensis facem præferunt*. Otho al-
legat librum Aruch, et R. Salomon in Kelim. Formam
hujusmodi lampadam ex antiquis monumentis expres-
sam exhibet Lamyus: qui præterea addit, virgines
prudentes cum lampadibus accepisse oleum in vasis
suis, distinctis scilicet a lampadibus: neque enim,
ait, lampades istæ lucernæ erant, quales nostræ,
quibus in multas horas oleum infunditur. Id autem
non satis liquet ex verbis Othonis. Is enim in sum-
mitate baculi lignei vasculum instar scutellæ statuit,
in quo erat segmentum panni cum oleo, et pice:
quæ, ut puto, in aliquod idoneum tempus sufficere
poterant, quin aliis vasculis opus esset. Quibus ita
constitutis, intelligitur, Juvencum scire, et ex veterum
more descriptos baculos ligneos *tædas* appella-
lasse. Siquidem *tæda* dicitur arbor piceam ferens,
et faces ex *tæda*, vel *tædæ* facem præferentes erant
illæ omnes, quæ, accensa pice, ardebant. In nuptiis
frequentissimum verbum est *tæda*, adeo ut etiam
pro nuptiis ponatur. *Æædem* faces *lampades* etiam,
sed minus frequenter dicuntur. Statius pro primis
nuptiis dixit. l. iv, sllv. 8, vers. 59, *Lampade prima*.
206. *Solvuntur sopore*: vide not. ad Dracont. libr.
i, vers. 572. Quæri hic potest de loco, in quo dor-
mitaverunt, et dormierunt hæc virgines. Juvencus aper-
te ait, *Per compita lata viarum*. Existimat ergo, vir-
gines sponso, domum sponsam deducenti, obvium
processisse, ut viam luminibus ornarent: *Lætoque
dehinc occurrere voto — Admonuit, lædisque vias or-
nare coruscis*.

215 Ne desint claræ nutrimina pinguis Æmæ;
 Ex parvo æqualis si detur portio cunctis;
 Tum pergunt stultæ, liquidum mercantur oli-
 [vum.
 Dum pergunt, lætæ transeunt omnia pompæ,
 Et sponsum tantum comitatur factio prudens.

220 **337** Adveniunt brutæ sero post tempore segnes,
 Et sponsi pulsare fores, et limina clausa
 Nequicquam ingeminant, precibusque ingrata
 [frequentant,
 Ut liceat miseris penetrare in limina læta.
 Illas non comitum sponsi cognoscere quisquam,

A 225 Non ipse sponsus voluit. Vigilare timentes,
 Adventus vobis quod non est certior hora.
 Sicut enim longas cui contigit ire profecto
 In terras, credens servis tractanda talenta;
 Uni quinque dedit, duo cepit et alter habenda,
230 Tertius unius curam tractare talenti
 Suscepit, vires quoniam diversa morantur.
338 Sed major quibus est concredita portio
 [nummi,
 Certatim duplis auferunt incrementis.
 Ille sed, unius cui credita cura talenti est,
235 Telluri infodiens condit sine fructibus æra.

LECTIONES VARIANTES.

215. Ott., parvæ, pro d. s., claræ. Reg., nutrimina, quod fuit etiam in Rom., sed in hoc bene correctum per nutrimina.

217. Rom., Ott., Dum pergunt stultæ, et liquidum mercantur olivum. Reg. a sec. m., Du n pergunt stultæ, ut liquidum mercantur olivum. Reg., a pr. m., Torn., Poelm. in textu, Hadam., Tum pergunt stultæ, liquidum ut mercantur olivum. Ald. sic, sed ediderat mercantur, quod in Erratis correxit per mercantur. In Bas. permansit error mercantur, uti etiam in Daventriensi.

218. Suspiciam omina pro omnia.

219. Reg., Et sponsum tantum comitatur portio prudens. Plerique. Et sponso tantum comitatur factio prudens. Advertit Fabricius, comitari hoc loco esse cum dativo more græco. Idem Juvencus l. ii vers. 695: Vocibus indubitata fides comitabitur istis. Cicero v Tuscul. cap. 36: Cætera, quæ comitantur huic vitæ. Potest etiam intelligi, apud Juvencum comitor sumi passive, ut apud Ovidium in Trist. eleg. 7, vers. 47: Ingenio tamen ipse meo comitorque, fruorque. Nec mutari debet factio in portio: etsi enim factio plerumque accipitur in malam partem pro caterva, et conspiratione malorum, et hoc sensu sæpe factionis vocabulo usus est Juvencus, tamen initio honestum vocabulum id fuit, ut notavit Festus: unde factiones medicorum, nobilium, histrionum, etc. Hoc sensu Plinius lib. xxix, cap. 1: Alia factio (ab experimentis cognominant Empiriceu) cepit in Scitia.

220. Torn., At veniunt; alii, Adventant. Mss. cum Poelm. in textu, Hadam. brutæ. Ald., Fabr., Poelm. pro d. s., Bas., fatuæ. Genuina lectio videtur esse brutæ: nam, ut ait Festus, Brutum antiqui gravem dicebant. Hinc animalia stupida bruta appellantur. Homines etiam hebetes, et stolidi bruti vocantur a Pacuvio, Seneca, Apuleio, et aliis. Brutorum familiam

inde nomen traxisse, quia L. Junius factum se simulavit, notum est. In Rom., sero post tempora segnes.

225. Mss. nostri, et alii apud Omeisium cum editione Daventr., Non ipse sponsus voluit. Vigilare timentes: quæ proba est lectio. Plerique editi inepte mutarunt. Poelm. in textu, Torn., Hadam., Westh. ad marg., Non ipsus sponsus voluit: vigilare timentes; sed Westh. habet vigilare, quod mendum est. Poelm. pro d. s., Westh. in textu, Ald., Fabr., Bas., Non sponsus voluit: quare vigilare timentes.

229. Reg., cepit alter, quod metri lex non patitur. Rom., recte, cum aliis, cepit et alter; sed a sec. m., male, cepit. Badius conjiciebat alter agenda, incremento scilicet usuræ.

232. Reg., quibus est; Ott., quis est; alii, quæis est. Rom., mendose, quis concredita sine est.

233. Ald., Daventr., Bas., Reusch., Poelm. pro d. s., Certatim duplis auferunt æra lucellis. Fabr., Hadam., Poelm. in textu, Certatim duplis auferunt munera donis, nimirum per hendiadyon, sive unum pro duo; qualia indicavi ad Dracontium vers. 21 l. m. Vera tamen lectio desumitur ex mss. Reuschii, quos is deseruit, et ex nostris: nam Rom., Reg., Ott. constanter referunt auferunt incrementis: qui versus spondaicus est, ut hoc libr. vers. 427, Illi continuo statuenter dena argenti. Beda de Arte metrica in hujusmodi versibus dactylum quinto loco male agnoscit: vult enim pronunciari incrementis, ut dicam ad loc. cit.

234. Ott., cum editis, cura est. Reg., Rom., cura sine est, et glossa in Reg., cui — scilicet est. Sed in Reg. a pr. m. fuit cura est.

235. Ott., Tellure, sed factum Telluri. Rom., Poelm. pro d. s., servat; plerique, condit. In Rom. ad marg. pro servat in textu notatur seminat, quod cum metro stare nequit.

NOTÆ.

215. Nutriminum usitatus est; sed nutrimentum usurpatum etiam fuit ab Ovidio. De re ipsa Prudentium hymn. 5 Cathem. vers. 13: Pinguis quos olei rore madentibus — Lychnis, aut facibus pascimus aridis... Vivax flamma viget, seu cura testula — Succum lintulo suggerit ebrio, — Seu pinus piceam fert alimonium. Virgilius 1 Æn. vers. 179: Suscepitque ignem foliis, atque arida circum — Nutrimina dedit. Ovidius l. xv Metam. vers. 552: Nempe ubi terra cibos, alimentaque pinguis flammæ — Non dabit, assumptis per longum viribus ævum, — Naturæque suæ nutrimentum decrit edaci, etc.

218. Omnia pompæ, ut l. ii vers. 554, omnia patris. Recte lætæ pompæ: nam erat et pompa tristis, seu funebris, de qua l. ii vers. 401: Ultima supremæ celebrabant munera pompæ.

221. Apud sponsum convivium nuptiale celebratur et notum est.

222. Nequicquam ponitur pulsare. Existimo, ingrata

adverbii more adhiberi. Nempe precibus ingrate, seu moleste frequentant, h. e., petunt, ut liceat, etc. Vide var. lect. v. 190, b. l.

224. Cognoscere, agnoscere, recognoscere. In sacris litteris cognoscere est etiam approbare, nescire reprobare.

226. Certior pro certa; vel refertur ad dicta. Evangelista ait: Vigilare itaque, quia nescitis diem, neque horam.

227. CAPUT VIII. Talenta, quæ servis data sunt ad exercendum. Math. xxv, 14 seqq.; Luc. xix, 12. Ordo hic est: Sicut is, cui profecto contigit ire in longas terras, credens servis, etc. Scilicet postquam discesserat, vel profectus fuerat, contigit illi ire in longinquas terras.

228. Infra vers. 249: Ut fructum nobis tractata pecunia ferret. Apud Ciceronem tractare pecuniam est procarare, administrare, Divinat. Verr. c. 10: Eras enim tu quæstor: pecuniam publicam tractabas.

Jamque aderat præsens dominus : tum primus , A
 [et alter
 Sc geminasse illi pariter concredita monstrant.
 Illos laudat herus , potioraque credere tantæ
 Promittit fidei. Sed tertius ille refodit ,
 240 Et domino reddit tali cum voce talentum :
 Quod seivom , domino raemet servire severo ,
 Qui meteret segetes alieno semine cretas ,
 Extimui , argentumque tuum concredere terræ
 Malui , quod saluum semper tibi reddere possem.
 245 **339** Tum Dominus famulo respondens talibus
 [infit :
 Si noscire meos auderes dicere mores ,
 Nequitia tantæ veniam concedere possem.
 Hoc igitur gnarum potius præstare decebat ,
 Ut fructum nobis tractata pecunia ferret.
 250 Quapropter segni tolletur portio nostri ,
 Prudentique dehinc datur possessio maior ,
 Quem duplis cumulasse lucris mea quinqve
 [talenta
 Inveni : namque est certum , potiora mereri ,
 Queis res uberior cumulate sortis abundat.

At cui parva subest segni substantia corde ,
 Id minimum penitus juste tolletur ab illo ,
 At nequam servus tenebras demersus ad imas ,
 Perpetuos fletus posne stridora frequentet.
 En hominis natus veniet , Patrisque ministris
 260 Stipatus , celsa iudex in sede sedebit.
340 Tunc gentes cunctæ diversis partibus orbis
 Convapient , justosque omnes de labe malorum
 Secernet , dextraque libens in parte locabit :
 At pravos lava despectas parte relinquet ;
 265 Ut pastor pecoris discernit pasena mixti ,
 Lanigeris dextri permittens mollia prati ,
 At lævos hirtis dumos tondere capellis.
 Sed rex ad dextros convorsus , talia dicit :
 Huc veniant senati , jamdudum debita sumant
 B 270 Dona Patris , mundi quæ sunt æquava nitentis ,
 Et justis primo promissa perantur aly ortu ,
 Namque fame fessum quondam me grata re-
 [fecit
 Hæc plebes , potique sitim mihi sæpe remoyit ,
 Hospitioque domus patuit mihi sæpe vocato ,
 275 Et nudus vestis blandissima tegmina sumpsi ,

LECTIONES VARIANTES.

238. Reg. heros , potiora credere , et glossa heros — ille dominus. Legendum herus , nam prima in heros producitur. Postrema in potiora produci poterit ob duas consonantes dictionis sequentis. Sed verior est lectio potioraque credere.

259. Torn. , resedit ; alii , refodit , quo verbo Columella et Plinius utuntur.

240. Fabr. Reddidit et domino : reliqui Et reddit domino.

242. Torn. , meteres pro meteret.

244. Ald. , Daventr. , Bas. , Malui , quo semper saluum tibi. Rom. , Malui , quo saluum semper tibi. Reg. , Malui , quod saluum semper tibi. Ott. , Malui , quod saluum tibi semper. Hadam. , Poelm. , Fabric. , Malui , uti semper saluum tibi. Retinendum est Malui , quod , vel quo ex mss. , factio spondæa in Malui per syneresin. Ita etiam volebat Kœnigius , cui morem non gessit Renschius. Rom. , Ald. , Bas. , Torn. , possim ; alii , possem.

250. Ald. , Bas. cum Reg. , et Ottob. , portio nostri ; et glossa in Reg. , nostri — talenti. Had. , Poelm. , Fabr. , portio nostra. Rom. , portio vestri. Forte , portio nummi.

252. Mss. nostri , Quem duplis cumulasse lucris. Plerique editi , Quem cumulasse duplis lucris. Præma in lucris communis est.

254. Rom. , Reg. , Ald. , Bas. , Quis res , et glossa in Reg. , Quis — quibus.

257. Nonnulli Et pro At , vel Ast. Lege demersus cum Reg. , Torn. , Rom. , potius quam dimersus cum aliis.

258. Ott. , Perpetuo pro Perpetuos.

259. Rom. , Ott. , patriisque. Reg. , cum editis , patrisque.

262. Ald. , Poelm. pro d. s. justosque dehinc ; Fabric. , justosque omni ; plerque , justosque omnes.

264. Ottob. , despectos , ex quo factum despectos.

266. Mss. nostri cum Ald. , Torn. , et Bas. , dextri permittens mollia prati , et glossa in Reg. , pasena juncta. Hæc scriptura versui seq. maxime coheret. Poelmann. in textu , Hadam. , Fabr. , dextræ permittens mollia parti. Poelm. pro d. s. , Daventr. , dextræ permittens mollia partis.

267. Rom. , Et lævos hirtis dumos tondere capellis , quod corruptum est.

270. Reg. , mendose , æqua pro æquava. Reg. , Ottob. , Rom. , mundi... nitentis , et glossa Reg. , novi. Editi , mundo... nitenti , Uprohbet modo dici potest. Ut æqualis cum genitivo interdum conjungitur , sic etiam æquavus.

274. Ald. , Fabr. , Hospitiumque domus ; alii , Hospitioque domus.

NOTÆ.

239. Fidei : Matthæus sic habet : Euge , serve bone , D etc. et fidelis , quia super pauca fuisti fidelis , super multa te constituam.

247. Nequitiam pro inertia hic sumi , certum puto. Vide , que de hæc vocabulo disserui in Prolegom. ad Prudent. num. 46.

255. Explicat verba Matthæi : Omni enim habenti dabitur , et abundabit ; ei autem , qui non habet , et quod videtur habere , auferetur ab eo.

254. Sors significat primum pecuniam , que confertur , ut inde lucrum fiat. Accipitur etiam pro patrimonio.

255. Juvencus vocabulo substantia varios tribuit significatos. Hoc loco accipitur pro facultatibus , sensu , bonis : que satis recepta est ejus vocis significatio.

259. A. 1. 1. IX. In die judicii bonos in parte dextra locatum iri , malos vero in sinistra. Matth. xxy , 51 ,

260. Notanda est complexio sede sedebit. Sæpe apud Juvencum occurrit ejusmodi cacophonía , non tamen ita aspera , ut duæ syllabæ in utraque voce repetantur. Frequenter conjungit verbum , quod finit in re cum alio , quod incipit etiam a re.

262. De labe malorum : Virgilius l. II Æneid. vers. 97 : Hæc mihi prima mali labe.

266. Lanigeris pro ovibus.

270. Matthæus : Possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Italica versio in quibusdam mss. habet ab initio mundi , in aliis ab origine mundi. Res eodem recidit. Juvencus per mundum nitentem originem , sive initium mundi intelligit. Ea , que nova sunt , vitare solent.

274. Vocato , mihi ad hospitium. Virgilius l. I Æneid. vers. 302 : Utque nova pateant Carthaginiæ arces — Hospitio Taurici.

- 341** Carceris et pœnis horum solatia cepi. A
Tum Domino tali respondet voce beati :
Non meminit nostrum quisquam te visere nudum
Nec famis oppressum dura ditione notavit,
280 Carceris aut pœnis meminit vidisse revinctum.
Respondens illis dicit tum talia iudex :
Fratribus ista meis, humiles miserando labores
Qui fecit, certum est dulcem mihi ponere fru-
[ctum.
At vos, injusti, justis succedite flammis,
285 Et pœnis semper mentem torrete malignam,
Quas Pater horrendis barathri per stagna pro-
[fundi
Dæmonis horrendi sociis, ipsique paravit.
Namque sitim passo quondam mihi pocula nulla
Nec famis in pœna parui miseramina panis,
290 **342** Aut peregrina mihi tecti, vestive parum-
[per
- Tegmina de magnis gracili pro parte dabantur.
Carceris aut septo claustris, morbisve jacenti
Umquam visendi solatia vestra fuerunt.
His damnata dehinc respondet factio verbis :
295 Haud equidem nostrum meminit te visere quis-
[quam
Aut sitis, aut sævæ famis ægrum agitare labo-
[rem,
Hospita vel fessis errare per oppida rebus,
Carceris aut mersum pœnis, morbove gravatum,
Ut tibi sollicito fieret miseratio justa.
500 His rerum dicit Dominus : Cum vestra superbo
343 Angustis rebus feritas sub corde tumebat,
Calcavitque humiles minimos, me sprevit in
[illis.
B Hæc ubi dicta dabit, meritis sua præmia reddet.
Æternum miseri pœna fodientur iniqui,
505 Æternumque salus justis concessa manebit.

LECTIONES VARIANTES.

276. Westh. in textu cum Ald., *Carceris in pœnis*; ad marg. cum aliis, *Carceris et pœnis*.

281. Mss. nostri cum Torn., *dicit*. Ald., *aliquæ editi, dicit*.

286. Reg., Westh. ad marg., Ott. a sec. m., Rom., Poelm., et alii, *horrendis barathri*. Ald., Bas., West. in textu, *horrendus*. Ott. a sec. m., Torn., *horrendi*. Reg., Ott., *profundis*. Rom. cum editis, *profundi*.

287. Ald., Bas., *sociisque, ipsique*; alii, *sociis, ipsique*, videlicet ipsi dæmoni.

289. Mss. nostri cum Ald., Daventr., Bas., *parvi miseramina panis*, quo respicit codex Barthii *parvum seramina panis*. Ex quo acute conjiciebat Kœnigius, *Nec famis in pœnis mihi parva seramina panis*. Poelman., alique editi, *parvi mihi fragmina panis*. Non reperio quidem apud veteres verbum *miseramen*, sed genuinum puto in Juvenco pro *miseratio*, Poetæ Christiani more Lucretii hujuscemodi vocabula amabant, ut *peccamen, augmen, lateramen, momen, vocamen, glomeramen, duramen*, de quibus vide Comment. ad Prudentium l. ii contra Symm. vers. 1042. Verum cum Juvencus alibi *fragmina farris et fragmina panis* dixerit, conjectura non mala est, *Nec famis in pœna parvissima fragmina panis*. Facile exscriptores deterruerit verbum *parvissima*, quo tamen usus est Varro, nec semel Lucretius.

290. Reg., Ottob., Daventr., Ald., Fabr., Hadam., Poelm., *Aut peregrina mihi*. Rom., corrupte, *Aut peregrina mihi lectisve parumper*. Westh. etiam edidit, *Aut peregrina mihi*; sed Badius ut ex notis colligitur, legerat, aut suspicatus fuerat, *Aut peregrinanti tecti*, etc. Gallandius edidit, *Aut peregrina mihi*, sed pro-

babat, *Aut peregrinanti tecti*, quod Kœnigio in mentem venerat, et Reuschio placebat, qui nihil certius Kœnigii conjectura affirmat, sed a vulgata non recedit. Badius scripturam communem *peregrina* interpretatur, *tegmina mihi peregrino exhibita*: quæ interpretatio non displicet; sed magis placeret lectio, *Aut peregrinanti tecti*, etc., si per mss. codices liceret.

292. Poelm. in textu *aut*, et vers. seq. *Numquam*: pro d. s. *haud*, et vers. seq. *Umquam*. Mss. nostri *aut*, et v. seq. *Umquam*. Editi variant. Sententia eadem intelligitur. Rom., mendose, *cæptæ* pro *septæ*.

294. Reg., et a pr. m. Ott., *respondit*. Alii, *respondet*, quod fortasse ponitur pro *respondebit*, a *respondo*.

295. Ott., Poelm. pro d. s., *Haud equidem nostrum*; Plerique, *Haud umquam nostrum*. Reg. scribit *Aut*. Reuschius tenet *Haud equidem*, quod longe significantius putat, quam *Haud umquam*.

298. Ott., *morboque*; alii, *morbove*.

500. Mss., *His rerum dicit dominus*. In Ott. a pr. m. fuit *dicit*. Editi, *His rerum Dominus dicit*.

301. Reuschius cum Omeisio *Augustis rebus*, h. e., florentibus. Alii, *Angustis rebus*, nempe aliorum.

305. Hadam., Poelm. in textu, Ald. *dedit*. Melius mss. nostri cum Torn., Fabr., *dabit*. Reuschius præfert *dedit*.

304. Ott., *pœna*, supra *pœna*. Fabricius legit *Æterna (miscrum) pœna*, et advertit in Comment. verbo *miserum*, hanc vocem esse particulam dolentis in parenthesis. Sed mss. nostri cum aliis editis habent *Æternum miseri pœna*, quod magis etiam placet.

NOTÆ.

276. *Pœnis* iterum vers. 280 : *Carceris aut pœnis*. Hic *pœna* pro malo ponitur : nam justis proprie pœna non infligitur.

278. Rursus vers. 295 : *Haud equidem nostrum meminit te visere quisquam*.

279. *Ditione*, imperio, et quasi tyrannide. *Notavit* animadvertit, vidit, observavit.

282. *Labores*, calamitates, ærumnas. Confer var. lect. ad vers. 28 l. iii.

283. *Ponerè*, pro posuisse, ut Badius explicat, tempus pro tempore ex usu cadentis Latinitatis.

286. Poeta: Græci inferas damnatorum domos *barathrum*, nempe voraginem profundam, vocabant. Inde Latini poetæ traduxerunt, præcipue Christiani, ut exemplis Juvenci, et aliorum probat Barthius l. xxxv Advers. cap. 8, col. 1646.

288. *Sitim passo*, ut *famen passus*.

291. *Gracili pro parte*, pro exigua parte. *Gracilis*

D parvum etiam aliquando denotat. Vide l. i, vers. 524.

296. *Agitare laborem*, videlicet te agitari, vexari ægro labore. Reuschius exponit, cum laboribus collectari. Sic dicitur, *Acti labores jucundi*.

297. *Hospitus*, adjectivum a poetis usurpatum. *Fessis rebus*, afflictis. Plinius l. ii, c. 7 : *Vespasianus Augustus fessis rebus subveniens*. Virgilius l. xi, vers. 335 : *Consulite in medium, et fessis succurrite rebus*.

299. *Sollicito*, anxio curis affecto.

302. *Humiles minimos*. Vulgata : *Uni de minoribus his*. Versio Italica vetus : *Uni ex minimis his*, aut *uni de minimis istis*, aut *uni horum minimorum*.

304. Libr. ii, v. 663 : *Judicioque gravi miseros exurgere pravos*. *Fodere* significat etiam pungere, stimulare, transfodere, et hoc loco vexare, torquere.

Talia dum loquitur, scissos lacerata capillos
 Pro fratris morbo justis soror anxia curis
 Hortatur juvenem rapido præcurrere gressu,
 Casibus ut tantis Christus servaret amicum.
 310 Nam fuerat mulier meritis accepta benignis,
 344 Obsequio cujus fratremque, domumque
 [merentem
 Amplexus, pleno Christus retinebat amore.
 Nuntius adveniens perfert, extrema jacere

A 345 Dilectum Christo juvenem per tristia
 [morbi,
 315 Et lethi, et vitæ confinia summa tenentem.
 Lazarus hic habuit nomen, sed Christus ama-
 [ris
 Percussus verbis : Non est, si creditis, inquit,
 Ad lethum ducens isthæc violentia morbi :
 Sed Deus ut digno justis celebretur honore,
 520 Et soboles hominis sancta virtute nitescat.

LECTIONES VARIANTES.

308. Rom., Torn., Ald., Bas., *percurrere*; Reg.,
 Ottob., cum aliis editis, *præcurrere*.

311. Rom., male, *fratrem, domumque*.

312. Mss. codices nostri, *Amplexus*, editi *Com-
 plexus*.

313. Mss. omnes nostri, *Nuntius adveniens perfert
 extrema jacere*. Favent codices Reuschii, qui hanc
 lectionem non ineptam dicit, sed aliam sequitur. B
 Editi, *Nuntius adveniens narrat sub agone jacere*. Ald.,
 Bas., *narrat in agone*. Fabricius legit etiam *sub agone*,
 et in Comment. notat, hic *agon* significare luctamen
 spiritus extremi in homine, animam jam agente.
 Hinc *agonizare* pro animam agere, quod verbum ad
 Latinitatem incertam Cellarius rejectit. Parum etiam
 probatur Cellario *agon* pro luctamine mortis, quam-
 vis a Juvenco hoc vocabulum usurpatum concedat.
 Revera cum hæc vox in mss. nostris non appareat,
 valde suspecta ea est. Restituo igitur, *perfert ex-
 tremam jacere*, ubi *extrema* vel ponitur more adverbii
 pro *extremum*, ut vers. 490, *sordida*, pro *sordide*, vel

potius cohæret cum *tristia morbi*, nimirum *jacere
 per extrema tristia morbi*. *Jacere* de ægrotantibus
 sæpe Juvencus, sæpe alii dicunt.

314. In Ottob., a pr. m., fuit *juvenum pro juve-
 nem*.

315. Mss. nostri, *tenentem*: editi, *tenere*. Præfero
tenentem. Rom., mendose, *somnia*, pro *summa*.

316. Rom., *Lazarus habuit*: lege *Lazarus hic ha-
 buit*.

317. Rom. a sec. m., Reg., et, ut videtur, Ott.
 a pr. m., *Percussus*. Editi, *Percussus*. In Rom., a
 pr. m., fuit *Percursus*.

318. Reg., Rom. cum Ald., Torn., Bas., *ista hæc*.
 Ott. cum aliis editis, *isthæc*. Reuschius putat, Ji-
 vencum Græcorum more nonnumquam binis verbis
 scripsisse *ista hæc*.

319. Rom., Bas., *justus*: alii plerique *justis*; quæ
 phrasis est Juvenco familiaris, ut verbo passivo da-
 tivum pro ablativo apponat.

NOTÆ.

306. CAPUT X. *Lazarum suscitatum esse, cum jam
 feteret*. Joan. xi, 1, etc. Juvencus ait: *Talia dum lo-
 quitur*, sed intelligere oportet; Dum his, aut simili-
 bus rebus, et colloquiis intentus esset Jesus. Addit
 Poeta, *scissos lacerata capillos* ex verisimili, et veteri
 more, quo feminæ dolentes capillos lacerabant.

307. *Soror*, h. e. sorores, singularis pro plurali.
 Evangelii verba sunt: *Miserunt ergo sorores ejus ad
 eum dicentes*. Vel Juvencus, quod utraque fecit, tri-
 buit potissimum Mariæ Magdalænæ, de qua pergit
 dicere vers. 310: *Nam fuerat mulier*, etc. *Justæ curæ*,
 ex Cicerone petitum est: jurisconsulti dicunt
justissimus dolor, quod animadvertit Reuschius.

308. Neque id sane constat, juvenem fuisse mis-
 sum. Hoc tamen loco famulum intelligere possumus
 cum Pignorio De servis pag. 127.

309. *Amicum*: Virgilius l. 1 Æneid. vers. 490:
Ut spolia, ut currus, utque ipsum, corpus amici...
Conspexit. Ubi Servius: *Amici, plus est, quam si
 Hectorem dixisset*.

310. Observanda est interpretatio Juvenci, qui
 tenet, Mariam sororem Lazari eandem fuisse, ac
 mulierem illam, quæ erat in civitate peccatrix de
 qua Lucas vii. 36, etc. Ait Juvencus, Mariam soro-
 rem Lazari Christo acceptam fuisse meritis beni-
 gnis: cujus propterea obsequio Lazarum, domumque
 merentem amore complectebatur. Exponit, ut vides
 vers. 2 cap. hujus xi Joannis: *Maria autem erat, quæ
 unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus capillis
 suis: cujus frater Lazarus infirmabatur*. Præcesserat
 ergo hoc factum, neque aliud esse potest, nisi quod
 narrat Lucas loc. cit.: *Et ecce mulier, quæ erat in
 civitate peccatrix, ut cognovit, quod accubisset in
 domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti. Et stans
 retro secus pedes ejus, lacrymis cæpit rigare pedes
 ejus, et capillis capitis sui tergebat... Oleo caput meum
 non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos.*
 Iterum eadem Maria unxit pedes Jesu, et capillis
 suis extersit, in domo Simonis leprosi, cum effudit
 etiam alabastrum unguenti super illius caput: sed

id accidisse post Lazari resurrectionem, clare docet
 Joannes xii, 1, etc. Qui Mariam sororem Lazari a
 peccatrice distinctam voluit, asserunt, Joannem
 ante Lazari resurrectionem mentionem unctionis
 pedum Jesu fecisse per anticipationem, neque de
 alia unctione loqui, nisi de illa, quam cap. xii post
 Lazari resurrectionem commemorat. Juvencus contra,
 et, ut mihi videtur, recte sentit, unctionem quam
 Joannes cap. xi recenset, ante Lazari resurrectionem
 vere accidisse. In Evangelii Tridentino ita
 clare id explicatur, ut in dubium revocari non de-
 beat: *Hæc autem erat Maria, quæ unxerat Dominum
 unguento, et exterserat capillis suis pedes ejus: cujus
 frater Lazarus infirmabatur*. Mihi vero satis est men-
 tem Juvenci aperire. De questione ipsa multi agunt.
 Tres feminas distinctas, nempe mulierem peccatri-
 cem, Mariam Magdalenam, et Mariam sororem La-
 zari, agnoscunt Faber Stapulensis, Jodocus Clichto-
 veus, Lonnet, Casaubonus, Estius, Launojus, Bu-
 lengerus, Turrianus, Zegerus, Salmeron, Maucon-
 duit, Anquetin, Tillemont, Baillet, Calmetus. Uni-
 cam Mariam Magdalenam peccatricem sororem La-
 zari tuentur Joannes Fischerus episcopus Roffensis,
 Balthazar Sorius, Laurentius Surius, Jacobus, epi-
 scopus Viennensis, Marcus Grandivallus, Baronius,
 Jansenius Gandavensis, Maldonatus, Natalis Ale-
 xander, Lamyus, Mauduit, Pezron, Trevet, Solle-
 rius. Confer Biblioth. select. Zachariæ in Supplement.
 ad Natalem Alexandrum.

315. Extremum vitæ periculum egregie explicatur.
Confine, substantive. Val. Flaccus, libr. vi, vers.
 574: *Inde Lycen ferit ad confine papillæ*. Apud Ju-
 vencum potius est a *confinium*, *confinii*: quod ma-
 gis in usu est. Quintilianus Declam. 8, cap. 49:
*Animam in confinio mortis, ac vitæ librato dolore sus-
 pendere!* Ammianus, l. 17: *Inter vitæ mortisque con-
 finia*.

318. Vulgata, *Infirmas hæc, non est ad mortem*;
 Evangelium Tridentinum, *Hæc infirmas non est
 usque ad mortem*.

- Tunc ad discipulos, Dormit jam Lazarus; in- A
[quit,
Sed charum juvenem faciam consurgere rursus.
[sus.
Aiunt discipuli: Somno succedere plena,
Et remeare salus poterit; nec mente sequun-
[tur,
325 **340** Quod mortem somni dixit sub nomine
[Christus.
Errorem quorum tali sermone removit:
Lazarus in lethum cecidit, sed gaudia menti
Hinc veniunt, vestramque fidem nihil fortius
[armant,
Cernitis absentem longe quod cuncta videre.
350 Sed properemus, ait. Didymus tunc talia fa-
[tur: B Pergamus, pariterque omnes protumbere letho

LECTIONES VARIANTES.

322. Post hunc versum Omelius alicubi legerat: *Hæc ait: et cuncti Christo præeunte sequuntur, qui post vers. 353 occurrit. Omelius vero existimabat, posse hunc versum esse intercalarem, qualis hic apud Virgilium: Incipe Mænalios tecum, mea tibia, versus.*

325. Mss. nostri, Aiunt. Editi variant; alii, Aiunt; alii, Reddunt. Ott., a sec. m., somnum pro somno.

329. Reg., Ott., longe quod cuncta videre. Rom., longe per cuncta. Ald., Bas., longe qui cuncta. Poelmann., Fabr., Hadam., longe quoque cuncta. Lego: Cernitis absentem longe quod cuncta videre, ut quod ponatur pro quoniam, vel quia, nisi velis etiam vers. præc. legere armat pro armant, hoc sensu, Quod cernitis absentem me longe cuncta videre, armat nihil fortius vestram fidem. Joann. xi. 14: Gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. Et in versione antiqua, ex ms. Colbert.: Ut credatis, quia non ibi fui. Reuschius retinuit longe quoque, sed addidit, codicum suorum lectionem longe quod non inconvenientem esse, hoc ordine, quod cernitis, me absentem longe videre.

350. Ottob., Rom. scribunt Didimus: Reg., Didymus: alii, assim., Didymus. Mss. cum Torn., Ald., Bas., distinguunt: Sed properemus, ait: Didymus tunc talia fatetur. Poelm., Hadam.: Sed properemus, ait Didymus, dum talia fatetur. Poelm., pro d. s.,

- Cognatus, toties quod gens Judæa imitatur.
347 Hæc ait, et cuncti, Christo præeunte,
[sequuntur.
Jamque aderat Christus, fuerat sed forte sepulchro
355 Quarta dies, mersasque atris de morte tenebris
Germanas luctus, lacrymosaque tecla tenebant.
Convenere illuc solatia debita dantes
Judææ gentis procetes, charique propinqui.
Sed Martha, audito Christum venisse, cucurrit
340 Obvia, deseruitque domum, mæstamque soror-
[rem.
Et p̄ocul: O utinam præsens virtus tua nobis
Afforet, et fratrem morti rapuisset acerbæ.
Nam quidquid possis, certum est tibi posse ve-
[nire.
Quam Dominus tali solatur voce gementem:
345 Robustam mentem, mulier, virtute resume.

B

tunc talia fatetur. Sequor interpunctionem codicum mss., vel clarius distinguo: Sed properemus, ait. Didymus tunc talia fatetur. Sic enim Joann. xi, 15 seq.: Ut credatis, quoniam non eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus et nos, ut moriamur cum illo.

353. Reg., cuncta. Ott. cum aliis, cuncti, sed versus additus est in fine paginae.

355. Ald., Bas., mersisque. Ott., a pr. m., mersusque, et vers. seq., a pr. m. similiter, Germanus. Ott., a sec. m., cum aliis mss. et editis, mersasque... Germanas. Badius et Koenigius suspicantur de more pro de morte. Et hic sane alicubi viget mos, ut luctus tenebris fenestris domus ferme omnino elatus augetur.

341. Mss., præsens virtus tua nobis. Poelm. in textu, Hadam., Fabr., præsens nobis tua virtus. Poelm. pro d. s., Ald., Bas., præsens hic, Christe, fuisses.

342. Reg., Afforet, et fratrem morti rapuisset acerbæ. Sic Poelm. in textu, Hadam., Rom., Ott.; sed Poelm., et Hadam., et morti fratrem; Rom., ac fratrem morti; Ott., ac morti fratrem. Fabricius Afforet: haud morti frater cessisset acerbæ. Poelm. pro d. s., Ald., Bas., Clamitat: haud morti frater cessisset acerbæ. Conjicere libet: Afforet! hæc fratrem morti rapuisset acerbæ.

NOTÆ.

322. Jubeam pro homine accipit, ut libr. ii, vers. 419, et alibi. Potamius, in tractatu de Lazaro, in appendice Operum S. Zenonis, Lazarum, quem quadragenarium dixerat, vocat etiam juvenem. Balerinii, in nota, videntur inter annum 30 et 40 collocari aiunt ex Varrone. Isidorus, Orig. l. xi, c. 2, juventutem in quinquagesimo anno finire asserit. Consurgere rursus, resuscitari. Prudentius, de resurrectione, in fine Apoth., vers. 1065: Nosco, meum in Christo corpus consurgere. Iterum Juvencus, vers. 457: In nova me rursus concedant surgere vina.

324. Sequuntur, assequuntur, ut alibi. Verbum simplex pro composito.

327. In lethum cecidit. Cicero, lib. I Tuscul. c. 32, dixit cadere in morbum. Alioquin cadere pro mori simpliciter usurpari solet.

329. Textus Evangelicus: Et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi: sed eamus ad eum. Interpretatio Juvenci hæc est: Vestra fides validior hinc erit, quoniam intelligetis, me etiam absentem cognovisse, Lazarum esse mortuum. Alii explicant: Gaudeo, non fuisse illic: quia tunc opem sororibus

petentibus non denegassem, et Lazarus mortuus non fuisset. Vestra autem fides magis augebitur ex resurrectione Lazari, quam si morbum ab eo expulsem. Interpretationi Juvenci adherent S. Augustinus, Beda, et alii. Altera interpretatio communior videtur: quæ clarius indicatur in Evangelio Tridentino: Lazarus mortuus est, et ego gaudeo vestri causa, quod ibi non fui, ut credatis. Sed eamus ad illum. Menochius ait, verba Vulgatæ, Quoniam non eram ibi nectenda cum gaudeo: scilicet lætor, me non adfuisse, cum mortuus est, ut illo extinctio miraculi patrandi sese offerret occasio.

331. Pergamus, etc. Exponit verba Joannis, Ut moriamur cum eo. Versio vetus, etiam Evangelicæ Tridentini, et Augustinus in hunc loc.: Et moriamur cum illo. Relativum cum eo, et cum illo, spectare potest vel ad Christum, vel ad Lazarum. Sed utrolibet modo sententia est: Eamus parati subire mortem, quam Judæi Christo, ejusque discipulis minantur.

345. Tibi venire, ut supra, vers. 327: Gaudia menti veniant.

- Lazarus hæc vitæ rediviva in lumina surgat. A
 Et mulieri Certe surgent in munera vitæ
 Mortales cuncti, veniet eum terminus orbi.
 Christus item sancto depromit pectore vocem :
 350 **348** En ego sum claræ vobis reparatio vitæ.
 In me qui credit, mortem deponere sumptam,
 Et vitam poterit jugi comprehendere seculo.
 At quicumque fidem vivo sub pectore sumet,
 Horrida non unquam continget limina mortis.
 355 **Ista hæc si credis puro de pectore, Martha?**
 Illa dehinc : Hæc una fides mea corda tenebit,
 Sublimis veneranda Dei quod venerit in te
 Cœlestis soboles celso sub nomine Christi.
 Hæc ait, et Mariam cursu motura sororem,
 360 Interiora petit, sanctum venisse magistrum,
 Et pariter luctu oppressam vocitare sororem
 Admonuit, tacto designans omnia nutu.
- B 375 350** Ut vidit Sanctus, multo mox vecte moveri
 Præcipit : at *Marthæ* talis vox verberat aures :
- 349 Prosilii illa foras, auditæ nômisse Christi.
 Prosequiturque simul Solimorum turba gemen-
 [tem,
 365 Credentum tumulo stetus inferre sorores.
 Illa salutiferum postquam conspexit Iesum,
 Procidit ante pedes, rûptique hænc pectore vo-
 [cem:
 Si mihi germanum potuisses visere vivum,
 Lazarus haud poterat duræ succumbere morti.
 370 Fletibus his Christus socians de corde dolorem,
 Inquiri tumuli sedem, quo condita nuper
 Membra sœrent, animæ volucris spoliata calore.
 Haud mora, demonstrant flenti, mœstoque
 [sepulcrum
 Rupe sub excisa, lapidis quod pondere clausum.

LECTIONES VARIANTES.

346. Mss. et editi omnes, *lumina vitæ*. Nonnemo tamen suspicabitur *limina vitæ*, ex vers. 334. Vide var. lect., ad vers. 27 h. l.

347. Ald., Bas., *certæ* : alii, *certe*, quod præferendum est.

351. Reg., a pr. m., *credet pro credit*.

352. Rom., *vita* : corrige *vitam*.

355. Mss., *Ista hæc*. Editi alii Ita, alii *Isthæc*. Fabr., cum interrogatione, *Isthæc num credis puro de pectore, Martha?* Poelm., Had. : *Isthæc si credis puro de pectore, Martha*. Rom. cum Aldo : *Ista hæc si credis, puro dic pectore, Martha*. Aldus interrogationis botam post *Martha* apponit. Ita etiam Reuschius, qui edidit : *Ista hæc si credis puro de pectore, Martha?* Observa, si esse pro num, ut l. ii, vers. 442; aliqui putant si *credunt*.

356. Poelm., pro d. s., *tenebat*; in textu cum reliquis *tenebit*. Aldus distinguit *tenebit* — *Sublimis veneranda Dei, quæd venerit in te*, quod non placet.

357. Reg., *venerande* pro *veneranda*.

358. Torn., *Cœlesti* : lege *Cœlestis*.

359. Editi, *cursu monitara sororem*. Reg. et, a pr. m., Ott., *cursu motura*; et glossa Reg., *vocatura*. In Ott., *motura correctum* videtur per *matura*. Rom.,

corrupte, *cursu Martha sororem*. Verius videtur *motura* : nam vers. 362, occurrit *Admonuit*. Ponitur igitur *motura* pro *excitatura*, vel *vocatura*: Aldus, mendose, et *Maratham cursu monitara*.

361. Reg., *pressam*, sed fortasse prius scriptum fuit *oppressam*.

364. Reg. *gementum*, cum glossa, qua indicatur *Solymorum gementum et credentum*. Sed longe melius est *gementum*.

365. In Ottob. ex *Credentem* recte factum *Credentum*. Pro *stetus* Ottob. habet *luctus*.

367. Ott. : *Rupitque hac voce dolorem*, quod in Barthii codice repertum Kœnigius non improbat. Alii *rupitque hanc pectore vocem*, sed Rom., Ald., *rumpitque*.

370. Fabr., Hadam., Poelm., *hic*. Mss. cum aliis editis, *his*. Reuschius cum Kœnigio prius illud tenuit.

372. Ott., *volucris*, sed fortasse fuit *volucris*; Reg., *colore* : lege *calore*.

375. Reg., corrupte *flenti estoque sepulcrum*. Rom., *fletu mœstoque*, quod pariter mendosum est.

376. Rom., *ac*. Ita etiam fuit in Ott., sed in hoc correctum est per *al*.

NOTÆ.

347. In *munera* : in præ ad, et vicissim ad præ in, sequioris sæculi idiotismus a Reuschio dicitur.

350. Joannes : *Ego sum resurrectio et vita* : et I Cor. i, 30 : Christus dicitur nobis factus *Justitia, et sanctificatio, et redemptio*.

351. *Mortem sumptam* : mortem sumere pro mori de quocumque mortis genere dicitur.

354. *Limina mortis* : Lucretius, lib. vi, vers. 1300 : *metuentes limina læthi*.

357. In *te* : Badius accipit in ablativo, quasi in tua persona, quod veriorẽ sensum reddit, quam in accusativo.

358. Ordo hic esse potest : Soboles veneranda Dei sublimis sub nomine cœlestis Christi : nisi italico duo vel tria adjectiva *veneranda, sublimis, cœlestis* ad sobolem referre.

362. Joannes : *Vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens : Magister adest, et vocat te*.

365. Evangelista, de soli Maria : *Secuti sunt eam dicentes : Quia vadit ad monumentum, ut pleret ibi*. Sed cum a *Mariha* vocata prosilisset, de utraque id dici potest.

366. *Salutiferam* ex ipso nomine *Jesus*, quod sonat *Dominus salvator*.

367. *Rumpere pectore vocem* : phrasis poetica, de

qua dixi in not. ad Dracont. l. i, vers. 689.

371. *Sedes* de tumulo sæpe adhibetur. Virgilius, l. vi, vers. 432 : *Sedibus hunc refer ante suis, et conde sepulcro*. Vide not. ad vers. 378 h. l., et vers. 789, et Epistolam antiquarii Romani (Cajetani Marini) Romæ editam anno 1790, qua docte explicat inscriptionem paulo ante repertam, et de sepulcro intelligit primum versus inscriptionis : *Perpetuam Sedem nutritor possides ipse*.

372. Glossa Reg., *volucris* — *fugientis a corpore*. Vita deficit, cum calor vitalis omnino abest : ex quo homo extingui dicitur, et anima igni comparatur. Kœnigius explicat *volucris*, h. è. celeris, laudatque elegantem hanc cadaveris descriptionem.

374. Annotat Quaresmius, apud Reuschium, se in Judæa observasse, pleraque sepulcra, quæ in montibus et rubibus excisa in regione montana visuntur, ostia erecta habere, ut ostia domorum : monumenti autem ostium, in quo situs olim Lazarus, esse in ipso terræ pavimento. Aliud colligitur ex viro antiquo Buonarrotii in sepulcro Lazari, tab. 7.

376. Plautus, Amphit. i, 1, 177 : *Hinc enim mihi dextera vox aures, ul videtur, verberat*. Plerumque de ingrato sermone id dicitur.

- Quatuor en lucas, totidemque ex ordine noctes A
Prætereunt, quo membra solo composita quies-
[cunt.
Crediderim, corpus, motu fugiente caloris,
380 Fœtorem miserum liquefactis reddere membris.
Iis dictis contra depromit talia Christus :
Jam toties dictum est, magnis consistere rebus
Credendum virtute fidem : sed gloria summi
Jam genitoris adest, fidei si robor habetis.
385 Hæc ubi dicta dedit, saxumque immane revulsis
Objicibus patuit, virtus mox conscia cælum
Suspicit, et tali genitorem voce precatur :
Eximias grates, Genitor, tibi, sancte, fatemur.
Me placidus semper venerandis auribus audis.
390 Sed populus præsens me missum credere discat.
Hæc ubi dicta dedit, tumuli innox limine in ipso
Restitit, adverso complens cava saxa canore :
351 Lazare, sopitis redeuntem suscipe mem- B
[bris
- En animam, tuque ipse foras te prome sepulcro.
395 Nec mora, connexis manibus, pedibusque repente
Procedit tumulo, vultum cui linea texta,
Et totum gracilis connectit fascia corpus.
Tum solvi jussit, lætumque ad tecta remittit.
Judæi postquam factum venerabile cernunt,
400 Qui tanti fuerant Mariam, Marthamque secuti,
Pars credens sequitur sanctæ virtutis hono-
[rem :
Ast alii repetunt urbem, procerumque superbis
352 Cuncta Pharisæis rerum miracula nar-
[rant.
Ergo ad concilium Scribæ, plebisque vocatur
405 Jam gravior numerus, qua vatium principis alte
Pulehra Caiphææ collucent atria sedis.
Illie complacuit Christum prosternere letho :
Sed vitare dies paschæ, ne plebe frequenti
Discordes populi raperent in bella furorem.
410 Ille Simonis erat tectis, quem lurida lepra

LECTIONES VARIANTES.

378. Badius videtur pro *solo malle solido*, h. e., lapideo sepulcro. Repugnat lex metri. Reg., *composita* : emenda *composita*.

379. Torn., *Credideram* : alii, *Crediderim*, quod sensui consentaneum est.

382. Reg., *Nam totiens*. Rom. et Ott., scribunt etiam *totiens*, sed *Jam* cum cæteris.

387. Ott., a pr. m., *Suscipit* ; a sec. m., *Suspicit* cum aliis.

392. Mss. nostri, Reg., Rom., Ottob., *clamore* : editi, *canore*. Hoc metro congruit, illud adversatur. De simili varietate lectionis vide var. lec., ad vers. 646 et 648 lib. III.

396. Ald., Bas., Westh., in textu, *linea textit*, nimirum *linea fascia*. Sed editi alii cum mss., *linea texta*.

397. Ott. scribit *glacilis*.

398. Reg., *Lætumve*, quod pro d. s. indicatur in Ott.

400. Daventr. *Si tantum*. Rom. cum plerisque editis, *Qui tantum*. Reg. et Ott. cum nonnullis mss.

Reuschii, *Qui tanti* ; et glossa in Reg., *tanti* — *multi*. Hæc proba est lectio et interpretatio. Joann. XI, 45 : *Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam et Martham, et viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum*. Etsi autem pleraque exemplaria versionis antiquæ, etiam in Evangelio Tridentino, et textus Græcus Martham hoc loco non nominant, tamen ms. S. Mart. et unus ms. Græcus apud Sabatierium habent *Mariam, et Martham*, uti etiam legit Juvenecus. *Tanti* pro *multi*, aut *tot*, ut *quanti* pro *quot*, non abhorret a lingua Latina, ut exemplis Plauti, Lucani, Valerii Flacci, Statii, Dracontii et aliorum potest confirmari. Lingua Hispana et Itala ex *tanti* pro *tot* sumpserunt *tantos, tanti*.

401. Reg., *honore* ; et glossa, *per, vel propter*. Alii, *honorem*. Non male esset *tantæ virtutis*.

404. Omeisius pro *concilium* alicubi reperit *consilium*, quod stare etiam posse ait. Ott., *vocantur*. In hoc ms. Ott. desunt seqq. versus usque ad vers. 415.

405. Rom., mendose, *natum* pro *vatum*.

NOTÆ.

377. Ut *lux* pro die in singulari, ita *lucis* in plurali pro diebus usurpatur. Vide Horatium, l. IV, od. 6, vers. 42.

378. *Compositus*, et per syncopen *compostus*, et compono pro *sepultus, sepelire* frequenter adhibentur. Valer. Flacus, l. 7, vers. 203, al. 207 : *Ossaque queis tauri, sævusque pepercerit ignis, — Componam, sedemque dabo*.

384. *Fidei robor*, ut libr. III, vers. 277.

388. Evangelista ait : *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me*.

392. Libr. 3, vers. 646 : *Et pueros templi complentes tecta canore*. Adverso, h. e., tendente in adversum ; ut dicitur *adverso corpore, pectore*. *Cava saxa* : in carm. de Laud. Domini, in append. II, vers. 14 : *Tum vir sollicitus largo jubet ore cavari*. — *Post mortem fiunt quæ membris hospita saxa*. Prudentius, hymn. 10 Cath. vers. 53 : *Quidnam sibi saxa cavata, — Quid pulchra volunt monumenta?*

394. Infra, vers 574 : *Ille negat, tectisque foras se promere tentat*.

395. Libr. III, vers 769, *Connexis manibus pedibusque*. Imago Lazari resurgentis sæpe occurrit in veteribus monumentis, apud Aringhium, Rom. Subterr. Consule in appendice secunda carmen de Lau-

ribus Domini vers. 21 seqq.

396. Prudentius, Apoth. vers. 742, *procede sepulcro, — Lazare*. Victorinus Pictaviensis, *Procede sepulcro, — Lazare, clamat*. Hoc alterum fuit miraculum, quod Lazarus manibus pedibusque devinctus, ac fasciis involutus, prodierit tumulo.

402. Adverte locutionem *procerum superbis Pharisæis*, ut *eximios vatium*, etc.

404. CAPUT XI. *Passio Domini nostri Jesu Christi*. Matth. 26 ; Marc. XIV ; Luc. XXII ; Joann. XI. *Conveniunt in unum Scribæ, et Pharisæi, ut Jesum occidant. Et Magdalena unguento pretioso ungit pedes Domini*. Nonnulli finem libri IV ante hunc versum collocant, quod tolerari nequit, ut dixi n. 73 Prolegom.

405. *Gravior numerus*, nempe seniorum et eorum qui gravitate et consilio pollere videbantur. *Vatum principis*, nimirum sacerdotum principis.

409. Matthæus ait : *Dicebant autem : Non in deserto, ne forte tumultus feret in populo. Populi raperent furorem, est figurata constructio : nam furor rapit populos, aut populi rapiuntur furore*. Horatius, Epod. VII, vers. 13 : *Furoræ cæcus, an rapit vis acrior*. Badius Juvenecum exponit : *Ne populi traherent commotionem animorum ad arma*.

Virtute ipsius diffugerat. Ecce jacenti
Accedit mulier propius, frangensque alabas-
[trum,

353 Quo pretiosa ierant late fragrantis olivi
Unguenta ab summo perfudit vertice Christum.

413 Discipuli increpitant, fantes, potuisse juvari
De pretio unguenti miserorum corpora egen-
[tam.

Has Dominus prohibet voces, factumque pro-
[bavit :

Desinite obsequio justam prohibere puellam.
Pauperibus semper dabitur succurrere tempus,

A 420 Sed me non semper tribuetur visere vobis.

Funeris ista mei multum laudanda ministrat
Officio, mundumque implebunt talia facta.

Tunc e discipulis unus se subtrahit amens
Judas, qui ad proceres tali cum voce cucurrit :

425 Quod pretium sperare datur, si tradere vobis,
Quæsitumque diu possim monstrare magistrum?

354 Illi continuo statuunt ter dena argenti
Pondera : iis Judas sceleri se subdidit alto.

Jamque dies paschæ primo processerat ortu :

430 Discipuli rogitant, ubi cœnam sumere paschæ
Vellet; at ille sibi quemdam sine nomine quæri,

LECTIONES VARIANTES.

411. Rom., *defugerat*. Reg. cum editis, *diffugerat*. Rom., Reg., *ecce jacenti*; et glossa Reg., *jacenti — recubenti*. Fabr., *ecce cubanti*. Plerique editi, *en recubanti*. Reuschius suorum etiam codicum lectionem *ecce jacenti* plane improbabat, sed immerito. *Jacere* de mensæ accumbentibus apposite dicitur. Silius, l. xi, vers. 543 seqq. : *Fallit te, mensas inter quod credis inermem Quid tanto in casu comitum, iuxtaque jacentum — Torpebant dextrae ?*

412. Reg., Rom., Torn., *sanctumque alabastro*. Editi plerique, *frangensque alabastrum*.

415. Reg., Rom., Daventr., et alii, *fragrantis* : sed Reg. scribit *flagrantis*, atque ita hoc verbum scribitur in multis mss. antiquis. Poelm. cum aliis, *fragrantia*.

414. Ald., Bas., *perfundit* : alii *perfudit*.

416. Reg., Ott., *corpus* : Ott., pro d. s., cum aliis, *corpora*.

418. Mss. cum Ald. *justam*, ut vers. 421, *multum laudanda*. Plerique editi, *justo*.

424. Mss. nostri cum Torn., *Judas, et ad proceres*. Editi plerique *Judas, qui ad proceres*. Legerem libenter *Juda, atque ad proceres* : nam poetæ christiani, ut Prudentius et Dracontius, *Juda* in nominativo amant efferre.

427. Ald., Fabr., Bas., Poelm. pro d. s., Westhem. in textu, *Argenti ter dena illi pro pollicebantur* : quod lex metri rejicit. Emendarunt ergo aliqui *moz pollicitantur*. Mss. nostri cum Barthii cod., aliis-

B que Reuschii, cum editis Had., Poelm. in textu, Westh. ad marg., versum spondaicum exhibent : *Illi continuo statuunt ter dena argenti* : quæ vera est scriptura, et textui Græco ac Vulgatæ respondens : sed cum structura hujus versus a librariis non intelligeretur, licenter cum corruerunt. Beda, de Arte metrica, cap. de conjunct. et dissolut. syllab., legit etiam *ter dena argenti*. Verum in hoc ab eo dissentio, quod putat, id sonare *denarigenti*, ut quinto loco non spondæus, sed dactylus saltem sono percipiatur. Lege notam n. 207 Dissert. nostræ de hymnis.

428. Mss. nostri : *Pondera : his Judas, quo pacto h vim consonantis habet. Vel lege Pondera : iis, scilicet ponderibus, sive triginta argenteis. Hoc etiam loco reponerem Juda, correpta postrema ob sc dictionis seq. Editi habent : Pondera : dehinc Judas. In Aldo, Pondere, fortasse mendum est pro pondera.*

430. Rom., Poelm. in textu, Hadam., Fabr. : **C** *Discipuli quærunt, ubi cœnam sumere paschæ. Sic Reg., sed rogitant pro quærunt. Ott., Poelm. pro d. s. : Discipuli Christo quærunt, ubi sumere pascha. Ald., Daventr., Bas. : Discipuli a Christo quærunt, ubi sumere pascha. In Ottob. fortasse abrasum est a, vel legendum etiam : Discipuli Christo quæsunt, ubi sumere pascha : de quo verdo quæsunt vide lectionem variantem ad vers. 284 libr. 1.*

431. Ott., *Velit, recte correctum per vellet.*

NOTÆ.

411. Id ex evangelio non constat. Vocatur quidem *Simon Leprosus*, sed non explicant Evangelistæ, unde hoc cognomen habuerit. Plerique veteres leprosum antea fuisse putant, sed a Christo sanatum. Alii nomen familiæ esse censent, ut erant apud Romanos Claudii, etc.

412. *Alabastrum* dicebatur genus quoddam pyxidis unguentariæ pyro similis, sine ansulis. Fieri hæc vasa solebant ex onyche marmore, quod propterea alabastrites appellatur. Fortasse vero vasculum unguentarium Mariæ Magdalene vitreum erat, quod facilius frangi poterat. Verum etiam vasa ex alabastrite lapide non difficulter franguntur.

413. Matthæus ait, *alabastrum unguenti pretiosi; Marcus, alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi; Joannes, libram unguenti nardi pistici pretiosi*, et in Evangelio Tridentino, *libram pistici unguenti, omisso nardi, et pretiosi*. *Juvenens olivum* nominat, quia pro unguento *olivum* accipi solet. Catullus carm. 6, vers. 8 : *Sertis, ac Syrio fragrans olivo*. Propertius, l. iii, el. 15, vers. 31 : *Levis odorato cervis manabit olivo*.

415. *Miserorum corpora egentum*, pro *miseros egentem*, ut l. ii, vers. 734, *germana corpora, etc.*

418. *Puellam* : sic Arator de Samaritana, l. i, vers. 912 : *cum putei super ora sedens per vasa puellæ — Pocula quærit aquæ, et ibid., vers. 1113, de Maria Magdalena : Quem prima puella — A tenebris re-*

meare probat. Vide not. ad vers. 197 h. 1.

422. *Funeris officium* de exsequiis apte dicitur.

425. CAPUT XII. *Judas pretium petit, ut Jesus tradat, qui cœnans traditum iri se ab uno discipulorum prædicit. Hinc corporis et sanguinis sui sacramentum instituit, et a Petro ter se, antequam gallus cantet, negatum iri prædicit. Matth. xxvi, 14; Marc. xiv, 10; Luc. xxii, 3; Joann. xviii.*

D 426. *Monstrare* pro deferre, indicare sumitur. Tacitus, l. iv Histor. cap. 4 : *Pessimi servitorum procedere ultro dites dominos : alii ab amicis monstrabantur.*

428. *Pondera*, genus pro specie. *Se subdidit sceleri*, elegans metaphora : summisit, et obligavit se sceleri gravi, quod alte ad præcordia usque resedit.

429. Matthæus : *Prima die azymorum*. Lucas : *Venit autem dies azymorum*. Missale Gothico-Hispanum, sive Isidorianum, fer. 5 in Cœna Domini, codd. Vercellensis et Veronensis, *dies paschæ*. Juvenens id ita intelligit, ut a feriæ quintæ vespere primum diem paschæ numeret. Alii alio modo. Vide infra, vers. 600.

431. Matthæus : *Ite in civitatem ad quemdam, et dicite ei*. In versione veteri ms. Clarom., *Ite in civitatem ad Dinan, et dicite ei*; scilicet ex Græco πρὸς τὸν δαίνα. Quod perinde est, ac siquis Hispanice dicat a *fulano*, aut apud alios a *N*, quod significat nomen, et ex libris antiquis petitum est. Antiquiores

Ultima qui Domini caperet mandata, jubebat. A

355 Vespere mox primo bis sex recubantibus

[una

Discipulis, tali divinat voce magister :

455 En urget tempus, Christum quidam tradere

[motti

E vobis unus scelerato corde volutat.

Continuo cuncti quærent, quis talibus ausis

Insano tantum cepisset cordæ venenum.

Ille dehinc : Epultis mecum nunc vescitur, in-

[quit.

440 Sed soboles hominis quondam præscripta su-

[bibit

Supplicia ad tempus. Miserrabilis ille per

[ævum,

Qui justum dedit : quanto felicior esset,

Si numquam terris tetigisset limina vitæ !

356 Et Judas graviter tum conscia pectora

[pressus,

445 Numquid, ait, Judam talis suspicio tangit ?

Respondit Dominus : Te talia dicere cerno.

Hæc ubi dicta dedit, palmis sibi frangere pa-

[nem,

Divisumque dehinc tradit, sanctumque preca-

[lus,

Discipulos docuit, proprium sibi dedere corpus.

LECTIONES VARIANTES.

453. Reg., *Vespere sed primo*. Alii. *Vespere mox B primo*. In Rom. desideratur hic versus.

454. Ott., *Discipulis satur voce divina magister*. Sed ut constat versus, legendum *satur divina voce magister*. Alii, *Discipulis tali divinat voce magister*. Rom. non bene *divina* pro *divinat*.

455. Sabatierius *Ecurret tempus*; pro d. s., *En urget tempus*. Hanc secundam lectionem ubique invenio. Rom., *prodere pro tradere*.

457. Rom. *ausus*; ad marg. pro d. s. *ausis*, quod unice verum est.

442. Mss. nostri unanimi consensu, *Qui justum dedit; quanto*, et glossa in Reg., *dedit — tradidit*. Fortasse legendum *dedit : et quanto*, vel *dedit est præsens verbi dedo*. Editi habent *tradet* pro *dedit*. Sequor mss. codices, et *dedit* accipio in præsentii a *dedo*, *dedis*. Versio vetus in mss. Cantabr., et S. Germ. 1, et S. Gat. pariter habet in præsentii : *Væ autem homini illi, per quem filius hominis traditur*. Vide var. lect. ad vers. 310 h. l.

443. Mss. nostri cum Daventr. *Si numquam terris tetigisset lumina vitæ*; sic Ald., et Bas., sed *limina pro lumina*. Had., Fabr., Poelm., *Si numquam in terris tetigisset limina vitæ*. Vide var. lect. ad vers. 27 h. l. Preferendum videtur hoc loco *limina vitæ*, etiamsi alibi occurrat *lumina vitæ*. Inspice notas Wopkensis, et Arntzenii ad Sedulium l. iii. vers. 290.

444. Reg., Ott., *Et Judas*; Rom., cum editis, *At Judas*. Renschius *Et*, quia et pro at adversativæ vini habet, ut h. l. vers. 581, *Et Petrus jurans*.

445. Mss. nostri cum Aldo, Torn., et Bas., *suspicio*; alii editi, *suspectio*. Paulinus poem. 11, epist. ad Ausonium, secunda longa, vocabulo *suspicio* usus est : *Duceret in sanctum suspicio falsa parentem*. Simili modo produnt Plautus, Martialis, Ausonius, neque a se inventum poetam ullum Latinum, qui eam syllabam corripuerit, affirmat Fortellinus. Qui ergo in Paulino, Ausonio, et Juvenco legunt *suspectio*, falluntur, si existimant, id metro necessarium esse. Omeisius advertit, has voces *suspicio*, et *suspectio* etiam apud Ciceronem Philipp. 1, cap. 5. inter se permutari.

446. Reg., *Dominus : talia te dicere*. Ita videtur fuisse in Ott., sed bene emendatum *te talia*.

447. Rom., *Hæc ubi dicta : caput palmis sibi frangere panem*. Alii *Hæc ubi dicta dedit, palmis*. Mss. cum plerisque editis, *frangere*; nonnulli editi, *tangere*. Intelligitur autem *cæpit frangere*. Omeisius *sibi* exponit illis discipulis, eis, vel *sibi*, ut plane obsignet sibi credentes, vel abundat *sibi*. Kœnigius arbitratur, post hunc versum unum, vel duos excluisse.

448. Reg., Ott. a sec. m., Rom., *sanctumque præcatus*. Editi partim sic, partim *sanctæque præcatus*. Ubi est *sanctum*, adverbii more id positum censeo. In Rom. *tradidit* error est pro *tradit*.

449. Mss. nostri, *proprium sibi dedere corpus*. Videlicet *sibi*, eis, ut paulo ante vers. 447, vel *proprium* sibi. h. e., proprium suum. Editi alii, *se dedere*; alii, *se tradere*.

NOTÆ.

pronomen *ille* usurpabant, ut Hispani *el tal*. Vide Mazochium, ad I Samuel. xxi, 2. Posset aliquis suspicari, a Christo nomen fuisse expressum, quod Evangelistæ tacuerint. Juvenco aliud sentire videtur : et ex Marco et Luca potius concluditur, ejus hominis nomen a Christo fuisse omisum.

452. Ex Matthæo : *Magister dicit : Tempus meum prope est; apud te facio pascha cum discipulis meis*. Vel respicit Juvenco verba Christi in ablutione pedum apud Joannem xiii, 54, etc. Ex quibus *mandatum* vocari solebant ritus, qui in Cæna Domini, et ablutione pedum fiunt. Synodus Aquisgran. can. 20 : *In Cæna Domini pedes fratrum post mandatum abbas lavet, et osculetur*. Chilienus monachus in vita S. Brigidæ c. 2 : *Proxima Cæna fuit Domini, qua Sancta solebat — Mandatum Christi calido complere lavaero*. Hispanum idioma, Latinitatis mediæ retinentissimum, eodem vocabulo utitur. Confer Ducangium verbo *Mandatum*. In Ecclesia Hispana antiquissimus fuit hic usus, ut episcopus pedes presbyterorum, et diaconorum in Cæna Domini lavaret eo ritu, qui in Missali Isidoriano describitur. Hunc ipsum ritum illustrat Læstleus in notis.

456. Simile quid apud Ovidium l. xv Met. vers. 494 : *En, ait, hic unus, quem vos nisi pellitis urbe, —*

Rex erit. Is qui sit, signo, non nomine dicam.

458. *Venenum*, nocendi cupiditatem. Sic *avaritiæ, invidiæ, fraudis, desidiæ venenum*.

444. *Conscia*, sibi sceleris. Vide not. ad Dracont. l. 1, vers. 538 : *Conscius acsivit socius*.

446. Matthæus : *Ait illi : Tu dixisti*. Infra v. 594, *Vestris hæc audio verbis*. Cerno est video, intelligo. Libr. n, vers. 205, *Nihil horum cernere possum*. Ille potest accipi pro *audio*.

447. *Palmis sibi frangere panem*, fortasse indicatur modus peculiaris frangendi panem, ut nonnulli exponunt verba Lucæ xxiv, 35 : *Et quomodo cognoverunt eum in fractione panis*. De forma panis Judaici, buccellatum distincti, et ad fractionem apti, legendus est Robrius De pictore errante t. II Thesaur. Disputation. p. 868. Vide præterea alios indicatos a Fabricio Bibliograph. Antiq. cap. 19, n. 6, necnon Baronium, et Aringhium.

448. Maldonatus ad h. l. Matthæi, interpretatione Juvenco contra hæreticos urget, et exponit *sanctumque præcatus*, h. e., prece sanctificans.

449. Observat Ceillierius de Script. ecclesiast., ubi agit de Juvenco, veram doctrinam de sacramento eucharistiæ eisdem verbis ab eo proponi, quibus Catholica Ecclesia eam præbetur.

470 **357** Hinc calicem sumpsit Dominus, vinoque A
[repletum
Gratis sanctificat verbis, potumque ministrat,
Edocuitque, suum se divisisse cruorem.
Atque ait: Hic sanguis populi delicta redemit;
Hoc potate meum. Nam veris credite dictis,
455 Post hæc non umquam vitis gustabo liquorem,
Donec regna Patris melioris munere vitæ
In nova me rursus concedant surgere vana.
Exin cantato sanctis concertibus hymno,
Montis Olivæ conscendunt culmina cuncti.
460 **358** Talia tum Christus depromit pectore ver-
[ba:
Omnes præsentis noctis vos tempore longe
Disperget misere, deserto principe, terror.

Sic etenim scriptum est: Pastoris casibus om-
[nes
In diversa fugam capient per rura bidentes.
465 Post ubi vita novos cœli mihi reddet honores,
Præveniam, vestrosque choros genitalibus ar-
[vis
Grata Gallææ volitans per rura docebo.
Respondit Petrus: Cuncti, si credere fas est,
Quod tua labentes possunt præcepta negare,
470 Sed mea non umquam mutabit pectora casus.
Ille dehinc: Nox hæc, quæ lucida sidera terris
Inducet, hæcque premens nunc incubat undis,
359 Audiet, ut trinis pavidus mendacia
[verbis
Diceas, et Christum, fortissime Petre; negabis.

LECTIONES VARIANTES.

451. Poelm. pro d. s., *Magnis sanctificat verbis; B*
in textu cum plerisque, *Gratis sanctificat verbis.*
Ald., Bas., *Sanctificat gratis verbis.* Badius *Magnis*
explicat *magnam efficaciam habentibus.*

453. Reg., *redemit*: ita etiam Ott. ex correctione,
ubi prius videtur fuisse *redimet*. Rom., cum ple-
risque editis, *remittet*, quod præfert Gallandus ex
Matth. xxvi, 28: *Hic est enim sanguis meus novi*
Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem
peccatorum. Refellit autem Gallandus Reuschium,
quod is *redemit* verbis Evangelii aperte congruere
affirmaverit. Magis quidem congruit *remittet*, sed
n inime alienum est *redemit*: quod editum est a Da-
vente, et Poelm. pro d. s. Cæterum Reuschius
exacte cum Evangelista convenire totam hanc lec-
tionem ducit, *Hic sanguis populi delicta redemit.*—
Hunc potate meum: de qua nunc dicam. Neque enim
de verbo *redemit* sollicitus erat.

454. Reg., Ott., *Hoc potate meum*; Rom., cum
editis. *Hunc potate meum*, quam scripturam tuetur
Reuschius. Peilmann. pro d. s., *Hoc potate meum.*
Veram puto lectionem *Hoc potate meum*: nam in
textu Græco apud Matthæum, et Marcum id sic legi-
tur, ut dici possit, *Hoc est sanguis meus*, et ita con-
gruenter vertendum fuisse censet Jansenius c. 131
Concord. In versione Italæ ex ms. Cantabr. apud
Sabatierum similiter legitur, *Hoc est enim sanguis*
meus. Multi theologi, quos refert, et sequitur Sua-
rez tom. xviii de Sacram., quæst. 78, disp. 58, art.
1, sect. 7, censent, verba consecrationis, *Hoc est*
corpus meum, reddere hunc sensum, *Hoc, quod sub*
his accidentibus continetur, est corpus meum. Nec dis-
simili ratione explicant verba, *Hic est sanguis meus*,
vel cum textu Græco, *Hoc est sanguis meus.* Ald.,
Rom., *jam veris*; plerique, *nam veris*, vel *nam ver-*
bis; variant enim mss., et editi. Sed melius est
veris.

455. Reg., Ott., Rom., *Posthæc*; vel *Post hæc*,
quod Aldus edidit. Alii, *Posthac.*

456. Rom., *munera*; lege, *munere.*

D

NOTÆ.

456. Matthæus ait: *Usque in diem illum, etc.*, Sicut, l.
v. 522: *Vera loquor, Donec cœli, terræque, marisque*
— *Ineritus veniat, etc.* Hoc est, nunquam.

457. *Rursus surgebe*, ut supra v. 522, *consurgere*
rursus; et vers. 347, *Certe surgent in munera vitæ.*

465. *Casibus*, ruina, periculo, casibus adversis.
Petrus respondit: *Sed mea non umquam mutabit pec-*
tora casus.

466. *Genitalibus*, patriis. Hoc fere sensu Pruden-
tius hymn. 10 Cathem. v. 167, *Genitali in sede sa-*

crari; et apud Ammianum libr. xxvii, c. 5, al. 11,
Genitalis terra.

472. Horatius l. 1, sat. 5, vers. 9: *Jam nox indu-*
cere terris — Umbras, et cœlo diffundere signa para-
bat. Virgilius l. 1 Æneid. vers 93: *Ponto nox incu-*
bat atra.

475. *Audiet*: elegantissima metonymia, ait Reu-
schius, nisi malis hoc loquendi genus cum Aristotele
et Quintiliano vocare metaphoram. Similia sunt
conscia sidera, et plura hujus generis.

475 Et prius, alitibus resonent quam tecta domo-
[rum.
At Petrus : Duram mortem mihi sumere ma-
[līm.
Vox oblita suum quam deneget ista magis-
[trum.
Has vires cordis perstant promittere cuncti.
Nominis Hebræi sunt Gethsemaneia rura.
480 Illo progreditur vitæ, lucisque repertor,
Quem mox discipuli, Juda fugiente, sequuntur.
Atque illic reliquos jussit residere ministros.
Ille sed assumpto longe procedere Petro,
360 Zebedeique simul natis, per devia tendit.
485 Tunc angore gravi mæstus, sic voce profatur :
Tristitiam volvens animus mihi pectora turbat
Morte tenus; sed nunc vos segnem excludite
[somnum,

Sollicitamque simul vigilando ducite noctem.
Hæc ait, et paulum procedens, corpore terram
490 Deprimit, et tali projectus voce precatur :
Si fas est, genitor, calicis me transeat hujus
Incumbens valido nobis violentia tractu.
Sed tamen adveniat potius, quam nostra voluntas
Quæ tibi decreta est tantis sententia rebus.
495 Tunc ad discipulos repedit, sed somnus
[anhelis
Prostratos terra membris dissolverat omnes.
Tunc ait ad Petrum : Non est mihi ponere
[virtus
361 Unam pervigilem tantis sub casibus ho-
[ram ?
Sed vigilate, precor, ne vos tentatio raptos
500 Horrida præcipitet sævæ per lubrica mortis.
Spiritus iste viget, sed corpus debile labat.

LECTIONES VARIANTES.

475. Mss. cod. nostri, et editi plerique, *alitibus*. Reuchius nescio cur mavult *alitibus*, quod Badius, et Schœttingenus referunt ad aves domesticas, inter quas galli, et gallinæ. Prudentius hymn. 1 Cathem. vers. 1, *Ales dñei nuntius*, etc. Propertius lib. 1, eleg. 16, vers. 46 : *Et matutinis obstrepit alitibus*. Juvenens iterum vers. 584 : *Ales prosequitur cantu*, etc. Retinendum ergo *alitibus*.

476. Rom., *Et Petrus*; alii, *At Petrus*.

477. Ott., *audita*; sed fortasse fuit prius *oblita*, quod reliqui præferunt: nimirum vox obliviscatur, et deneget suum magistrum. Non semel Juvenens eundem accusativum verbo, et participio apposuit.

479. Reg., *Sunt Geste mania rura*. Ott., *sunt Gessamaneia rura*, sed fortasse prius scriptum fuit *Gessamaneida*. Rom., *Getzemaneyda*. Editi plerique, *Gethsemaneida*, quia, ut ait Omeisius, poetæ frequenter patronymica loco possessivorum formant. In Vulgata nomen vici hujus in monte Oliveti est *Geth-semani*, vel *Gethsemani*. In Italæ versionis mss. vel ita, vel *Getsamani*, vel *Gessamani*, vel *Gethsamani*. Legi ergo potest *Gethsemaneia*, vel, cum Ott., *Getsemaneia*, vel *Gethsemanica*. Nam *Gethsemanida* generis femineæ est.

480. Mss. nostri, *vitæ, lucisque repertor*; nonnulli editi sic; alii, *lucis, vitæque repertor*.

482. Ott., *resedere*: ex quo factum *residere*.

483. Reg., *Ipse*, quod fortasse a pr. m. fuit in Ott. Plerique, *Ille*.

484. Rom., *Zebedeoque simul noctis per devia tendit*. Lege ex Evangelio *Zebedeique simul natis*, quod reliqui codices exprimunt.

485. Codex Barthii apud Omeisium *sic ore profatur*, prout Virgilius sæpe loquitur.

486. Mss. nostri omnes *Tristitiam volvens*. Editi,

Tristitia nunc volvens, quod multis melius videbitur; sed scripturam exemplarium mss. non facile mutaverim, vel si mutare libeat, rescribam *Tristia jam volvens*, quod magis accedit ad *tristitiam*.

489. Rom., *paululum*: corrige, *paulum*. In Ott. ex *prociens* recte factum *procedens*.

490. Reg., *profatur*: melius alii, *precatur*.

491. Fabr., *calicis pertranseat*; reliqui, *calicis me transeat*.

492. Rom., *tracta*; emenda, *tractu*.

493. Reg., mendose, *Tua sed jam veniat*. Ott., *Jam tua sed veniat*. Editi, *Sed tua jam veniat*. In Rom. invenio scripturam, quæ magis probetur, *Sed tamen adveniat potius, quam nostra voluntas, — Quæ tibi decreta est tantis sententia rebus*.

495. Poelmann. pro d. s., Torn., Ald., Bas., *anhelus*; inss., cum aliis editis, *anhelis*.

496. Reg., *Prostratis*; alii, *Prostratos*. Badius *terre* adverbialiter, sicut, *humi*, vel in dativo, ut Virgilius libr. v, vers. 48, *Condidimus terræ*. Plerique, *terra*.

497. Reg., Rom., *non est mihi ponere virtus cum glossa in Reg., virtus - vobis*. Ott., cum editis, *non est tibi ponere virtus*. Priori lectione aptius exprimitur sententia Evangelii Matth. xxvi, 40 : *Sic non potuistis una hora vigilare mecum?* Ac notandum, pro *meum* a Juvenco poni *mihi* eadem significatione. In nonnullis versionibus antiquis legitur *potuistis*, sed in aliis etiam antiquis, et in Vulgata, necnon in textu græco *potuistis*.

501. Rom., *sed labat debile corpus*. Reg., Otob., Torn., Daventr., Ald., Bas., *sed corpus debile labat*. Fabric., Hadam., Poelm., *sed corpus debile lapsat*; Westh. in textu *debile labat*, ad marginem *debile lapsat*. Metri regulam magis servat *lapsat*, quam *labat*. Vide l. II, vers. 437.

NOTÆ.

475. Prudentius hymn. 1 Cath. vers 13, *Vox ista, D* *qua strepunt aves, — Stantes sub ipso culmine*. Virgilius l. VIII, vers. 456 : *Et matutini volucrum sub culmine cantus*.

476. *Sumere mortem*: vide lect. var. ad l. II, vers. 193.

479. CAPUT XIII. *Jesus secedit in villam Gethsemani, et in horto orat Patrem*. Matth. xxvi, 36; Marc. xiv, 42; Luc. xxii, 40; Joann. xviii, 1.

487. *Morte tenus*, usque ad mortem. Consule comment. ad Prudent. hymn. 10 Perist. v. 43.

492. Mutatur numerus *me*, et mox *nobis*: de qua mutatione vide not. ad Dracont. Eleg., sive Satisf. vers. 19 et 299.

493. *Adveniat, eveniat, fiat*.

495. CAPUT XIV. *Judas Jesum osculo tradit*. Matth. xxvi, 40, etc.; Marc. xiv, 43; Luc. xxii, 27; Joann. xviii, 9.

498. *Tantis sub casibus*: Virgilius l. IV, Æn. vers. 560 : *Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?*

500. *Lubricum substancium* more multi idonei auctores dicunt apud Cellarium, et lexicographos.

Secessit rursus secreti montis in arcem,
Orabatque Patrem : Rerum mitissime rector,
Hunc quoniam calicem non est transire pote-
[stas,

505 Jam tua proveniat nostra de sorte voluntas.

Rursus discipulos somni sub pondere pressos
Invenit, et rursus idem, genitore peccato,
Alloquitur fesso nexos languore quietis :

Jam dormire licet, sociosque revisere vestros.

510 Nam venit ecce, meum qui dedat ad omnia
[corpus,

362 Quæ maculata meis imponet factio mem-
[bris.

Cum dicto Judas, numero stipante catervæ,
Advenit procerum jussu, populique ferocis.

Pars strictis gladiis, pars fidens pondere clausæ B

LECTIONES VARIANTES.

501. Reg., Ottob., *potestas*; Rom., cum editis, *facultas*.

505. Mss., cum Torn., *proveniat*; Had., Poelm. in textu *præveniat*; Ald., Bas., Poelm. pro d. s., *perveniat*. Hæc discrepantia inde provenit, quod in mss. codicibus *pro*, *præ*, et *per* in nexu litterarum non dissimili modo sæpe scribuntur.

507. Reg., Ottobon., Daventr., *rursus idem*. Rom., cum plerisque editis, *isdem*, vel *iisdem*. Magis placet *idem*, nempe Christus, ut explicat glossa in Reg. Fabricius, ut puto, ex conjectura edidit, et *rursus pro idem*.

508. Ald., *fessos nexo*. In Reg., mendum, *longuore*.

510. Rom., *Jam venit*; alii, *Nam venit*. Poelm. pro d. s., *ille*; in textu, *ecce*, cum reliquis. Rom., Reg., Ottob. a sec. m., Fabr., *dedat*. Ott. a pr. m., *dedit*. Plerique editi, *tradet*. Fortasse ex mss. rescribendum est, *qui dedet*, vel *dedit* in præsentia a *dedo*. Bene etiam est *dedat* eadem significatione, ac *dedet*. Confer var. lect. ad vers. 442 h. l.

511. Ott., et a pr. m. Reg., *imponit*. Reg. a sec. m., Rom. cum editis, *imponet*.

512. Ald., *Hoc dicto*; Bas., *Quo dicto*. Mss., cum aliis editis, *Cum dicto*, quam scripturam probam esse ostendi ad l. II, v. 597, *Cum dicto*, etc., uti etiam Aldus legit eo loco. In Rom., *misero pro numero mendum* est, ac fortasse etiam *caterva* in Torn. pro *catervæ*.

515. Ald., Bas., *Advenit, et procerum*. Superflua est conjunctio *et*.

515. Reg., *sequebatur*; alii, *sequebantur*.

A 515 Signa sequebantur Judæ promissa furentis.

Oscula nam pepigit sese contingere Christi,
Quo facile ignotum caperet miserabile vulgus.

Ille ubi dissimulans blanda cum voce salutat,
Attigit et labiis justî venerabilis ora,

520 Continuo Christus : Totum complere licebit,
Huc venisse tuo quæcumque est causa paratu.

363 Injecere manum turbæ, Christumque
[prehendunt.

Tunc e discipulis unus fulgente machæra
Occurrit vatis famulo sublatus in iram,

525 Tempore et excussam rapuit vi vulneris aurem.
Olli Christus ait : Gladium tu ponito, noster :
Nam quicumque ferox confidet vindice ferro,
Hunc justî similis ferri vindicta manebit.

An ego non possim cœlestia castra vocare,

LECTIONES VARIANTES.

516. Mss., *Oscula nam pepigit sese contingere Christi*. Consentunt editi; sed Poelmann. pro d. s. affert, *Dulcia nam Christi tacturum se oscula pactus*. Reuschius exponit *pepigit*, puta conditionem, ut *pacem, societatem pangere*. *Oscula* pro ore. Addit, binas has voces male intellectas ansam mutandi dedisse. Verum in diversa scriptura Poelmanni eadem interpretatio locum habet.

518. Mss., ac multi editi, *Ille ubi dissimulans blanda cum voce salutat*. Ald., Bas., Poelm. pro d. s., *Hic ubi dixisset simulata voce salutem*, repugnante Reuschio.

519. Reg., et a pr. m. Ott., *venerabilis*. Ott. a sec. m., Rom. cum editis, *miserabilis*, nempe Judas *miserabilis*, ut ante vers. 517, *Quo facile ignotum caperet miserabile vulgus*, et de ipso Juda vers. 441, *Miserabilis ille per ævum*. Nihilominus malo *justi venerabilis*.

525. Reg. scribit *macera* : Rom., Ott., *machera*.

524. Ald., Bas., *famulo, et sublatus*; Mss. cum aliis editis, *famulo sublatus*, quod meliori sensu procedit.

525. Mss. cum multis editis, et *excussam* : Poelmann., in textu cum aliis, et *excisam*; pro d. s. *ei cæsam*.

527. Mss., *confidet* : sic multi editi, alii *confidit*. In versionibus antiquis similis varietas reperitur. Rom., ad marg., *judice pro vindice*.

528. Rom. ad marg. *Nunc pro Hunc*. Retine *Hunc*.

529. Reg., *possem*; Ott., Fabr., *possim*; Rom., *possum*, quod editi plerique præferunt.

NOTÆ.

505. *Proveniat*, succedat, fiat. Tacitus l. II Hist. cap. 16 : *Inani auxilio, etiamsi provenisset*.

507. Libr. III, vers. 85, pariter passive, *Genitore peccato*.

509. Conjungit, et explicat verba Matthæi : *Dormite jam, et requiescite . . . Surgite, eamus*.

511. Infra vers. 545 : *Quis mortem insonti possent invenire Christo*.

512. *Numero catervæ*, multitudine.

514. Pignorius de Servis pag. 420 seq. inter servos militares recenset caculas, calones, clavatores, galearios, qui fustibus, clavisque ligneis solerent armari ad custodiam dominorum, quod hoc quoque versu Juvenci confirmat.

516. *Oscula contingere, ora contingere*. Paulo post vers. 519, *Attigit et labiis justî venerabilis ora*.

520. *Totum valet omnia*. Exempla plurima dabit Wopkensis ad Sedulium l. III, v. 113, *Qui totum præstare potes*.

521. *Causa venisse*, h. e., causa veniendi : *paratu, apparatus, ut alibi*.

523. CAPUT XV. *Petrus auriculam servo abscondit*.

Matth. xxvi, 51 seq.; Marc. xiv, 47; Luc. xxii, 49; Joann. xviii, 10. Libr. I, vers. 247, simili modo: *Atque animam matris ferro fulgente machæra*.

524. *Vatis, sacerdotis*. Badius ait, *vatem* Caphiam vocari propter vaticinium : *Expedit ut unus homo moriatur pro populo. Sublatus in iram; pulchre dictum*.

525. *Tempore* : quia auriculam unam abstulit. Aliquando etiam *tempus* in singulari utrumque tempus significat.

526. *Noster* cum emphasi ponitur. Terentius, Adolph. 5, 8 : *Bonus est, noster est*.

527. *Confidit vindice ferro*. Kœnigius probat, Latine dictum *confidit* cum ablativo, *ferrum* pro gladio, et *vindex* adjective recte poni.

529. Badius notat, licenter produci *an*, quæ ex ejus opinione corripit debet. Hanc opinionem imbecillo niti fundamento, alibi ostendi. Vide var. lect. vers. 517, l. 2. *Cœlestia castra* : sic angeli in sacra pagina vocantur. Legesis not. ad Dracont. l. II, vers. 475.

- 530 Et Patris innumeras in praelia ducere turmas? A
Sed Scriptura meis complenda est debita rebus.
Vos autem stricto qui me comprehendere ferro,
364 Fustibus, et gladiis concurritis, en ego
[vobis
Occurri, templi media qui semper in arce
535 Vobiscum residens docui, nec talia quisquam
In solum tantis circum latrantibus ausus.
Discipuli passim Christo fugere relicto.
Jamque Caiphae steterat Salvator in aula:
Convenerat omnes Scribae, procerasque vocati.
540 At Petrus longe servans vestigia solus,
Occulte maestus sedit cum plebe ministra,
Extremum opperiens tanto sub turbine sinem.
Ecce sacerdotes falsos conquirere testes

- Incumbunt, fictasque volunt contexere causas,
545 365 Quis mortem insonti posset imponere
[Christo.
Sed nullus tanto visus satis esse furori.
Ultima prosiliunt testes, qui dicere Christum
Audissent, templum quod solus vertere posset,
Et versum trinis iterum instaurare diebus.
550 Ipse sacerdotum princeps urgere tacentem
Insistit fervens furis, ac talia fatur:
Cur nihil ad tantas nunc respondere querelas
Convictus veris procerum sub testibus audes?
Adjurabo tamen summi per regna Toronis,
555 Ut fateare palam, si fas te credere Christum.
Ille dehinc talj compellat voca superbum:
Isthaec sola tibi procedunt peiore verba

LECTIONES VARIANTES.

531. Poelm. pro d. s. *dedita*, in textu cum aliis *debita*. Reuschius non incongruam vocem dicit esse *dedita*, sed legendum *debita* ex Matthæo, *Quia sic oportet fieri*.

532. Ald., Bas., Torn., Fabr., Poelm. pro d. s., sic legunt, et interpungunt: *Vos autem stricto quid me comprehendere ferro, Fustibus, et gladiis concurritis? En ego vobis — Occurram, vel Occurra.* Mss. cum aliis editis: *Vos autem stricto qui me comprehendere ferro, — Fustibus et gladiis concurritis, en ego vobis — Occurram, vel Occurri.* Rom.: *Vos autem qui me stricto, etc.* Prior lectio planior, et clarior est: sed altera verior videtur.

534. Fabr., Occurro; Reg., et ex correctione, Ott., Occurri. Rom., Ott. a pr. m., cum plerisque editis, Occurram.

536. Ald. et plerique editi, *Iusquirit*. Poetra. pro d. s., Torn., *In solum*, quod a Reuschio etiam editum, dissentiente Gallandio, qui id sine auctoritate codicum factum putat. Nostri quidam codices ita omnes legunt, et in Reg. glossa est *in solum — contra me, cum essem solus.* Rom. et Ott., a pr. m., *latrantibus*, quod correctum est per *latratibus*, ut plerique legunt. Verum mihi multo magis aridet *latrantibus*, nimirum *tot circum latrantibus*, quod placebat etiam Koenigio, qui ex epist. 136 Augustini excitat, *Circumlatrantem haereticum*. Melius tamen est *circum* adverbii more accipere. Non dissimulandum tamen, *latratu* occurrere h. l. vers. 14. *Tanti pro tot multi scriptores*; Latini dixerunt, dixit etiam Juvencus hoc l. vers. 400. Multi editi habent *audax*; sed mss. cum aliis editis exhibent *ausus*, quod in nostra lectione omnino retinendum est.

538. Rom., Ott., Reg. supra, *Caipha*, vel *Caypha*. Reg., in textu, *Caipha*. Editi, *Caiphae*. Rom., Ott., cum nonnullis editis, *asiterat*. Reg. cum aliis editis, *steterat*.

539. Westhem. *Cum venire*; ad marg., *Convenerere*. Reuschius praefert *Cum venire*, quia putat, id sensum exigere. Mihi aliud visum.

538. CAPUT XVI. *In domo Caiphae condemnatur, blasphematur, caditur.* Matth. xxvi, 57 seq.; Marc. xiv, 50 seq.; Luc. xxii, 54; Joann. xviii, 24.

540. Virgilius, l. ii Aen. vers. 711; *Et longe servat vestigia conjux.*

541. *Ministra* adjectivae: vide not. ad Dracont. l. iii, vers. 642.

542. *Turbine*: Ovidius, l. vii. Met. vers. 614, *Attonitus tanto miserarum turbine rerum.* Frequens est usus hujus nominis in hac translata significatione.

544. *Incumbunt cum insultiivo*. Virgilius, l. iv Georg. vers. 249: *Incumbent generis lupi sarcina ruinas.* *Contexere*, constringere. Cicero pro Dejotaro, c. 6: *Quam festive crimen contexitur!*

B 540. Nonnulli editi parum commode distinguunt *vestigia, solus — Occulte maestus sedit, etc.*

546. Ott. nullo; a m. sec., recte, nullus. Reg., *visus superesse*, quod ita fortasse a pr. m. fuit in Ott.: *Alii visus satis esse.*

547. Reg., Ott., Torn., Ald., *Ultima prosiliunt.* Rom., mendose, *Ultimi prosiliunt.* Bas., *Ultimo prosiliunt*, quod sustinari posset, correpta ultima, ut in *postrema*. Fabr., Hadam., Poelm., et alii, ut huic difficultati occurrant, legunt *Tandem prosiliunt*. Sed depressenda non est scriptura codicum veterum *Ultima prosiliunt*, ubi ponitur *Ultima* adverbii more, ut in re simili dictum ad vers. 190 h. l. In Reg. glossa, *ultima — adverbium, postremo*. Reuschius etiam hunc graecismum recipit, sed simul notat, *ultimo et ultime* iidem recte dici. Adverbia enim in *o* et *e* antiquiores brevi mora interdum efferebant. Reg., Ott., *dicere Jesum.* Rom. cum editis, *dicere Christum.*

548. Ottob. a pr. m., Westh. in textu, *possit*: communis scriptura *possit*.

C 549. Ald., Bas., Westh. in textu, Rom. a sec. m., *ternis*. Plerique mss. et editi, *trinis*.

555. Rom., *Edicasque palam*: melius, *Ut fateare palam*: Ott., a sec. m., cum editis, *si fas te credere Christum*. Reg., *si fas est te credere Christum*, repugnante metro, quod etiam a pr. m. fuit in Ott., ut videtur. Rom., *si fas est credere Christum*.

557. Rom., Reg., Ald., Torn., *Ista haec.* Ott. et alii, *Isthaec*. Mss. et editi sic distinguunt: *Isthaec sola tibi procedunt peiore verba. — Vera tamen, etc.* Sed interpungendum censeo cum Reuschio: *Isthaec sola tibi procedunt peiore verba — Vera: tamen venit, etc.*; *vel* cum cod. Reg., *Vera tuo: venit, etc.* Sed *Vera: tamen venit* magis Evangelii verbis consentaneum est. Matth. xxvi, 64: *Dicit illi Jesus: Tu dixisti: verumtamen dico vobis, etc.* In nonnullis autem veteribus versionibus legitur, *Tu dixisti: amen dico vobis.* Verba Salvatoris, *Tu dixisti*, continent responsonem, qua concedit verum esse id, quod Pontifex D interrogabat, nimirum se esse Christum Filium Dei:

NOTÆ.

545. Confer vers. 544 h. l.

551. *Insisto pro persisto, persisto* cum infinitivo frequens est.

555. *Veris sub testibus*: explicat Reuschius: quia Christus eos falsitatis non arguebat, rogatur, num tacendo verum illorum testimonium esse fateatur.

554. Matthæus ait: *Adjuro te per Deum vivum.* Jurare autem per caelum juramentum verum est. Sic Juvencus, libr. i, vers. 574: *Nec fas est homini caelum jurare per altum, — Quod sedes Domini est.*

555. *Si fas, h. e., an fas*, more Graecorum, ut l. ii, vers. 412: *Si credunt pro an credunt, ut multi legunt.*

366 Vera : tamen veniat vobis visenda per A
[auras

Majestas prolis hominis, cum dextera sanctæ

560 Virtuti assidet sub nubibus ignicoloris.

Talibus auditis, scindit de pectore vestem,

Insultat furis, et cæco corde sacardos,

Atque ait : Audistis pugnantis sæda profani

Verba Deo : polluta malis consurgat in iras

565 Religio, et vestram cuncti jam pandite mentem.

Conclamant omnes, mortique addicere æstant.

367 Tum sanctam Christi faciem sputa im-

[proba complent,

Et palmæ malis, colaphique in vertice crebri

Insultant; verbisque omnes illudere certant.

570 Christe, prophetabis, cujus tibi palma sonarit.

At Petrum mulier tristam quod viderat intus,
Tunc etiam, juvenis, fueras comes additus, in-

[quit,

Isti, quem ludens procerum sententia damnat?

Ille negat, tactisque foras se promare tonat.

575 Ecce sed egressum primo sub luminis cernens

Altera consimili prodebat voce ministris.

Rursus ait, jurans illum se nosse negabat.

368 Tum percunctantum multi accessere se-

[quentes,

Eque sono vocis sese cognoscere dicunt,

580 Cuncta Galilæam streperent quod verba loque-

[lam.

Et Petrus jurans devotis omnia verbis

Nescire affirmat, quisquis foret ille, negando.

LECTIONES VARIANTES.

adeoque adjectivum *vera* conjungendum est cum *verba*, præsertim quia vocabulum *sola* indicat, solum id vere a Pontifice dictum fuisse.

558. Reg. et, ut videtur, Ott., a pr. m., *Vera tuo veniet vobis*. Rom., Ottob. a sec. m., cum editis, *Vera tamen veniet vobis*.

559. Reg., Ottob., Torn., Rom., *Majestas prolis hominis cum dextera sanctæ* — *Virtuti assidet sub nubibus ignicoloris*. In Rom., *proles* pro *prolis*. Poelm., pro d. s. : *Majestas prolis hominis dum dextera sanctæ* — *Virtutis sidet sub nubibus ignicoloris*. Poelm. in textu, Fabr., Madam., *Majestas, proles hominis virtutis ad ultæ* — *Cum sedeat dextram per nubes ignicolores*. Sic Ald., Daventr., Reusch., Bas., sed *hominis proles* pro *proles hominis*. Scriptura mss. exemplarium retinenda est, in qua *assidet* est futurum ab *assido*, *assidis*; et *ignicoloris* est ab *ignicolorus*, quo vocabulo usus est Juvencus h. l. vers. 155; *Dextera* non est substantive, sed adjective accipiendum, scilicet cum *majestas prolis hominis dextera assidet sanctæ virtuti*: sic enim reddit verba : *Sedentem a dextris virtutis Dei*.

565. Reg. et, a pr. m., Rom., *auditis*: cæteri *audistis*, quod magis accedit ad sententiam Evangelii, etiam in antiquis versionibus.

561. Reg., Rom., Ald., *polluta magis*: alii cum Ott. *polluta malis*.

565. Rom. *victi*: emenda *cuncti*.

568. Mss., *Et palmæ malis*. Editi, *Et palmæ in malis*.

B 570. Mss. nostri, *cujus tibi palma sonarit*. Alii editi, *cujus te palma cecidit*, quod ait Reuschius sapere glossam; qui scripturam nostram confirmat ex Ovidio Heroid. ep. 10, vers. 45: *Protinus adductis sonuerunt pectora palmis*. Frequentius sono habet sonui, sed habet etiam sonavi.

571. Mss. nostri, *Ad Petrum*. Editi, *At Petrum*. Rom., *viderit*: alii, *viderat*.

572. Rom., Reg., et, a pr. m., Ott., *Tunc etiam juvenis*, quod intelligo sine interrogatione, ut in Evangelio: *Et tu cum Jesu Galilæo eras*. Ott., a sec. m. cum editis, *Tunc etiam*, etc. cum interrogationis nota.

573. In Helust., *laudens*, ex quo Reuschius suspicatur *gaudens*. Sive hoc, sive *ludens* opponitur Petro tristi.

576. Rom., *Altera tum simili*: alii, *Altera consimili*.

577. Mss., *Rursus ait, jurans*. Sic plures editi: nonnulli, *Rursus perjurus* cum Torn., Poelm. pro d. s. Mss. nostri, *negabat*: editi alii sic; alii, *negavit*.

578. Rom., *Tum percunctantum*; Reg., Ald., *Tum percontantum*; Ott., *Tum percontatum*. Plerique editi, *Tunc percunctatum*, vel *percontatum*, quod supinum vult Omeisius contra Badium, qui passive accipiebat. Rom., Ald., Bas., *frequentes*. Alii mss. et editi, *sequentes*.

579. Fabr., *Deque sono*: Rom., *Atqui sono*, ex quo conjicio *Atque sono*. Plerique mss. et editi, *Eque sono*.

NOTÆ.

560. Confer vers. 155 h. l.

563. *Pugnantis Deo*: h. e., repugnantis, adversantis. Poeticum est hoc sensu *pugnare* cum dativo, sed a multis usurpatum, Catullo, Virgilio, Ovidio, Statio, Silio: adeoque eleganter sic adhibetur.

561. Libr. n, vers. 697: *Polluta malis generatio querit*. Hoc l. iv, vers. 615: *Plebs incensa malo*; lib. i, vers. 535: *Nequis consurgere in iras* — *Audeat*.

568. Colaphi infliguntur manu in pugnam compressa; alape manu expansa, et in maxillam incussa. Utrumque Juvencus explicat, uti Sedulius l. v, vers. 96: *Non denique passim — Vel colaphis pulsare caput, vel cadere pulvis, — Aut spere in faciem plebs execranda quievit*.

570. *Prophetabis*: de hoc verba dixi in comment. ad Prudent. hymn. 15 Perist. vers. 101.

571. CAPUT XVII. *Petrus ter Christum abnegat*. Matth. xxvi, 69; Marc. xiv, 69; Luc. xxii, 55; Joann. xviii, 25. Juvencus probabilem rationem affert, cur ancilla cognoverit, Petrum discipulum Jesu esse, *Tristem quod viderat*. Matthæus ait: *Petrus vero sedebat foris in atrio, videlicet extra locum, in quo Christus interrogabatur, sed in atrio, adeoque intra palatium, quod ait Juvencus, Tristem quod*

viderat intus Supra, vers. 544: *Occulte mæstus sedit cum plebe ministra*.

574. Supra, vers. 594, *Tuque ipse foras te prome sepulcro*.

575. Marcus post primam negationem ait: *Et exiit foras ante atrium, et gallus cantavit*. Juvencus exponit primo sub limine. Recesserat ergo ab atrio Petrus, et in vestibulo domus iterum interrogatur. Matthæus ita narrat: *Exeunte autem illo januam, edidit cum alia ancilla, etc.*

581. *Devotis verbis*: Matthæus ait: *Cæpit detestari, et jurare*. Marcus: *Ille autem cæpit anathematizare, et jurare*. Versio Italæ Matthæi: *Tunc cepit devotare se, et jurare, quod non nosset hominem*. Idem verbum *devotare* se legitur in versione veteri Marc. Inde Juvencus sumpsit, *jurans devotis omnia verbis*; Petrus enim se diris devovebat, atque omnia mala sibi precabatur, si verum non erat, quod assererat. Proprie *devotus* est diris, et imprecationibus impetitus: quo sensu passim occurrit hoc verbum apud antiquos. Catullus, carm. 65, de nuptiis Pel. et Thet., vers. 155: *Immemor, ab devota domum perjuræ portas*. Apud Juvencum: *devotis verbis* videtur positum pro *verbis quibus Petrus se devovit*.

Hanc vocem, plausum quatiens sub culmine A
[tecti,
Ales prosequitur cantu, mentemque Simonis
585 Circumstant tristem vera præsagia Christi;
Egressum dehinc ploratus habebat amarus.
369 Sidera jam luci concedunt, et rapidus
[sol
Progreditur, radiis terras trepidantibus implens.
Jamque e concilio Christum post terga re-
[vinctum
590 Præsidis ad gremium magno clamore trahebant.
Interea celsum Dominus stans ante tribunal

Talia Pilati verbis excepit Iesus :
Tu rex Judææ gentis, quod dicitur, astas ?
Respondit Christus : Vestris hæc audio verbis.
595 370 Exin terribilis justi accusatio surgens
Infremit, et sanctum scelerum facundia pressat.
Respondere nihil trucibus dignatur Iesus.
Pilatus quærit, quæ sit tum causa tacendi.
Ille magis perstans miranda silentia servat.
600 Solemni sed forte die concedere leges
Unum damnati capitis de more jubebant.
Et fuit in vinclis famoso nomine latro,
Quem Christo infensus populus dimittere vite

LECTIONES VARIANTES.

585. Rom., *Circumstant verba tristem præsagia Christi*. Reg., a sec. mss. *Circumstant tristem vera præsagia*, sed fortasse fuit *verbis pro vera*. Ott., *tristem muneri præsagia*, diversa scriptura, vel correctio ibidem apponitur *verbis pro muneri*, quod certe ineptum est. Editi *Circumstant tristem verbis præsagia Christi*. Mælo *tristem vera præsagia*, producta ultima in *vera* tum ratione cæsurae, tum ob duas consonantes dictionis sequentis. Vel *veri pro vera*.

586. Editi plerique : *Egressusque dehinc ploratus fudit amarus*. Rom., Ottobon., Reg., a pr. m., Torn.: *Egressusque dehinc ploratus habebat amarus*. Vera quidem ratio prosodiæ vetat, corripit ultimam in *ploratus* numeri pluralis, sed apud poetas sequioris ævi nonnulla exempla similia occurrunt. Posset igitur hæc scriptura sustineri. Nihilominus præfero correctionem codicis Reg. veteri manu factam : *Egressusque dehinc ploratus habebat amarus*, cum glossa *Egressusque — Petrum*.

587. Mss. nostri, *jam luci*, sed in Reg. fortasse fuit *lucis*. Ex editis alii *jam luci*, alii *jam cæli*, ex quo aliquis conjicere poterit *jam cælo*. Sed bene est *jam luci concedunt*, quod verbum ponitur pro *cedunt*. Sabatierus, *lucis*, minus bene.

588. Mss., Ald., Bas., *trepidantibus*. Torn., Daventr., Rensch., Poelmann., et alii, *crepitantibus*. Præstat legere *trepidantibus*, videlicet *tremulis*. Nonnulli malunt *vibrantibus*. Barthius, l. viii Advers. c. 1, tuetur *crepitantibus*. Etsi enim, inquit, nemo unquam crepitantem solem audiverit, quia tamen præcellentissimus ignis est, poeta hoc jure suo illi tribuit, quod flammæ florescentis proprium est.

591. Rom., *celsus*: melius *celsum*. Reg., *stetit*: alii, *stans*. Verum si versu seq. legas *Talibus exceptum*, etc., hoc loco reponere debebis *stetit* pro *stans*. Sabatierus edidit *dominum stantem*.

592. Reg., Poelm. in textu, Fabr., Hadam., *Talibus exceptum Pilatus vocibus ursit*. Sic Torn., sed *orsit*, quod mendum videtur pro *ursit*, uti in Sabatierio *arsit*. Hunc versum planum esse confirmat Reuschius, si *exceptum* capiamus pro *auditum*. Atque ita crebrior Christi, vel Jesu denominatio devitatur. Rom., O tob., Ald., Bas., *Talia Pilati verbis excepit Iesus*. Daventr. utramque lectionem conjungit : *stans ante tribunal*. — *Talibus exceptum Pilatus vocibus ursit*, — *Talia Pilati verbis excepit Iesus*. — *Tu rex*, etc. Ita etiam Badius. Codices Reuschii nostris concinunt. Sensus est : Iesus audivit talia ex verbis Pilati.

593. Mss. nostri, Ald., Bas., Poelm., pro d. s., *quod dicitur*. Torn. ita, et distinguit *gentis* (*quod dicitur*) *astas* ? In Reg. glossa, *quod — dictum*. Alii editi, *qui dicitur*.

594. Reg., Ott., *Respondit Iesus*, quod Juvenicum non redolet : nam is trisyllabum nomen *Iesus* sæpe alias effert.

596. Mss. nostri, *scelerata facundia*, Torn. *scelerosa facundia*. Editi plerique, *mendax facundia*, quod metri legibus congruit. *Scelerata*, aut *scelerosa facundia* non facile ad prosodiæ regulas sustineri poterit. Sed cum ea lectio auctoritate codicum innitatur, libet inde colligere et *sanctum scelerum facundia pressat*, nimirum *scelerum pro sceleratorum*. Vide var. lect., ad vers. 644 h. l., et not. ad Dracont. l. ii, vers. 421 : *Inter tot scelerum turbas pius unus, et insens*. In Rom. mendum est *perstat* pro *pressat*.

598. Fabr., *quærit, quænam sit causa*. Rom. corrupte, *Pilatus quæ tum sit causa tacendi*. Ald., *quærit quæ tum sit*.

601. Fortasse, *Unum damnatum capitis*.

603. Reg., *infessus*: lege *infensus*.

NOTÆ.

583. De plausu avium vide not. ad Dracont. l. i, vers. 257. Supra, vers. 475, etiam collocatur gallus in tectis domorum. Consule cl. Franciscum Cancellierium, in erudito elegantique opere de Secretariis Basilicæ Vaticanæ, l. ii, c. 14, ubi disputat, Cur veteres Christiani turribus campanariis gallos imponebant. Montfauconius in Bibliotheca Biblioth. Mss. col. 196, inter codices mss. Bibliothecæ Vaticanæ recenset opus inscriptum : *Quare gallus solet poni super domum Domini, i. e., S. Ecclesiam*.

587. CAPUT XVIII. *Iesus ad Pilatum vinctus ducitur, coram illo accusatur, ab eo interrogatur, an esset rex Judæorum. Item Pilato dicente Judæis, solere eos tunc temporis unum ex condemnatis donare vita, utrum absolvi, Jesumne, an Barabbam vellent, conclamant Barabbam, et Crucifigatur Christus*. Matth. xvii, 1 seqq.; Marc. xv, 1; Luc. 23, 1; Joann. xviii, 28.

589. Virgilius, l. ii Æn. vers. 57: *Ecce manus juvenem interea post terga revinctum*.

590. *Ad gremium*, ad tribunal, ad Pilatum sedentem. Badius ait : ad medium complexum, vel plenam potestatem.

593. *Astas*, stas : quod verbum judiciale est. Horatius, l. i, sat. 9, vers. 38: *Inteream si — Aut valco stare, aut novi civilia jura*. Potest etiam *astas* simpliciter accipi pro *es*, ut *exstas* apud Dracontium non semel, ut ex Indice apparet.

594. *Vestris pro tuis*. Vide not. ad vers. 492 h. l.

600. Matthæus: *Per diem autem solemnem*, etc. Multi hinc colligunt, Christum ipso die paschalis Judæorum crucifixum fuisse : quorum sententiæ favet Juvenicus, ut dixi ad vers. 429 h. l. Alii a vespere feriæ sextæ, sive ejus diei, quo Salvator mortem subiit, initium paschæ ducunt. Confer hac de re dissertationem Calmeti.

602. *Famoso nomine*, infami. Matthæus: *Habebant autem tunc vinctum insignem, etc. Famosus latro, famosus prædo*, satis obvium est.

Ardebat : trucibus somno sed territa visis
 605 Pilati conjux , justi discedere pœna
 Mandatis , precibusque virum suspensa rogabat.
 Tum iudex iterum procerum disquirere men-
 [tem
 Tentat , et instanti cuperent quem solveré pœna,
 Plebis ad arbitrium mittit de lege requiri.
 610 Sed proceres populum fusa ambitione rogabant,
371 Latronem legi peterent , Christumque
 [necarent.
 At postquam procerum incendit sententia vul-
 [gus,
 Latronisque petit potius sibi cedere vitam,
 Consuluit præses populum , quid vellet Iesu.
 615. Plebs incensa malo , sævos miscere tumultus ,
 Et crucis ad pœnas iterumque , iterumque pe-
 [tebat

A Qui regis nomen cuperet , qui Cæsaris hostem
 Confessus , sese proprio damnaverit ore.
 Denique vi victus , detestatusque cruentum
 620 Officium , increpitat , se libera sanguinis hujus
 Corda tenere sibi , coramque a crimine pal-
 [mas
 Abluit , ut genti tantum macula illa maneret.
372 Hoc magis inclamant : Nos , nos cruor
 [iste sequatur,
 Et genus in nostrum scelus hoc , et culpa re-
 [dundet.
 625 Pilatus donat plebi , legique Barabbam ,
 Et crucis ad pœnam vinctum concedit Iesum.
 Proditor at Judas , postquam se talia cernit ,
 Accepto sceleris pretio , signasse furemtem ,
 Infelix ægris damnans sua gesta querelis ,
 650 Projecit templo tum detestans argentum.

LECTIONES VARIANTES.

610. Reg., Ott., Torn., *Sed proceres*. Rom. et plerique editi, *At proceres*.

611. Reg., *negarent*, quod videtur fuisse in Ott., ex quo factum *necarent* cum Rom. et editis. Favet textus Evangelii : *Jesum vero perderent*. Aliam lectionem *negarent* tueri possumus ex Act. Apost. III, 15. 14. *Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, et negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti. Vos autem sanctum et justum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis*.

615. Rom., *Latronis potiusque petit sibi*. Planius, alii, *Latronisque petit potius sibi*.

614. Rom., *Iesum* : alii, *Iesu*.

616. Reg., Ottob., Rom., *iterum, iterumque*. Sed *vir* est dubium quin legendum sit cum editis *iterumque, iterumque*, quod metri lex postulat, et ex Virgilio Juvenecus desumit. Ita etiam refert Ott., a sec. m. Bada tamen aliter in Virgilio legebat de Metr. cap. de Auctoritate : *m, ubi voluit, in fine verbi positam a supervenientis vocabuli assumptione reseravit* (Virgilius,) *ut : Iterum iterumque monebo*.

618. Torn., *damnaverat* : alii, *damnaverit*.

619. Reg., Ott., *Denique victus* : a sec. manu additum *Denique vi victus*. Torn., mendose, *Denique ut victus*.

620. Mss., *se libera sanguinis hujus*. Editi, *se libera sanguine ab hujus*. Rom., *sed*, minus bene, pro *se*. Rarum est *liber* cum genitivo, sed poetico more admitti poterit, ut *Integer vitæ, scelerisque purus*.

622. Rom., *gentis* : alii, *genti*; quod longe melius est.

625. Mss. et edini, *plebi, legique* : Fabr., mendose, *plebi lenique*. Sabatierius, nescio qua auctoritate, *plebi, solvitque*.

626. Rom., Reg. et, a pr. m., Ottob., *Victus*, et glossa, Reg., *victus— ipse a Judæis*. Ott., a sec. m., cum editis, *vinctum*. In Evangelio non exprimitur clare *vinctum*, sed tantum, *Jesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur*. Vide, num melius sit *victum concedit Iesum* : nam de Pilato jam vers. 619, dictum est *Denique vi victus*. Ceteroqui rei ipsi satis consentaneum est *vinctum* : nam vers. 589, dictum jam est, *Christum post terga revinctum*.

628. Mss. et Torn., *signasse*, et glossa in Reg., *talit — scelera*. Daventr., Hadam., *generasse*. Ald., Bas., *fecisse*. Poelm., in textu, *generasse*; pro d. s., *signasse*, quam Reuschius amplectitur, et explicat Kœnigius *Designasse*, perpetrasse. Simplex pro composito, Significat etiam *signare* indicare, ostendere; ac præterea sigillo obsignare, et translate firmare. Fortasse hæc significatio huic loco potius convenit, quia Judas id scelus contractu firmavit.

650. Poelm., Daventr., Hadam., Ald., Fabr.: *Argentum et culpans sacram projecit in ædem*. Mss. nostri : *Projecit templo tum detestans argentum*. Versus hic spondaicus est, qui in mss. Reuschii etiam exstabat, et illi aptissimus videbatur, quamvis alium ediderit. In Rom. mendum est *detestatus argentum pro detestans argentum*. In Reg. glossa *detestans — scelestum* : quo sensu legendum erit de-

[NOTÆ.

609. Nomine *legis* consuetudo intelligitur, ut v. 600. 611, 625.

610. *Fusa ambitione*, effuso studio captandi suffragia pro Barabba, et contra Christum.

612. Virgilius, l. IV Æn., vers. 177 : *Incenditque animum dictis, atque aggerat iras*. Obvium est *incendere* pro commovere, concitare vehementer. *Accendones* dicti, qui gladiatores ad pugnam excitabant. Sic restituit Salmasius apud Tertullianum, de Pallio cap. ult., ubi alii legunt *cerdones*.

620. *Increpitanus*, clamans, ut l. I, vers. 402.

622. Maneo de iis, quæ imminet, præsertim in adversis, eleganter dicitur; et sæpe cum accusativo effertur, aliquando cum dativo. *Genti* pro populo Israelitico, ut dictum ad l. II, vers. 120.

627. CAPUT XIX. *Judas pœnitentia ductus, nummos reddidit, et laqueo se de ficu suspendit, et pecunia, qua Christus venditus est, ager, in quo cadavera damnatorum sepeliuntur, emitur*. Matth. xxvii, 3 seq. Juvenecus totam hanc narrationem de Juda, restituente

triginta argenteos, postponit. Matthæus ita rem disponit : *Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato præsi. Tunc vi lens Judas, qui eum tradidit, etc. Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogavit eum præses, etc.* Plerique ergo ita concordiam ineunt, ut Judas prius retulerit triginta argenteos, quam Pilatus morte Jesum condemnaverit. Immo Lamys putat, a Caiphæ ædibus non recta ad Pilatum ductum Jesum, sed prius in templum, ubi erat sedes synedrii : quo tempore Judas pœnitentia ductus principes sacerdotum et seniores convenit, qui propterea argenteos in templo projecisse dicitur. Magis id repugnat Evangelistarum verbis, quam concordia a Juveneco inita. Matthæus enim, cum Jesum ad Pilatum ductum narrasset, antequam seriem totius passionis deinde contexeret, Judæ pœnitentiam anticipavit; quæ fortasse solum accidit, cum jam Christus morti a Pilato addictus erat, sed nondum eam siberat.

373 Exorsusque suas laqueo sibi sumere pœ- A
[nas,

Informem rapuit ficus de vertice mortem.

Inde sacerdotes, pretium quod sanguinis es-
set,

Illicitum fantes adytis jam condere templi,

635 Quod dare tum licitum, dum sanguis distrahe-
[retur,

Credebant, agrum mercati nomine vero

Sanguinis, horrendo signant scelera impia facto.

374 Hæc quondam cooperta canens vox vera
[propheta,

Eventum rerum patefecit in ordine sæcli:

640 Argenti triginta minas posuere profani,

Hoc pretium pretiosi corporis instituentes,

Quod mox ad figuli rursus transfertur agellum.

Traditus est trucibus justus, scelerisque mi-
[nistris

Militibus: scelerum ludibria corpore perfert,

645 375 Purpureamque illi tunicam, chlamydem-
[que rubentem

LECTIONES VARIANTES.

testatum argentum, ac fortasse huc pertinere scri-
ptura Rom. *detestatus argentum*. Sed bene est *de-*
testans active: nam Juvencus eundem accusativum
solet et verbo et participio applicare.

634. Rom. post hunc versum inserit alium:
Nexibus et laqueis iustas consumere pœnas, etc. — *In-*
formem, etc., qui supervicaneus est.

635. Rom., Ald., Bas., *Sed dare*. Alii, *Quod dare*.
Rom., Ald., *cum produm*. Reg., Ott., *destraheretur*.
Aptius verbum est quod habet Rom. cum editis, *dis-*
traheretur. Sic Dracontius, in eodem argumento,
l. II, vers. 540: *Sanguine distracti maculatur venditor*,
emptor.

636. Ald., Bas., *agri*: reliqui, *agrum*.

638. Reg.: *Hæc condam cooperta*. Ott., *Hæc quon-*
dam cooperta. Rom. cum editis, *Hæc quondam co-*
operta. Poelm., pro d. s., *cadens*; in textu cum ple-
risque, *canens*.

645. Ald., *Traditur injustis justus*: alii, *Traditus*
est trucibus justus. Fabr. *Traditus at trucibus*. Reus-

chius hanc esse veram lectionem censet, quia sen-
sus exigit particulam *ast vel at*, Juvenco frequentem.
Hoc loco certe superflua ea est.

644. Mss. nostri *Militibus scelerata ludibria corpore*
præbet: sed Ott., *præbent*, quod a pr. m. fortasse
fuit in Reg. Editi, *Militibus scelerata opprobria cor-*
pore præbet: sed Fabr., *Innocuas*, pro *Militibus*; idem
Fabr., Poelm., et Westh., ad marg., *perfert* pro *præ-*
bet. Constant scriptura codicum mss. *ludibria* veram
hanc esse lectionem confirmat, præsertim quia in
Ott., a pr. m. fuit *lidibria*, quod manu veteri corre-
ctum est per *ludibria*. Sed credemusne, Juvencum
primam in *ludibria* corripuisse? Equidem non ita
censeo: nam paulo post *ludibria* prima producta
vers. 651 effert. Legam igitur *Militibus, scelerum lu-*
dbria corpore perfert: nempe *sceleratorum ludibria*,
ut vers. 596 notavi. Ignoratio hujus significationis
librarios eo traxit, ut primum *scelerata* pro *scelerum*
scriberent, tum, ut metro consulerent, *opprobria* pro
ludibria intruderent.

NOTÆ.

632. Nonnulli tradiderunt Judam se ex sambuco
suspendisse, alii ex sycomoro, plerique ex ficu,
quam in valle Josaphat nostris quoque temporibus
ostendi aiunt. Juvencus auctor hujus opinionis vide-
tur, quem tamen nonnulli poetice locutum dicunt,
ut unam arboris speciem pro genere posuerit. Con-
tra Beda, de Loc. sanct. c. 4: *Portam David egre-*
diendibus fons occurrit in austrum per vallem directus,
ad cujus medietatem ab occasu Judas se suspendisse
narratur. Nam et ficus magna ibi, ac vetustissima stat,
juxta quod Juvencus ait: Informem rapuit, etc. Ex
Juvenco et Beda probat Baronius, Annal. ann. Christi
34, num. 76, majorum traditione acceptum, arborem,
in qua Judas laqueo se suspendit, fuisse ficum. Con-
firmat potiusse ficum adhuc temporibus Bedæ sus-
persitem fuisse, ex Tacito, l. XIII, Annal., in fine,
qui de ficu quæ Romuli Remique infantiam tlexerat,
simile aliquid narrat. De genere mortis Judæ vide
notata ad vers. 564 l. II Dracontii, et Theophilum
Raynaudum, tom. IX. Suspendium *informem mortem*
vocat Juvencus ex Virgilio l. XII, vers. 603: *Et nodum*
informis lethi trabe necit ab alta. Simili modo Tacitus,
l. VI Annal. c. 49: *Papinius repentinum et informem*
exitum delegit, jacto in præceps corpore. Hujusmodi
mortem *impuram* vocat Homerus, Olyss. X, 464.
Plura alia profert Mazochius, tom. I Spicil. Bibl. cap.
IX Genes. 4, qui putat, hanc gentium opinionem na-
tam ex præcepto Noë filiis, et posteris dato: *Exceptio*,
quod carnem cum sanguine non comedetis. S. Leo,
serm. 52, sive 3, de Passione, cap. 3, fortasse Ju-
vencum imitatur, ubi sic de Juda: *Informis lethi*
suspendium distulisses. Alia huc scitu digna asserri
possunt ex Casauboni Exercit. adversus Baronium.

635. Ita etiam Judæos urget S. Bruno Astensis, ad
Ma th., tom. II Oper. edit. Rom. postrema p. 129:
Dico ego: Si non licet mittere eos in corbanan, quia
pretium sanguinis est, neque licuit eos trahere de cor-
banan, ut pretium sanguinis fferent. Vulgata scribit
corbanan, textus Græcus et Italica corbanan.

636. Badius huc tradit illud Virgilio l. I Æn. vers.
371: *Mercatique solum, facti de nomine Byrsam*.

638. Fortasse Juvencus codices legerat, in quibus
prophetae nomen expressum non erat. Nunc enim
in plerisque Jeremias hic propheta nominatur. Hier-
onymus in hunc loc. Matthæi existimat, testimo-
nium desumptum ex Zacharia, non ex Jeremia. Au-
gustinus, l. VII de Consensu Evangelist. cap. 2, sic
dixerit: *Si quis autem moretur, quod hoc testimo-*
nium non invenitur in Scriptura Jeremiæ prophetae, et
ideo putat, fidei Evangelistæ aliquid derogandum, pri-
mo noverit, non omnes codices Evangeliorum habere,
quod per Jeremiam dictum sit, sed tantummodo per
prophetam. Possemus ergo dicere, his potius codicibus
esse credendum, qui Jeremiæ nomen non habent: dictum
est enim hoc per prophetam, sed Zachariam. Nihilominus
hæc defensio non placet Augustino, qui apud
Jeremiam testimonium non verbis, sed reipsa inve-
niri contendit.

640. Sacer textus habet *triginta argenteos*, nimi-
rum sicles, qui ex quorundam supputatione 72 so-
lidis et sex denariis constabant. Mina Hebræorum
valebat 60 sicles, sive argenteos, mina Attica ma-
jor 100 drachmas, minor 75 drachmas continebat.
Duæ drachmæ medium fere siculum æquabant. Ju-
vencus ergo unum monetæ genus pro alio posuit, vel
speciem pro specie, ut supra 427 seq., *ter dena ar-*
genti pondera, genus pro specie.

642. *Rursus*, quia prius fuit pretium sanguinis,
postea agri.

645 CAPUT XX. *Jesus u militibus deridetur, chla-*
mide coccinea induitur, spinis coronatur. Matth. XXVII,
27 seq.; Marc. XV, 16; Joann. XIX, seq.

645. Matthæus ait: *Chlamydem coccineam circum-*
dederunt ei; Marcus: *Et induunt eum purpura*; Joanes:
Et veste purpurea circumdederunt eum. Inter co-
lorem coccineum, et purpureum parvum discrimen
notatur: aliquando etiam coccineus propter affinita-
tem cum purpureo confunditur. Purpureus autem co-

Induerunt, splinisque caput cinxere cruentis,
Inque vicem sceptri dextram comitatur arundo.
Tum genibus nixi regem dominumque salutant
Judææ gentis : faciem lavere salivis,

650 Vertice et in sancto plagis luserè nefandis.

Hæc ubi transegit miles ludibria demens,

376 Indutum propriæ ducebant tegmine vestis,
Et crucis ad pœnam sanctum justumque tra-
[hebant;

Ecce sed egressi quemdam cepere Simonem

A 655 Cyrena genitum, lignumque afferre jubebant;
Quo dominum lucis jussis suffigere sævis
Instans urgebat sæcli immutabilis ordo.

At postquam ventum est, ubi ruris Golgotha
[nomen,

Permixtum felli vinum dant pocula Christo.

660 Ille sed in summo gustu tractata recusat;

Ut satis aniquis fieret per talia dictis,

Nec tamen insultans hominum furor omnia pos-
[set.

LECTIONES VARIANTES.

646. In Reg. videtur suis e Induerunt, ex quo nunc remanet Induunt. Torn., Bas., Rom. pariter Induunt, quod Aldus etiam ediderat, sed in Erratis correxit per Induerunt. Neque enim Induunt cum metro stare potest. Ott., Poelm. in textu, Daventr., Fabr., Hadam., Inducunt. Germanam lectionem existimo esse Induerunt, correpta tertia, ut in similibus præteritis a poetis fieri solet.

648. Rom., Ald., dominum, reg. mque salutant. Reg., Ott., Fabr., regem, dominumque. Hadam., Poelm., regem, dominumve.

649. Reg., Jude agentis, correctum Jude ægentis, fortasse ut intelligatur Judææ gentis. Rom., Reg. a sec. m., Ald., Torn., Bas., faciemque lavere : quo respicit Daventr., faciemque lavare. Ott., Reg. a pr. m., Fabr., Hadam., Poelm., faciem lavere. Id tenendum : nam in præterito lavere prima est longa. Larit, cum corripitur prima, est præsens a lavo, lavis.

652. Rom., prope; lege propriæ. Rom., Ott., Reg. a pr. m., Ald., Bas., Torn., ducebant, quod elegans est. Reg. a sec. m. cum nonnullis editis ducebat.

653. Reg. trahebat. Rom., Ott., cum plerisque editis, trahebant.

654. Poelm., cæpere; corrige, cepere.

655. Ott., Cyrenæ gentis, lignumque afferre. R. m., Cyrena genitum, etc., Reg., Cyrina genitum, etc., cum glossa ex patria. Ita Daventr. et Westhem. in textu. Fabr., Cyrene. Hadam., Poelm., Cyrenæ. Ald., Bas., Cyrena genitum : ita etiam Torn., sed pro lignumque afferre habet et lignum deferre. Reuschius, genitum lignum deferre. Verba antiquarum versionum sunt hominem Cyrenæum, ut legitur etiam in Vulgata, vel Cyrineum, vel Quirinaum, vel Cyrinaum.

656. Mss. nostri, jussis suffigere sævis, sed in Ott. prius erat figere. Editi partim sic, partim duris suf-

figere clavis cum Aldo. Barthius, Kœnlgio teste, malebat gumphis suffigere sævis. Gumphus, sive gumphus, verbum Græcum, clavum denotat.

658. Rom., At postquam perventum est; lege, At postquam ventum est. Reg. scribit Golgotha, Ott., Poelm. Golgotha, Ott. pro d. s., Rom. cum aliis B Golgotha, quæ scriptura in veteribus etiam versionibus reperitur.

659. Reg. a pr. m., Ott. a pr. m., Rom., selle vinum, quod non displicet, producta ultima in selle ratione cæsura. Editi omnes cum Reg., et Ott. a s. m. felli, quod etiam probum est.

660. Poelm. pro d. s. tractare, in textu cum aliis tractata.

662. Plerique, insultans hominum furor. Torn., hominem, pro hominum. Ald., Poelm., pro d. s., Bas., immanis plebis furor. In Rom., insultans hominum omnia; deest furor. Ald., Bas., Torn., Daventr., omnia possit. Fabr., Hadam., Poelmann., omnia posset. Rom., omnia poscet. Reg., Ottobon., omnia poscit, sed fortasse in utroque fuit omnia posset, aut poscet. Existimo trajectionem versuum hoc loco esse : quos ego ita disponerem. Ille sed in summo gustu tractata recusat. — Nec tamen insultans hominum furor omnia poscit. — Jamque cruxi fixum pendebat in arbore corpus. — Intactaque dedit tunica sub sorte per omnes — Militis unius servans possessio textum, — Ut satis antiquis fieret per talia dictis. — Et scriptum, etc. Recole verba Matthæi xxxvii, 34 et 35 : Et dederunt ei vinum cum selle mixtum. Et cum gustasse, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, dividerunt vestimenta ejus, sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem : Dividerunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Ac fortasse servato reliquo ordine versuum, quem posui, post vers. Ut satis præstiterit

[NOTÆ.

lor ex liquore pisciculi fiebat, ejusque rubor erat nigrior et intensor coccineo, qui ex grano cocci fructus, sive ex vermiculis adhærentibus conficiebatur. Interdum purpureus color coccineo superaddebatur, ut gratior esset. Ex his Evangelistæ facile conciliantur. Nonnulli existimant, Christum veste purpurea indatum fuisse, insuper chlamyde coccinea circumdatum : nam chlamys pallium militare fuit rotundum, quo milites quodammodo circumdarentur. Juvencus huic interpretationi favet. Certum est, imperatores promiscue cocco et purpura indui consuevisse. Milites vero exprobrare Jesu voluerunt, quod regnum affectasset. Ex Juvenco confirmatur versio Italæ codicis Vercellensis in Matthæo : Et induerunt eum tunicam purpuream, et chlamydem coccineam circumdederunt ei. Ita fere codex Turonensis S. Gatiani, et Origenes, ut observat Iricius in not. ad codicem Vercellensem. Accedit Sedulius l. v, vers. 464 : Cumque datus savis ad pœnam sanctus abiret — Militibus, vilem rubri sub tegmine cocci — Vestitur chlamydem, species et cuncta cruentæ — Mortis imago foret. Ubi alii legunt conjunctim subtegmine.

647. Ambrosius l. x in Luc., Arundo quoque vel

secundum Matthæum comprehenditur manu ejus, vel secundum Marcum caput ejus percussit. Utrumque scilicet fiebat, et utrumque a Juvenco exprimitur : addit enim postea, Vertice et in sancto plagis luserè nefandis.

651. CAPUT XXI. Jesus a Pilato judicatur, ad crucifigendum dicitur. Simon Cyrenæus lignum crucis ferre jubetur, Jesus item selle, et aceto potatur : in medio duorum latronum cruci affigitur; super ejus vestem sors mittitur : blasphematur. Sol obscuratur, terra concutitur. Hinc Domini clamor ad Patrem, et mors ejus, et alia, quæ in morte ejus contigerunt. Matth. xxvii, 31 seqq.; Marc. xv, 20; Luc. xxiii, 26; Joann. xix, 46.

657. Urge cum infinitivo : vide not. ad vers. 446 l. iii Dracontii.

658. Tertullianus in Golgotha mediam produxit : melius Juvencus, Cyprianus, et alii corripunt.

660. Tractata, contractata, tacta. Horatius l. ii, ep. 4, vers. 255 : Tractata notam, labemque remittunt — Aframenta.

662. Accipe interpretationem S. hættgenii : Christus ideo gustavit acetum, primo ut impleretur scri-

- 377** Jamque cruci fixum pendebat in arbore A
[corpus,
Intactæque dedit tunicæ sub sorte per omnes
665 Militis unius servans possessio textum.
Et scriptum causæ titulum, meritique loca-
[runt,
Quod rex Judææ plebis, gentisque fuisset.
378 Accidit, ut pœnæ pariter consortia fer-
[rent
Latrones hinc inde duo : sed cæca furentis
670 Insultat plebis fixo vesania Christo :
Hic est, qui templum poterat dissolvere solus,
Hic est, qui trino lucis reparare meatu.
Sed nunc descendat soboles veneranda To-
[nantis,
Et crucis e pœna corpusque, animamque re-
[solvat.
675 Hæc vulgi proceres vecordis dicta sequuntur;
Atque Pharisæi, Scribæque, et factio demens
Illudunt, motuque caput, linguasque loquelis
Insanis quatiunt æternæ ad vincula pœnæ.
Nonne alios quondam trucibus servare solebat
680 Morborum vinclis ? proh ! sese solvere pœnis
Non valet. En regem nostræ quem credere gentis
Debuimus : solvat ligni de robore corpus,
Tunc sanctis digne poterimus credere signis.
379 Confidit genitore Deo : dimittere pœna
685 Cur propriam non vult sobolem veneranda po-
[testas?
Nec minus increpitant dextra, lævaque gementes

LECTIONES VARIANTES.

- legere : *Nec tamen insultans hominum furor omnia B*
poscit, aut posset : quia scilicet intactam tunicam re-
liquerunt, sortem super eam mittentes.
663. Poelm., pro d. s., Torn., *Cruci affixum.*
Plerique mss. et editi, *crucifixum*, sed separandæ
sunt dictiones *cruci fixum*, ut postrema in *cruci* pro-
ducatur, quæ in compositione *crucifixum* corripienda
esset ex regulis prosodiæ.
664. Poelm., in textu, Daventr., Ald. et alii, *In-*
tactamque dedit tunicam. Mss. nostri, et Poelm., pro
d. s., *Intactæque dedit tunicæ.* Sensus nostræ lectio-
nis est : Sub sorte per omnes, seu missa sorte pro
omnibus, possessio, quæ uni scilicet militi contigit,
dedit intactæ tunicæ textum, videlicet conservavit
tunicæ suum textum. Ita enim factum est, ut non
divideretur. Reuschius priorem scripturam præfert
hac explicatione : Ut miles unicus textum integrum
possideret, hinc factum est, ut possessio affectata a
pluribus, quæ tamen uni solum cedere debbat, ac
poterat, daret, seu mitteret intactam tunicam sub
sorte per omnes, hoc est, æquale jus unicuique tri-
buebat.
667. Plerique, *plebis. gentisque.* Reuschius, *gentis,*
plebisque, ut cum regem Judææ gentis dixisset, ex
mente impiorum Judæorum veluti corrigeret, non
gentis rex fuit, sed *plebis.* Id Juvenco in mentem ven-
nisse non credo.
668. Reg., Ott., *pœnæ pariter.* Rom. *pariter pœnæ.*
Editi etiam sic variant.
669. Rom., *duos* : corrige *duo.*
672. Mss., *trino* : sic editi plures ; Ald. et alii, *terno.*
- 675.** Reg., *sobolis venerando* : Rom., *soboles vene-*
randa, Ott. cum editis *proles veneranda.*
676. Ott. : *At Pharisei, Scribæque simul, et factio*
demens. Carteri, ut editum est.
678. Hadam., Poelmann., *æterna.* Mss. cum ple-
risque editis, *æternæ*, et glossa in Reg., *æternæ —*
quare hoc ? Obscurus sane locus est. Fortasse innuit
Juvencus, id a Phariseis factum, ut auferent pœ-
nam. Aldus distinguit *Insanis quatiunt, æterna ad vin-*
cula pœnæ — Nonne alios quondam trucibus servare
solebat — Morborum vinclis ?
680. Ald., Poelm., Hadam. : *Morborum vinclis ?*
sese cur solvere vinclis. Ita Rom., Fabr., sed *solvere*
pœnis. Ott. : *Morborum vinclis ? proprias cur vincere*
pœnas, et prius fuit *cor pro cur.* Reg. : *Morborum*
vinclis ? pro sese solvere pœnis, et videtur fuisse *pœ-*
nas. Intelligo, *pro esse proh !*
681. Torn., et regem : lege *en regem.*
682. Reg., Ottob., Daventr., Torn., Ald., Bas.,
Debuimus. Rom. cum nonnullis editis, *Debemus.*
685. Mss. cum Torn., *poterimus credere signis.*
Poelm., Fabr., Hadam., *poterimus credere ve bis.*
Ald., Bas., Daventr., *valeamus credere verbis,* quod
etiam in Rotomagensi reperiri testatur Fabricius in
Comment., verbo *Poterimus penultima longa.* Pro
verbis melius est signis : ita enim Judæi dicebant
Matth. xxvii, 42 : *Si rex Israel est, descendat nunc de*
cruce, et credimus ei.
685. Ald., *Cur non vult propriam.*
686. Rom., *dextera* : emenda *dextra.*

NOTÆ.

ptura : deinde primis tantum labris degustavit, ne omnia faceret, que furori plebis satisfacerent : de quo tamen meum iudicium suspendo.

665. *Textum*, substantive pro panno, veste texta passim occurrit apud poetas. Joannes ait : *Erant autem tunica inconsultis desuper contexta per totum ; scilicet simili fere opere, quo nunc sunt tibialia acu texta.* Videri potest Braunius, libr. I, cap. 16, de Vest. sacerdot. Hebræor., n. 14.

666. Matthæus sic habet : *Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam.* Titulus et causa hac in re promiscue usurpantur. Confer disputationem Hankii de titulo crucis, et dissertationem Sam. Reyheri de crucifixi Jesu titulis, et de hora crucifixionis.

674. *Resolvat, solvat, liberet.* Hac enim significa-
tione gaudet verbum *resolvo.*

682. *Ligni de robore* : vide not. ad l. I, vers. 478.

684. *Confidit genitore Deo*, ut h. libr. vers. 527 : *Confidit vindice ferro*, cum ablativo : cujus constructionis multa sunt exempla.

686. Glossa Reg., *Increpitant — increpant, vel ingeminant.* Matthæus et Marcus aperte affirmant, latrones, qui simul crucifixi erant, Jesu impropere-
rasse. Nonnulli interpretantur, eos neglexisse indicare hanc circumstantiam, quod unus tantum blasphemaverit, quam Lucas non omisit. Sed hoc pacto concordia recte inter evangelistas non inicitur. Si enim unus tantum blasphemavit, falsum est, quod duo blasphemaverint. Aiunt ergo alii, Matthæum et Marcum pluralem pro singulari posuisse more Hebræorum, qui ita aliquando loquuntur. Juvencus utrumque latronem vere blasphemasse credidit, cum dicat *dextra, lævaque.* Et id simile vero est, initio utrumque blasphemasse : sed postea cum unus blasphemare pergeret, alterum divino lumine illustratum veritatem agnovisse, quod tenet Badius. Maldonatus hanc opinionem tribuit Juvenco, Origeni, Athanasio, Euthymio, Theophilacto, Hilario, Chrysostomo quam etiam probabilem censuerunt Ambrosius, Hieronymus, Beda.

- Affixi crucibus scelerum pro sorte latrones. Jam medium cursus lucis conscenderat orbem, Cum subito ex oculis fugit, furvisque tenebris
 690 Induitur, trepidumque diem sol nocte recondit. Ast ubi turbatus nonam conscenderat horam, Consternata suo redierunt lumina mundo. Et Christus magna Genitorem voce vocabat Hebrææ in morem linguæ : sed nescia plebes
 695 **380** Eliam vocitare putat. Tum concitus unus Cugebat spongo turpi, calamoque revincto Impressum labiis acidum potare saporem. Cætera turba furens tali cum voce cachinnat. Spectemus pariter, cælo ne forte remissus
 700 Elias veniat, celsa qui in sede quiescit. Liberet et miserum confixum stipite regem. Tum clamor Domini magno conamine missus
- A Æthereis animam commitem comiscuit auris, Scinduntur pariter sancti velamina templi,
 705 **381** Carbasaque in geminas partes disrupta [dehiscunt, Et tremebunda omni concussa est pondere tel- [lus, Dissiliuntque suo ruptæ de corpore cautes. Tum veterum monumenta virum patuere re- [pulsis Objicibus, justæque animæ per membra re- [versæ,
- 710 Et visum passæ populi per mœnia latæ Erravere urbis : sic terrent omnia mundum. Militibus primis quatiantur corda pavore, Dedita qui sævæ servabant corpora pœnæ, Et sobolem dixere Dei, Christumque fatentur.

LECTIONES VARIANTES.

688. Ald. ediderat cum aliis, *cursus lucis*, in Erratis emendavit *cursu lucis* : scilicet sol conscenderat *cursu lucis* medium orbem, etc. Westhem., in textu, *conscenderat*, quod mss. et editi præferunt; ad m. r. g., *transieverat*.
 689. Daventr., *Cum subito fugeret oculis*. Bas., *Cum subita fugeret oculis* : ita Aldus edidit, sed in Erratis rescripsit : *Cum subito aufugit oculis*. Reg., Ott., Rom. *Cum subito ex oculis fugit*. Editi plerique : *Cum subito fugit ex oculis*. Scriptura nostrorum codicum proba est, quamvis *fugit* sit in præterito.
 691. Reg., Ott., *conscenderat* : sic Aldus et nonnulli editi. Poelm. cum aliis, *transieverat*, quo respicit mendum in Rom. *transierat*.
 693. Rom., Bas., Ald., At : alii, *Et*.
 694. Rom., *sed nesciæ plebes — Eliam vocitare putant* : corrige *sed nescia plebes... putat*. Error etiam in Torn. *plebs pro plebes*. Probe enim *plebes* dicitur in nominativo singulari etiam ab optimis latinitatis auctoribus, Cicero, Sallustio, Hirtio, Livio, Plædro, Lucano, Floro, Statio, Plinio, Claudiano, et aliis. Nominativus singularis *plebis* legitur etiam in veteribus inscriptionibus. Vide num. 51 Prolegom., ubi ex Reuschio narravi, in quodam ms. codice imperie scriptum esse *turba*, aut aliquam vocem similem pro *plebes*.
 696. In Ott., ex *spongo* factum est *spungo*, uti etiam legebatur in codice Barthii. Facile enim litteræ *n* et *o* inter se permutantur. Communior scriptura est *spongo*. Græcè ita dicitur *σπύγγος*, sed Latine vocari solet *spongia*. Nec difficile credam a Juvenco scriptum *spongia*, duabus postremis per synæresin contractis : hoc enim vocabulo *spongia* Vulgata et Itala utuntur.
 697. Rom., *portare* : corrige *potare*.
 692. *Consternata*, perturbata, confusa. Ovidius, l. II Met., vers. 314, de solis equis eadem voce utitur.
 694. *Plebes* : nonnulli putant, hos fuisse milites D Romanos, qui linguam Hebræam nesciebant.
 698. *Cachinno* et *cachinnor* est immoderate rideo. Hic sumitur pro irridere. Apuleius, l. III Met., simili sententia, *Exitium meum cachinnat*.
 699. *Ne pro num* poni observat Kœnigius. Mathæus habet : *Sine, videamus, an veniat Elias*, etc.
 703. Anima comes auris æthereis dicitur, quia est spiritualis, et nulli rei a nobis melius comparari potest, quam auris, quæ etiam spiritus dicuntur. Confer Prolegom. ad Prudent. cap. 15.
 704. Duo erant vela in templo : aliud quo sanctuarium, sive sancta sanctorum a sancto dividebantur; aliud quod in foribus ipsis sancti dependebat. Evangelistæ solum dicunt, velum templi scissum
- B 700. Ald., *qui sede*.
 701. Rom., *e miserum*; Ott., *et miserum*, pro *et misero* in aliis. Ald., Poelm., pro d. s. *crucifixum* : alii cum mss., *confixum*.
 703. Ald., in textu, *Æthereis*; in Erratis, *Æthereis*. Utrolibet modo scribi potest. Plerique editi cum mss. nostris *Æthereis*. Rom., *Æthericisque*, ubi supervacanea est conjunctio *que*.
 704. Rom., *Finduntur* pro *Scinduntur*, quod verius est.
 705. Reg., *derupta*. Rom., Ott., *disrupta* : editi partim sic, partim *dirupta*; sic Terullianus, contra Jud. c. 43: *Et monumenta dirupta sunt*.
 706. Rom., *excussa* : lege *concussa*, nisi malis legere *omnis excussa est pondere tellus*.
 708. Mss. cum plerisque editis, *monumenta* : nonnulli editi *monimenta*.
 709. Mss., *justæque animæ* : ita etiam Ald., Bas. et Reuschius, quod placebat Gallandio, quamvis cum plerisque editis ipse ediderit *vivæque animæ*. Uti legamus *justæque animæ*, favet Evangelium : *Et multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt... et apparuerunt multis*.
 710. Rom., mendose : *Et jussu pasce populi*. Barthius, in not. ad Paulinum Petrocorium p. 187. adjunctus codice suo corrigebat : *Et visæ passim populo*, quod Schœttgenius optimum putabat. Reuschius retinuit *Et visum passæ populi* : sic Latini dicunt *patis contactum*. Mss. nostri, *latæ*, sed Ott., pro d. s., *lata*. Ex editis alii *latæ*, alii *late*.
 711. Vide num recta sit conjectura *sic terrent omina mundum*.
 714. Rom., *dextre Dei* : corrigendum est *dixere Dei*.

NOTÆ.

- fuisse, quod plerique non de velo ante intimum adytum oppanso, sed de velo exteriori exponunt. Juvencus poetice, ut puto, velamina in plurali posuit pro *velamen*.
 705. Barthius, l. xxx Advers. cap. 10; observat, poetis *carbasi* quodvis velum notare, aut quamvis texturam tenuem. *Carbasus*, et in plurali *Carbasa*, est genus lini tenuissimi, quod primum in Hispania Tarraconensi repertum docet Plinius l. XIX, c. 4. Hinc pro veste et velo e lino tenui sumi solet. Telam Baptistæ, *Toile batiste* Gallicæ, Latine *carbasum* recte appellari ait Harduinus ad cit. loc. Plinii.
 707. *Suo de corpore*, a monte ipso divisæ cautes dissiliunt, vel de integro monte rumpuntur, et dissiliunt. Petronius Arbiter, carm. de bello civil. : *Rupta tonabant — Verticibus lapsis montis iuga*.

- 715 E speculis matres miracula tanta tuentur A 750 Nulla sed immitis procerum furor otia servat.
382 Omnes, obsequium Christo quæ ferre so-
 [lebant.
 Jam decedenti vesper succedere soli
 Cœperat, et procerum solum tum justior audet
 Corpus ad extremum munus deprecere Christi.
- 720 Hic ab Arimathia nomen gestabat Ioseph,
 Qui quondam verbis aures præstabat Iesu.
 Pilatum tunc iste rogat, sibi cedere membra,
 Queis nuper tulerat vitam vis horrida pœnæ.
 Concessit præses, et corpus fulgida lino
- 725 Texta tegunt, saxique novo componitur antro.
 Limen concludunt immensa volumina petræ,
 E speculis servant matres, et cuncta tuentur.
 Jamque dies rutilo complebat lumine terras,
383 Otia qui semper prisca de lege jubebat : B
 Et limen signis, et saxum milite servant.

LECTIONES VARIANTES.

715. Rom., *Et speculis*, pro *E speculis*.
 717. Rom., *Jamque decedenti*, Reg., Ott., *Jamque decedenti* : neutrum metro congruit. Ott., a s. m., Poelm., pro d. s., *Jam decedenti* : alii editi, *Jamque recedenti*.
 720. Torn., *ab Arimathea* : alii, *ab Arimathia* : Aldus vero scribit *Abarimathia*. Vulgata habet *Arimathæa* : versiones veteres aliæ, *Arimathia* ; aliæ, *Arimathæa*.
 721. Mss. cum Torn., *præbebat Iesu*. In Ott., a pr. m., sult *præbeat*, quod neque sensus, neque metri ratio a Juvenco usurpata ferre potest. Plerique editi, *præstabat Iesu*.
 724. Ott., *præses*, et *corpus*, quod placet, correpta scilicet postrema in *præses* ratione cœsuræ. Reg., Rom. cum editis, *præses*, *sed*.
 726. Ald., Bas., *Concludunt limen*. Alii editi cum mss. *Limen concludunt*.
 753. Ald., Torn., et Bas., Græco scribunt *πλαῖος* : sed minime id necesse est : Scribitur enim *planus* litteris Latinis a Cicerone, Gellio, Petronio, Horatio, Plinio, Capitolino, Arnobio. Neque oportuit, verba a Sabatierio ita trajici : *Nunc meminisse decet, planus quoniam ille solebat* : nam *planus* pro nebulatione, sycophanta primam habet brevem. Horatius, l. i, epist. 17 : *Nec semel irrisus trivitis atollere curat* — *Fracto crure planum*. S. Augustinus, serm. 44, tom. V, col. 217, in hac ipsa re eodem vocabulo usus est : *Domine, audivimus, quia ille planus, id est, ille impostor, dixit discipulis suis, quia resurrecturus erit occisus*. Cum autem a Græco sermone hoc
- vocabulum apte sumatur, non video cur Fabricius in Comment. ad hunc versum verbo *planus* asserat, a Plani cujusdam protervia id vocabulum sumptum. Sclo, nonneminem ita olim existimasse. Sed rationem desidero, non auctoritatem.
 755. Reuschius monet, legendum *lumina vitæ*, non *limina* : tenebræ enim, et lumen hic clare opponuntur. In aliis pariter *lumina* invenio. Iterum vers. 757, *lumina vitæ* ; et vers. 762, *luminis oras*.
 756. Reg., Rom., Daventr., Ald., Bas., *Cum trino solis*. Ottob., *Cum solis trino*. Alii editi, *Cum trino solis*.
 757. Rom., *Sed protinus* : corrige *Sed petimus*.
 759. Reg., *repleus* : quod fortasse sult etiam in Ott., ubi nunc est *repleus* cum Rom. et editis. Hæc vera est lectio : *Et erit novissimus error pejor priore*.
 741. Mss. nostri cum Daventr., Ald., Bas., *Servare, ut vultis*. Poelm., Had., Fabr., Torn., *Servate, ut vultis* : quod præfero. Sic enim Evangelium : *Ait illis Pilatus : Habetis custodiam, ite, custodite, sicut scitis* : et in antiquis versionibus, *Habetis custodes, Habetis milites*. Quod autem Juvenco ait : *Servate, ut vultis*, non autem, *Servate, ut scitis*, quod etiam, stante metro, poterat, id ita ab eo factum, ut rem ipsam explicaret. S. Augustinus serm. 44, tom. V : *Ait illis Pilatus : Habetis milites, ite, custodite, sicut vultis*.
 742. In Reg., et Ott., a pr. m., videtur fuisse *saxisque* : nunc est *saxique*, ut in Rom. et editis.
 745. Rom., *limate* : emenda *milite*.

NOTÆ.

715. CAPUT XXII. *Corpus Domini in sepulcro conditur*. Matth. xxvii, 57 seqq. ; Marc. xv, 42 ; Luc. xxiii, 50 ; Joann. xix, 38. *Specula est lucus editus, ex quo aliquid prospicimus*. Venuste eadem sententia repetitur vers. 727. *E speculis servant matres, et cuncta tuentur*. Matres dici solebant quævis feminae seniores : cratque id honoris vocabulum. Apud Plantum, Rud. 1, 5, mulieres Ampelias et Palaestra sic sacerdotem feminam salutant : *Jubemus, te salvere, mater*. Sacerdos respondet : *Salvete, puella* ; idem accidebat in nomine patris. Utrumque nomen inter Christianos honoris causa religiosis viris feminisque defertur.
 717. *Vesper, hesperus, vespereus* ; vide not. ad l. iii, vers. 569.
 718. *Justior pro justissimus* : confer comment. ad Prudent. hymn. 12 Cath. vers. 77.
 719. *Extremum munus*, ut l. ii, vers. 20 : *Ultima defuncto debentur munera patri*.
 725. *Vis horrida pœnæ* : dictum de hac phrasi l. i, vers. 420.
 724. Ulpianus, l. i, D., de cadaveribus punitor. : *Eorum, in quos animadvertitur, corpora non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum et permissum*.
 725. *Componitur* : vide not. ad vers. 378 hujus libri.
 726. Fortasse, *volumina petrae* dicit, ut postea, vers. 742 : *Saxique ingentia pondera volvunt*. Arator, l. i, vers. 573, pro nocte : *Angelus adveniens tenebrosa volumina noctis* — *Reppulit, et subito micuerunt astra sereno*. In duobus mss. invenio *astra* pro *astra*.
 728. CAPUT XXIII. *Sepulcrum ab armatis militibus custoditur*. Matth. xxvii, 62.
 752. *Erroris laqueos*, ut l. iii, vers. 12.
 756. *Remeare*, h. e., remeatum esse ; tempus pro tempore, ut alibi explicatum.
 759. *Consurgat, surgat*. Sic dicitur *discordia surgit, rumor surgit, dolor surgit, sententia animo surgit, iræ surgunt alicui*.
 743. Mathæus ait : *Signantes lapidem*.

Sidera jam noctis venturo cedere soli
 745 Incipiunt, tumuli matres tum visere septum
 Concurrunt: motus sed terram protinus omnem
 Concutit, et cælo lapsus descendit aperto
 Nuntius, et saxum tumuli de limine volvit:
 Illius et facies splendet, ceu fulguris ignis,
 750 Et nivis ad speciem lucent velamina vestis.
 Militibus terror sensum discluserat omnem,
 Et jacuere simul, ceu fusa cadavera letho.
 Ille sed ad matres tali cum voce profatur:
 Vestra pavor nullus quatiens nunc corda fatiget,
 755 Nam manifesta fides, sanctum vos querere
 [corpus,
 Quod crucis in ligno scelerata insania fixit.
 385 Surrexit Christus, æternaque lumina vitæ
 Corpore cum sancto, devicta morte, recepit.
 Visere jam vobis licitum est, quod sede se-
 [pulcri
 760 Nulla isthic jaceant, fuerant quæ condita mem-
 [bra.
 Dicite præterea celeri, properoque recurso
 Discipulis, Christum remeasse in luminis oraa,
 Inque Galilæam lætom præcedere terram.

A His dictis, visisque animos perfuderat ardens
 765 Lætitia attonitis stupor, ancipitiq[ue] pavore.
 Denique præcipiti celerantes gaudia cursu
 Talia discipulis referunt, tumulumque relin-
 [quunt.
 Ecce iteris medio clarus se ostendit Iesus,
 Et fidas matres blande salvere jubebat.
 770 Occurrunt illæ, et genibus, plantisque prehens-
 [is,
 386 Victorem lethi pavidæ venerantur Iesum.
 Talibus ille dehinc præceptis pectora firmat:
 Mentibus absistat fidei pavor omnis, et ista
 Fratribus hæc nostris prope mandata referte.
 775 Nostri conspectus si cura est, ite volentes,
 Inque Galilæam prope transcurrite terram.
 Interea tumuli custodum exterrita corda
 Mittunt e numero partem, quæ tanta referret
 Judæis rerum miracula: sed manus amens,
 780 Jam semel insano penitus devota furori,
 Præmia militibus certatim magna rependit,
 Et famam argento redimit, quod limina rupto
 Furtim sustulerit corpus, defensa tenebris,
 Occulte rapiens audacia discipulorum.

LECTIONES VARIANTES.

744. Rom., mendose, qui pro jam. Heinsius, Exercit. sacr. cap. 10, ad Marc. xvi, 2, sic allegat hunc versum: *Sidera jam noctis vicino cedere sole. Sed venturo rectum est.*

745. Sabatierius *tumulo*, pro d. s., *tumuli*, quod reliqui exhibent. In Reg. deest *matres*. Rom., *septem*: lege *septum*.

751. Hic est postremus versus in Rom., et illico additur, *Explicit Juvencus*. Fortasse librarius in codicem antiquiorem incidit, cui folium aliquod deerat, et existimavit nihil deesse.

752. Reg., *fosa*: lege *iusa*.

758. Ald., *sancta*: corrige *sancto*.

760. Parisina apud Omelium, minus recte, legit *isthic* pro *isthic*.

764. Torn., *persuaderat*: lege cum reliquis *perfuderat*.

765. Reg., Ott.: *Lætitia attonitis stupor, ancipitiq[ue] pavore*; et glossa Reg.: *Lætitia ardens animos attonitis feminis perfudit, et stupor animos earundem perfudit ancipiti pavore*. Ott., a s. m. Torn.: *Lætitia attonitis stupor ancipitiq[ue] pavore*, nimirum animos attonitos lætitia, stuporque perfudit ancipiti pavore. Daventr., Ald.: *Lætitia attonitis, stupido, ancipitiq[ue] pavore*. Fabr., Had., Poelm.: *Lætitia, attonitos stupido, ancipitiq[ue] favore*, quod Reuschius arripuit, explicans *favore*, i. e., voce gratiam, bonaque omnia annuntiante. Explicat Juvencus verba Evangelii *Cum timore et gaudio magno*. Igitur lætitia et pavor potius quam favor, commemoranda sunt. Quod si ex mss.

stupor retinendum est, ita distinguam: His dictis, visisque animos perfuderat ardens — Lætitia attonitis stupor, ancipitiq[ue] pavore, videlicet stupor ardens perfudit animos lætitia, ancipitiq[ue] pavore attonitos. Vel attonitis hoc sensu, stupor feminis attonitis lætitia, ancipitiq[ue] pavore perfuderat animos. Pro ardens stupor mallet ingens stupor, aut aliquid simile.

766. Mss. nostri cum Torn., Ald., Bas., *celerantes*: Fabr., Poelm., Had., *celebrantes*.

768. Mss. *iteris medio*: editi vel *iteris*, vel *vitæ*.

769. Reg., *salvare*: lege *salvere*.

770. Reg., *illæ, genibus*, sine et.

771. Ald., *pavide*: alii *pavidæ*.

773. Fabr., *et isthæc*: alii, *et ista*.

774. Alii, *hinc*: alii *hæc*. Dividit Juvencus *isthæc* in *ista hæc*, ut alibi. *Hinc* nullius usus est. Ald., Bas., *referte*: alii editi cum mss. probe, *referte*.

775. Mss. cum plerisque editis: *Nostri conspectus si cura est*. Fabr., Had., Poelmann., in textu: *Noster conspectus si curæ est*. Conjiunt aliqui *ite volantes*: sed *volentes* elegantius est. Aliter visum Reuschio, qui hanc Schœtgenii conjecturam amplexus est. Multa profert Schœtgenius, quibus probet, *volare* sumi pro *celeriter ire*, et inde corrigi etiam in Statio, Theb. iv, 692, et Josepho Icano, v, 91, eandem phrasin: *Ite volantes*, pro *Ite volentes*.

776. Ald., Bas., *discurrite*: alii *transcurrite* cum mss., sed in Reg., mendose, *transcurrit*.

782. Ottob., *redimet*: emendatum per *redimit*.

NOTÆ.

744. CAPUT XXIV. *Christus tertia die resurgit a mortuis*. Matth. xxviii, 1 seqq.; Marc. xvi, 1; Luc. xxiv, 4; Joann. xx, 1.

745. *Tumuli septum*: solebant enim ita fieri tumuli, ut septo concluderentur. Maldonatus, ad e. viii Matth., ex forma veterum sepulcrorum ostendit, ea fuisse aut in rupibus excisa, aut lapideo, seu lateritio opere camerata, quales nunc sunt cellæ vinariæ: ex quo colligitur, facile in sepulcris dæmoniacos habitare potuisse.

751. *Discluserat*: occurrit hoc ipsum verbum l. iii, vers. 162.

753. *Profatur ad matres*: sic Cicero de Univ. c.

11: *Tum ad eos is Deus, qui omnia genuit fatur*. 759. *Sede sepulcri*; ut vers. 371 h. l., *tumuli sedem*.

767. Prius posterius; prius enim reliquerunt feminæ tumulum, tum visa discipulis retulerunt.

777. CAPUT XXV. *Custodes pecunia corrumpuntur, ut resurrectionem celent*. Matth. xxviii, 11 seqq. *Corda custodum*: h. e., custodes, ut l. iii, vers. 153: *Scribarum pectora*.

780. *Devota*: Virgilius, l. i Æn. vers. 716: *Pesti devota futuræ*.

783. *Defensa tenebris*: Dracontius, l. iii, vers. 276, *munita tenebris*.

- 785 **Jamque Galilæos conscenderat anxia montes**
Mandatis Christi concurrans turba suorum :
387 Cernitur ecce suis proles veneranda To-
 [nantis.
 Illum procumbens sanctus chorus omnis ado-
 [rat,
 Nec tamen in cunctis pariter fundata manebat
 790 Pectoribus virtus : nam pars dubitabat eorum.
 Tum sic discipulos clarus compellat Iesus :
 In cælo , et terris Genitor mihi cuncta subegit,
 Me pater est vobis dignatus mittere lucem.
 Gentibus haud aliter nunc vos ego mittere cunctis
 795 Institui, vestrum est cunctas mihi jungere gentes :
 Pergite, et ablutos homines purgantibus undia

- Nomine sub sancto Patris, Natiq̄ue lavate.
 Vivifici pariter currant spiramina Flatus.
 Ablutisque dehinc nostra insinuate docentes
 800 Præcepta , ut vitam possint agitare perennem.
 Nec vobis unquam nostra præsentia deerit.
388 Donec consumens dissolvat sæcula finis.
 Illas mea mens fidei vires, sanctique timoris
 Cepit, et in tantum luxit mihi gratia Christi,
 805 Versibus ut nostris divinæ gloria legis
 Ornamenta libens caperet terrestria linguæ.
 Hæc mihi pax Christi tribuit, pax hæc mihi sæ-
 [cli,
 Quam fovet indulgens terræ regnator apertæ
 Constantinus, adest cui gratia digna merenti,

LECTIONES VARIANTES.

786. Reg., Ottob., Daventr., Torn., Ald., Bas.,
concurrans turba : Fabr., Hadam., Poelm., in textu,
concurrans turba.

787. Ald., Bas., *esse* : alii *ecce*.

788. Plerique editi, *sanctus chorus*. Fabric., *sancte*.
 In mss. Reg. et Ott., a pr. m., videtur fuisse *sanctum*
 pro *sanctorum*, [vel *sanctum*] nempe *illum* : a sec.
 m. in Ott. est *sancte* ; in Reg., *sanctus*.

790. Reg., *pars credebatur eorum* : melius *dubitabat*,
 ex Evangelio.

796. Reuschius suspicatur *ablutos homines*, h. e.,
 a mundi cæno abductos. Legerem potius *adductos*,
 vel *adjunctos*. Scripturam communem, ne rebaptiza-
 tionem innuat, Reuschius explicat de ablutione
 sordium, et de baptismo, seu lavacro ignis et spi-
 ritus.

798. Ald., Bas., Poelm., pro d. s., *vivant* : alii
 editi cum mss., *currant*. Torn. *spiramine*, nempe vi-
 vifici Flatus currant spiramine : melius plerique,
spiramina. Reuschius non adeo improbat *vivant spi-
 ramine*, si intelligantur *homines abluti*. Sed alia est
 sententia Evangelii.

801. Reg., *nostra præsentia*, quod verum puto,
 producta ultima in *nostra* sive ratione cæsurae, sive
 potius ob duas consonantes dictionis sequentis. Editi
 cum Ottob., *nostris præsentia*. Evangelii verba sunt :
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad con-
summationem sæculi.

803. Barthius codici suo ascripserat : *Hæc clau-*
sula non est in meo ms. Non dubito tamen esse Ju-
venci. Exstat in omnibus impressis et reliquis manu
 exaratis codicibus, quos Omeisius viderat.

804. Ald., *Cæpit* : lege *Cepit*. Reg., Ott., in *tan-*
tum lucet ; sed in Ott., a pr. m., in *tantam*, men-
 dose. Editi, in *tantum luxit*.

805. Westh., in textu, *gratia legis* ; ad marg., cum
 aliis, *gloria legis*.

806. Ald., Bas., *tulerit* : alii, *caperet*.

808. Ott., *Quem* : correctum *Quam*.

809. Reg., Ott., Ald., Torn., West., Bas., Daventr.,
 Fabr., Had., Poelmann., in textu, *gratia digna me-*
renti. Poelmann., pro d. s., *gloria digna*. Caut., *gratia*
diva, quod a glossatore aliquo esse censet Reuschius.

NOTÆ.

785. CAPUT XXVI. *Jesus in Galilæa discipulis ap-*
paret, præcipiens, ut Evangelium prædicent, et creden-
tes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti bap-
tizent. Math. xxviii, 16 seq. ; Marc. xvi, 15.

797. *Sub pro in*, ut alibi dictum.

798. *Vivifici* : vox Ammiani et Apuleii, a multis
 scriptoribus Christianis præsertim in libris liturgicis
 usurpata.

799. Matthæus ait : *Euntes ergo docete omnes gen-*
tes, baptizantes eos in nomine Patris, etc. Docentes
eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Reu-
 schius animadvertit præcepisse Christum, ut prius
 edoctos præcepta Dei sacro fœderis novi lavacro
 abluerent. Hoc ipsum animadvertit in Juvenco Ri-
 chardus Simonius, *Histor. Crit. Comment. N. T. c.*
23, quasi Juvencus ordinem inverterit. At Matthæus
 doctrinæ ante et post baptismum meminit.

801. *Deerit* : sic dissyllabum a poetis adhiberi con-
 suevit.

802. *Consumens*, consummans. *Usque ad consum-*
mationem sæculi.

803. CAPUT XXVII, sive *Epilogus*. *Juvencus fa-*
visse sibi Christum, ut exigeret hoc opus, gloriatur.
Hinc Constantinum imperatorem laudat.

804. *In tantum* : de hac phrasi dixi in comment.
 ad Prudent. vers. 155 Hamart., et in not. ad Dra-
 cont. l. ii, vers. 659. Juvencus Spiritus sancti gra-
 tiam sibi adesse postulaverat l. i, vers. 34.

807. *Æmulatur Virgilium*, in lin. l. iv Georg., sed
 majori elogio Constantinum ornat, cui pacem sæculi,
 et religionis christianæ incrementum ascribit. Eme-
 ritæ in Hispania egregia de Constantino inscriptio
 exstabat, relata a Baronio ad annum 312, num. 86,

C ex Aldo, post schol. in comment. Cæsaris. Hac au-
 tem inscriptione non solum refellit calumniam Zo-
 simi, qui tradit, Constantinum novis semper vexasse
 populum tributis, verum etiam mirum in modum
 confirmatur, eum omni officiorum et beneficiorum
 genere dechristiana religione optime meritum fuisse.
 Placet hoc loco inscriptionem ipsam repræsentare,
 quamvis, ut puto, fideliter excerpta non fuerit.

IMP. CAES. FLAVIUS
 CONSTANTIN. AVG.
 PACIS ET IVSTITIAE
 CVLT. PVB. QVIETIS
 FVND. RELIGIONIS
 ET FIDEI AVCTOR
 REMISSO VBIQVE
 TRIBVTO FINITIM.
 PROVINC. ITER.
 RESTAVR. FEC.

CXIII.

D Baronius nimis effusum auctoris religionis et
 fidei ait esse : sed recte exponit, ita Constantinum
 vocari, quod pietatis christianæ mirificus illustrator
 esset ac propagator. Idem Constantinus Romæ in
 arcu suo triumphali *Fundator quietis* dicitur.

808. *Terræ apertæ*, patentiæ.

809. Qui Constantini baptismum ad obitum ejus di-
 latum nolunt, nonnullum argumentum ex hoc loco
 petere possunt. Certe vix majus aliquid de homine
 christiano perfecto dici potuisset. Non multis ante
 annis Matthæus Aimerichius, doctrinæ magna et
 diuturna laude conspicuus, post suum Novum Lexi-
 con Historicum et Criticum, dissertationem edidit
 de duplici Constantini Magni baptismo, Romano

810 **389** Qui solus regum sacri sibi nominis hor- A
[ret
Imponi pondus, quo justis dignior actis

Æternam capiat divina in sæcula vitam
813 Per Dominum lucis Christum, qui in sæcula
[regnat.

LECTIONES VARIANTES.

810. Ott., Had., Poelmann., *numinis*, quod for-
tasse fuit, a pr. m., in Reg., ubi nunc est *nominis*,
ut in Ald., Daventr., Westh., Torn., Fabr., Bas.,
aliisque. Revera magis placet *nominis*, ut recte vers.
seq. respondeant hæc verba, *Quo justis dignior
actis*. Sive autem intelligas, Constantinum pontifi-
catum maximum recusasse, sive noluisse, se deum
appellari, ut priores imperatores consueverant, re-
cte procedit lectio: *Qui solus regum sacri sibi nomi-
nis horret—Imponi pondus*. Reuschius edidit *sacri
sub nominis*; sed cum discrepantiam lectionis non
advertat, credere oportet, excidisse *sub sibi*.

811. Reg., Ott., *qui justis*: Ott., a sec. m., cum

editis, *quo justis*.

813. Reg., Ott., Torn., Ald., Bas., Daventr.,
Fabr., *Per dominum lucis Christum*. Hadam.,
Poelm., in textu, *Per Dominum nostrum Christum*.
Prior scriptura verior est. Sic etiam hoc libr. iv,
vers. 656: *Quo dominum lucis jussis suffigere sævis*.
Christus sæpe *auctor, repertor, dominus lucis* dicitur.
Legesis Wopkensis notam ad Sedulium, l. iii, vers.
114. Post ultimum hunc versum, Reg. et Ott.: *Fi-
nit*, etc., ut in Proleg. num. 48, 49, exposui. In
quodam codice bibliothecæ Laurentianæ Medicæ
desideratur ultimus versus *Per dominum lucis*, ut
observavi num. 45 Prolegomenon.

NOTÆ.

uno, *Nicomediensi altero*. Contrarium est paradoxon
doctæ feminæ Gabriellæ Carolæ Patinæ in epistola
de Phœnice, quæ negat, Constantinum christianæ reli-
gioni addictum fuisse, merito ab aliis rejectum.
Juvencus innuere videtur, Constantinum nomen
Pontificis maximi recusasse: quam sententiam mul-

tis probat Jacobus Gothofredus, in epistola ad An-
dreadm Rivetum, de interdicta Christianorum cum
Gentilibus communione, et tuctur Paginus ad Baronii
Annal., anno 312, ut alios omitam.

812. Epitheta commutat: aptius enim videretur
divinam vitam, æterna sæcula.

APPENDIX.

JUVENCO OPERA ATTRIBUTA.

LIBER IN GENESIM.

CAP. I. Principio Dominus cælum, terramque locavit: C
*Namque erat informis, fluctuque abscondita tellus,
Immensusque Deus super æquora vasta meabat;
Dum chaos, et nigra fuscabant cuncta tenebræ,
5 Has dum sidereo disjungit cardine, fatur:
Lux fiat, et læto nituerunt omnia mundo.
Cumque Deus primi complexus facta diei,
Condidit albenstem nebulis nascentibus æzem.
Accipit immensus errantia littora pontus,
10 Multiplices rapiens validis cum tractibus annes.
Tertia lux faciem terrarum fulva relexit.
Arida mox posito narratur nomine terra.*

De hoc Carmine sermonem habui Prolegomen.
num. 16 seq. Prima quatuor capita ex veteribus edi-
tionibus edidit Andreas Rivinus hoc titulo: *Cæcilii
Cypriani, seu potius Q. Septimii Florentis Tertulliani
Genesis*. Subjicio Martenii notas, quibus paucas meas
addo, aut intersero.

Vers. 1. Editi legunt *creavit*, quam vocem usur-
pat Vulgata versio, Juvenco ignota. MARTENE. —
Itala versio fecit.

2. In Vulgata editione legimus, *Terra autem erat
inanis et vacua*. At antiqua versio Italica, quam ci-
tat Augustinus, habet: *Terra autem erat invisibilis
et incomposita*. MART. — Rivinus ex conjectura le-
git *Jamque* pro *Namque*. Cum Augustino legunt alii
apud Sahatierum.

5. Paulo aliter hunc versum legit Pamelius, hoc
nimirum modo: *Has dum disjungit jussit de cardine,
fatur*. MART. Ante Pamelium sic legerant Morelius
et Fabricius.

*Florea ventosis consurgunt germina campis,
Pomiferique simul procurvant brachia ramis.*
15 *Quarta die generat solis cum lampade lunam,
Et stellas tremulo radiantibus lumine pingit.
Hæc elementa dedit subjecto insignia mundo,
Tempora quæ doceant varios mutanda per ortus.
Quinta die accipiunt liquentia flumina pisces,
20 Et volucres varia suspendunt corpora penna.
Sexta pater gelidos in spiras lubricat angues,
Quadripedumque gregeæ totos diffundit in agros,
Cunctaque multiplici mandavit crescere passim
Germine, et immensis errare, et pascere terris.*

6. Editi, *claro et*, pro quo Morelius legit *clare*. MART.
— Fabricius legit *Lux fiat, et claro*. Junius apud
Rivinum, *Lux fiat, claro nituerunt*.

7. Fabr.: *Cum Dominus primi*. Sic etiam Morelius.
9. Edit., *verentia*. MART. — *Loqe verrentia*. Sic
enim Fabr., *verrentia littora* post Morelium.

13. Rivinus ex ingenio reponit *gramina* pro *ger-
mina*.

15. Nihil notat Martenius: sed Fabricius habet
Quarta dies, quod metro cohæret.

16. Edit., *fungit*. MART. — Longe melius est *pingit*.

19. Edit., *At quinta*, omisso *die*, non ita bene.
MART. — Editores veteres, ut metro consulerent,
rescripserunt. *At quinta accipiunt*.

20. Hunc versum ita legit Pamelius: *Et volucres
varias suspendunt aere pennas*. MART. — Cum Pame-
lio facit Fabricius, sed *corpore* pro *aere*.

21. Edit., *Sexta prægelidos*. MART.

22. Fabr., *Quadrupedumque*.